

MISSALE  
CARTUSIENSE

2021



## PRÆNOTANDA

**1.** «In terrena Liturgia cælestem illam prægustando participamus, quæ in sancta civitate Ierusalem, ad quam peregrini tendimus, celebratur, ubi Christus est in dextera Dei sedens, sanctorum minister et tabernaculi veri».<sup>1</sup> Pia Mater Ecclesia, ut populus christianus in sacra Liturgia abundantiam gratiarum securius assequeretur, istius instaurationem sedulo curare cupiit.<sup>2</sup> Quo proposito Concilium Vaticanum II generatiorum normas edixit in constitutione de Sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium* comprehensas.

Ordo quoque Cartusiensis, ut Ecclesiæ voluntatem plenius adimpleret, sana traditio retineretur et tamen via legitimæ progressionem aperiretur, accurata investigatione peracta,<sup>3</sup> proprii Missalis instaurationem perfecit secundum Concilii generales rationes prout in instaurato Missali Romano recipiuntur.<sup>4</sup>

Cum autem Cartusiensi Ordini proprii quidam usus sint, in hoc Missali nonnullæ particularitates inveniuntur. Eremiticum enim propositum horum rituum institutionem inde ab exordio definivit, quorum summa, quæ Ecclesia omnimodo tutare cupit, peculiarem, congruentem ac concinnam celebrandi formam effecit. «Ecclesia» enim «quendam, ut aiunt, pluralismum in iis, quæ ad sensus religiosi declarationem cultusque divini ostensionem spectant, non improbat, cum diversæ rationes Deum quærendi excolendique id suadeant. Favet ergo sanis traditionibus monasticis, quæ, diligenter servatæ, ad fidem et spiritualem alacritatem augendam, unde originem duxerunt, non modicum conferant».<sup>5</sup>

Missale Cartusiense antiquam peculiarem formam celebrandi in gremio Ritus romani iugiter servat præbetque. Quapropter et hæc editio fundamenta in *Institutione Generali Missalis Romani*<sup>6</sup> constituta supponit et recipit, præcipue sensum theologicum liturgiæ et rituum significationem.

Proprii Missalis Cartusiensis sunt enim orationes aliquæ, cantus, rituales quædam sequentiæ, gestus, dispositio locorum, quæ hic singillatim exponuntur et, ad recte celebrandum, explicantur. Præsertim cum Ordo Cartusiensis integre ad<sup>7</sup> contemplationem ordinetur et monachi a quolibet pastoralis munere excepiantur, absente ex more populo Dei, loco communitatis fidelium de conventu monastico tantum hic agitur.

---

1. CONC. ŒCUM. VAT. II, Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 8.

2. Cf. CONC. ŒCUM. VAT. II, Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 21.

3. Cf. CONC. ŒCUM. VAT. II, Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 23.

4. Cf. S. PAULUS VI, Const. Apostolica *Missale Romanum* (3 aprilis 1969): A.A.S. 61 (1969) pp. 217-226; *MISSALE ROMANUM*, editio typica tertia, reimpressio emendata, 2008.

5. S. PAULUS VI, Epistula *Optimam partem* (18 aprilis 1971): A.A.S. 63 (1971) p. 450.

6. Approbata a summo pontifice sancto Ioanne Paulo II die 10 aprilis anno 2000: *MISSALE ROMANUM*, editio typica tertia, reimpressio emendata, 2008.

7. Cf. *Statuta Ordinis Cartusiensis*, 1, 3, 9; cf. etiam CONC. ŒCUM. VAT. II, Decretum de accomodata renovatione vitæ religiosæ, *Perfectæ Caritatis*, n. 7; CONC. ŒCUM. VAT. II, Decretum de pastoralis episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus*, n. 35, 1; *Codex Iuris Canonici*, can. 674.

## 2. Quædam notæ distinctivæ huius instaurationis hæc sunt:

a) Prex eucharistica aucta est copia præfationum necnon formulariis a Missali Romano receptis, ut peculiare partes mysterii salutis clarius patefierent, et uberius gratias agendi materia præberetur.<sup>8</sup>

b) Eucharistia sub utraque specie recipi potest, ut ratione signi sacra Communio formam plenioram habeat.<sup>9</sup>

c) Missa conventualis concelebrari potest diebus vitæ communi magis accommodatis.<sup>10</sup>

d) Oratio universalis, in qua conventus verbo Dei in fide suscepto quodammodo respondet, fit in Missa conventuali diebus dominicis et sollempnitatibus.<sup>11</sup>

e) Corpus orationum (scilicet collectæ, orationis super oblata, orationis post Communionem) ampliatum est.<sup>12</sup>

f) Missæ pro Communibus Sanctorum numero auctæ sunt.<sup>13</sup>

g) Missæ et Orationes pro variis necessitatibus recognitæ sunt, ut precatio monachorum ad ætatis nostræ necessitates dirigatur.<sup>14</sup>

h) In quibusdam Missæ partibus linguæ vernaculæ usus permittitur.<sup>15</sup>

Clarius animi indoles patet Cartusiensis celebrandi formæ, cum aliqui ritus in pristinam simplicitatem restaurati sint, et omnia quæ temporum decursu duplicata vel minus utiliter addita erant. Præterea propria ratio singularum partium Missæ attentius considerata est, ut rituum sensus clarior efficeretur.<sup>16</sup>

## I

### DE QUIBUSDAM CARTUSIENSIS USIBUS PROPRIIS

#### De silentio

3. Quia magna mysteria Christi patrata sunt in silentio Dei,<sup>17</sup> sacrum silentium Liturgiæ a monachis cartusiensibus celebratæ pars fit, quæ prætermitti non potest. Silentio, Dei dono<sup>18</sup> sacramentoque futuri sæculi,<sup>19</sup> in quod celebratio introducit, ipsi arctius in celebratum mysterium inseruntur.<sup>20</sup> Silentium temporis spatium orationi et meditationi quorum fiunt et tractantur in Missa præbet, ut monachi participes evadant præsentis sacrificii, tam offerendo quam spiritualiter communicando.

Quamobrem homilia non habetur; Evangelii vero proclamatione absoluta, spatium silentii servatur, quo, Spiritu Sancto fovente, Christus Dominus præsens in sacris

8. Cf. S. PAULUS VI, Const. Apostolica *Missale Romanum* (3 aprilis 1969): A.A.S. 61 (1969) p. 219.

9. Cf. CONC. ŒCUM. VAT. II, Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 55.

10. Cf. CONC. ŒCUM. VAT. II, Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 57 ; *Statuta Ordinis Cartusiensis*, 3, 21, 4.

11. Cf. CONC. ŒCUM. VAT. II, Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 53.

12. Cf. S. PAULUS VI, Const. Apostolica *Missale Romanum* (3 aprilis 1969): A.A.S. 61 (1969) p. 221.

13. Cf. S. PAULUS VI, Const. Apostolica *Missale Romanum* (3 aprilis 1969): A.A.S. 61 (1969) p. 221.

14. Cf. S. PAULUS VI, Const. Apostolica *Missale Romanum* (3 aprilis 1969): A.A.S. 61 (1969) p. 221.

15. Cf. CONC. ŒCUM. VAT. II, Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 54.

16. Cf. CONC. ŒCUM. VAT. II, Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 50.

17. S. IGNATIUS ANTIOCHENUS, *Epist. ad Ephesios*, 19, 1.

18. S. GREGORIUS NAZIANZENUS, *Oratio* 32: PG 36, 190.

19. ISAAC NINIVITICUS, *De perfectione religiosa*, 65.

20. S. CONGR. RITUUM, Instr. *Musicam sacram*, diei 5 martii 1967, n. 17: A.A.S. 59 (1967), p. 305.

Scripturis agnoscitur et ipsum verbum eius corde percipitur. Similiter acclamationes post lectiones et post consecrationem non habentur.

**4.** In Missa non concelebrata Prex eucharistica secreta voce profertur, ita ut conventus in altissimum silentium animos figat, quod tantopere convenit ad contemplationem mysteriorum divinorum.

**5.** In Missa conventuali, dum presbyter Corpus et Sanguinem Domini sumit, et monachis Communionem distribuit, conventus quiescit in silentio.

### De cantu

**6.** Cum sancta Sion «Deo sacra et dilecta civitas, plena modulis, in laude et canoro iubilo»<sup>21</sup> existat, sic in Domibus Ordinis Missa conventualis semper cantatur.

**7.** Patrimonii Ordinis antiqua et stabilis pars est cantus gregorius proprius, qui interioritatem mentisque sobrietatem fovet.<sup>22</sup> Propterea oportet canere Domino tam animo quam voce.

**8.** In Missa conventuali canuntur, secundum rubricas: introitus (cf. Ordo Missæ conventualis, n. 2), **Kýrie** (cf. idem, n. 6), **Glória** (cf. idem, n. 7), responsorium, **Allelúia** vel tractus (cf. idem, n. 11), **Credo** (cf. idem, n. 14), antiphona ad offertorium (cf. idem, n. 16), **Sanctus** (cf. idem, n. 22), Oratio dominica (cf. idem, n. 105), **Agnus Dei** (cf. idem, n. 108), antiphona ad Communionem (cf. idem, n. 111).

Tres sunt toni quibus cantatur **Kýrie**, scilicet sollemnis, dominicalis, ferialis ; **Glória** vero, **Sanctus** et **Agnus Dei** duos tantummodo tonos habent, quorum unus adhibetur sollemnitatibus, alter autem ceteris diebus.

In rubricis verba «dicere» vel «proferre» intellegi debent sive de cantu sive de recitatione.

**9.** Universi Missæ cantus e Graduali Cartusiensi sumuntur.

**10.** Tempore Quadragesimæ, loco **Allelúia**, cantatur, iuxta librorum liturgicorum rubricas, tractus, qui, in Missa in sacello celebrata, omitti potest. Tempore paschali autem, a dominica in albis, loco responsorii plerumque cantatur **Allelúia**.

**11.** Cum duo lectiones ante Evangelium proclamantur, post unamquamque cantus iuxta librorum liturgicum rubricas sequitur.

### De usu linguæ latinæ et vernaculæ

**12.** Lingua latina adhibetur ad introitum, antiphonas earumque versus (v. gr. in ritu aspersionis aquæ benedictæ), **Glória**, responsoria, tractum, **Allelúia**, **Credo**, antiphonam ad offertorium, præfationem, **Sanctus**, **Agnus Dei** et antiphonam ad Communionem.

**13.** Reliquæ Missæ et lingua vernacula dici possunt, iudicio Prioris ac cum consensu conventus, dummodo inter varias celebrationis partes harmonia et convenientia custodiantur.

21. Cf. LITURGIA HORARUM CARTUSIENSIS, In Dedicatione ecclesiæ, Hymnus ad Laudes.

22. Cf. *Statuta Ordinis Cartusienensis*, 3, 21, 10; PIUS XI, Const. Apostolica *Umbratilem*, A.A.S. 16 (1924) p. 388: «(Cartusienses) conveniunt ut “viva et rotunda voce” divinum officium, nullo instrumentorum succentu et ad vetustissimos suorum codicum gregorianos concentus, totum atque integrum concinant».

### De modis proferendi varios textus

**14.** Quæ dicuntur elata vel clara voce, ita dicantur, ut ab omnibus audiri possint. Quæ dicuntur submissa voce, ita dicantur, ut tantum ab eis, qui prope sunt, audiri possint. Quæ dicuntur secreta voce vel secreto, ita dicantur, ut ab eo ipso tantum, qui verba profert, audiantur.

### De quibusdam particularibus moribus

**15.** Ad offertorium presbyter calicem cum patena superposita ambabus manibus aliquantulum elevatum tenens dicit secreto: **In spírítu humilitátis.** In Missa conventuali, diaconus vel acolithus, sindone umero<sup>23</sup> superposita, oblationem syndonis extremitate capit atque, elevatam tenens, presbytero præsentat.

**16.** Corporale cartusiense ex more tale est, ut parte superiore calicem cooperire possit. Cum autem Missa versa facie ad conventum celebratur, corporali minore uti licet, calici palla tantum superposita, ut adstantes eum facilius videre possint.

**17.** Ad elevationem hostiæ campana tribus ictibus pulsatur, quem pulsum audientes monachi, ubicumque fuerint extra ecclesiam, genua flectentes si commode possunt, sacrificio spiritualiter se uniunt.

**18.** Ubi viget consuetudo, ad consecrationem diaconus vel acolythus vel, si Missa in sacello celebratur, minister cereum gerere potest; in sollemnitatibus plures cerei gestari possunt.

**19.** Oratio post Communionem conclusione trinitaria, id est longiore, clauditur. Post ultimam salutationem presbyteri conventus ad Dominum benedicendum invitatur, nam præsertim apud monachos, qui ad hoc tendunt, ut tota vita eorum velut una efficiatur liturgia,<sup>24</sup> celebratio eucharistica quodammodo prolongatur per totam diem, maxime autem per divinum Officium et orationem solitariam.

## DE GESTIBUS ET CORPORIS HABITIBUS

### De signo crucis

**20.** Quoties monachi signum crucis super se faciunt, tribus primis dexteræ manus digitis, extensis et simul iunctis, se signant, a fronte ad umbilicum, et ab umero sinistro ad dexterum,<sup>25</sup> dicentes **In nómine Patris, et Fílii, et Spírítus Sancti. Amen;** postea

23. Sindon umeralis est textilis vitta longa coloris liturgici diei, qua diaconus vel acolythus umerum et manus operit ad oblata presbytero præsentenda.

24. Cf. *Statuta Ordinis Cartusiensis*, 3, 21, 15.

25. Cf. INNOCENTIUS III, *Mysteria evangelicæ legis et sacramenti eucharistiæ*, l. II, c. XLV: «Est autem signum crucis tribus digitis exprimendum, quia sub invocatione Trinitatis imprimitur, de qua dicit propheta: “*Quis appendit tribus digitis molem terræ?*” (Is 40, 12 *Vulgata*) ita quod a superiori descendat in inferius (...) quia Christus de cælo descendit in terram (...), [et] a sinistra (...) in dextram quia de miseria transire debemus ad gloriam, sicut et Christus transivit de morte ad vitam, et de inferno ad paradysum» (PL 217, 825).

modice se inclinant reverenter. Per hunc gestum Sanctissimæ Trinitatis memores sunt mysterii, in quo per baptismi sacramentum signati sunt.

### De gestibus presbyteri et diaconi

**21.** Presbyter orat modice inclinatus, manibus iunctis, per silentium quod subsequitur monitionem **Orémus** et **Oráte fratres**; item manus iunctas tenet ad Evangelium auscultandum. Concelebrantes quoque manus iunctas tenent dum cantatur **Sanctus** et inter Precem eucharisticam, nisi aliter notetur (*cf.* Ordo Missæ concelebratæ, *nn.* 9, 13, 14, 38), atque dum post Orationem dominicam embolismum et prex pro pace dicuntur, necnon tempore Communionis.

**22.** Presbyter stat supplicans, manibus insertis<sup>26</sup> sine digitorum intricatione, cum orationes profert; manus autem insertas et caput detectum tenet, quotiescumque in sede stat. Item diaconus manus insertas tenet Evangelium pronuntians; concelebrantes autem præfationem manibus insertis auscultant.

**23.** Presbyter memoriam crucis faciens, ad Precem eucharisticam, Orationem dominicam et **Líbera nos** ac **Dómine Iesu Christe**, manus extensas tenet modo crucifixi. Præfationem autem cum dialogo dicit manus ante umeros tenens.

**24.** Presbyter ad verba **Súpplices te rogámus** usque ad **Corpus et Sáanguinem sumpsérimus** in Prece eucharistica I seu Canone romano, et per ceterarum Precum eucharisticarum epiclesim, in qua orat ut hostia immaculata sit in salutem eorum qui communicaturi sunt, profunde se inclinatur, manibus cancellatis.<sup>27</sup>

### De gestibus monachorum

**25.** Monachi stant versa facie ad altare initio Missæ, dum signaculo crucis se signant et salutationi presbyteri respondent, dum Evangelium proclamatur, cum intentiones orationis universalis proponuntur, eo tempore quo præfatio, Oratio dominica, antiphona ad Communionem cantantur, denique ab ultima presbyteri salutatione usque ad finem Missæ.

**26.** Monachi super misericordias inclinantur ad ritum pænitentialem faciendum, ad orationes præidentis auscultandas, cum oratio universalis ultima prece absolvitur, necnon dum **Sanctus** cantant.

**27.** Monachi ad alterum chorum versi stant dum **Kýrie**, **Glória** et **Credo** cantant. Super misericordias (*cf.* infra, *n.* 47) vero innixi sunt dum introitum cantant.

**28.** Monachi sedent dum proferuntur lectiones ante Evangelium et cantus post eas, atque dum fit ritus offertorii.

**29.** Dum presbyter Precem eucharisticam recitat, cantu **Sanctus** expleto, monachi capita ex toto vestiunt, id est caputio plene operiuntur, propter arctiorem sensuum custodiam et interiorem sacrorum sollemniis participationem et stant versa facie ad altare aut super formas genibus flexis procumbunt. Appropinquante vero consecrationis momento, genua flectunt, versa facie ad altare, nudatis capitibus manibusque iunctis ante pectus; post consecrationem se prosternunt.

26. Cf. *Ordinarium Cartusiense*, nova editio, 1932, cap. XV, 18.

27. Manus cancellantur ita ut brachia in forma litteræ X ante pectus teneantur.

## De prosternatione, inclinatione et venia

**30.** Prosternatio adorationis affectum vel oblationem sui significat. Quæ fit hoc modo: monachus primum genua flectit, cucullam ante se extendens, deinde lateraliter se inflectit et cubitis vel brachiis innititur, capite modice elevato.<sup>28</sup>

**31.** Inclinatione significatur reverentia et honor personis ipsis vel earum signis exhibitus. Tres sunt species inclinationum.

a) *Inclinatio profunda*, seu *corporis inclinatio*, fit ad Sanctissimum Sacramentum et ad altare. Quoties diaconus et acolythus ad sanctuarium ascendunt vel de eo descendunt, ante gradum eius profunde se inclinant.

b) *Inclinatio super misericordias* est ea qua monachi, innixi super misericordias, proni inclinantur.

c) *Inclinatio modica*, seu *capitis inclinatio*, fit ad crucem et ad presbyterum. Presbyter modice se inclinat ad crucem super altare ante se positam quoties ad medium altaris accedit vel ab eo recedit; monachi autem modice se inclinant ad crucem cum ante eam transeunt (attamen, si Sanctissimum Sacramentum ibidem adsit, profunda fit inclinatio). Monachi modice se inclinant ad presbyterum cum salutationi eius respondent, et presbyter item modice se inclinat quoties responsum **Et cum spírítu tuo** accipit; diaconus atque acolythus ad presbyterum modice se inclinant quoties ad ministrandum ei accedunt aut ab eo recedunt, vel ante eum transeunt. Insuper fit modica inclinatio facto crucis signaculo super se, necnon ad libitum cum Iesus vel Maria nominantur.

**32.** Veniam sumendo monachus humilitatis affectum ante divinam maiestatem exprimit. Ad veniam sumendam, monachus flexis genibus et nudato capite, terram vel formas (cf. infra, n. 47) osculatur.<sup>29</sup>

## DE MUNERIBUS ET MINISTERIIS

### De presbytero et diacono

**33.** Presbyter in persona Christi agens, per totam Missam, per Precem maxime eucharisticam, in sanctuario solus stat, significans mysterium Christi qui in cruce, offerens seipsum Patri, solus erat ac nostram salutem solus effecit. De more enim diaconus et acolythus cum presbytero ad sanctuarium non ascendunt.

**34.** Diaconus, qui est minister mysteriorum Christi,<sup>30</sup> in Missa proprias habet partes in Evangelio nuntiando, in officio monitoris conventus explendo, in orationis universalis intentiones enuntiando et sacrificii celebrationi inserviando, in Eucharistia communicandis distribuenda, præcipue sub specie vini.

In Missa non concelebrata, presbyter qui inservit, vicem diaconi supplens, benedictionem ad Evangelium proclamandum a celebrante petit.

28. Cf. *Ordinarium Cartusiense*, nova editio, 1932, cap. XIV, 63.

29. Cf. *Ordinarium Cartusiense*, nova editio, 1932, cap. XIV, 44.

30. S. IGNATIUS ANTIOCHENUS, Epistula *Ad Trallianos* 2, 3: SCh 10bis, p. 97.



**35.** Presbyteri hebdomadarii officium per choros alternatim singulis hebdomadibus mutatur. Pariter, diaconi hebdomadarii officium per choros alternatim singulis hebdomadibus mutatur.

**36.** Quoties presbyter aliquid facit aut dicit quod responsum conventus secumfert, hoc responsum exspectat ac recipit antequam actionem prosequatur; et omnino cavet ne ullam actionem incipiat priusquam ea quæ ordine præcedere debent compleantur.

### De ministris

**37.** Acolythi servitium est altaris curare, diacono atque presbytero opitulari in Missæ celebratione;<sup>31</sup> ad ipsum quidem non pertinent Evangelii proclamatio, conventus per monitiones (v. gr. **Benedicámus Dómino**, vel **Flectámus génu**a) moderatio, et Communionis distributio.

**38.** Absente diacono, lector potest etiam intentiones orationis universalis proponere.

**39.** Deficientibus acolytho vel lectore institutis, alii monachi deputentur ad eorum munus exsequendum.

**40.** Cantoris est cantum conventus dirigere et sustentare.

## DE INCENSATIONE ET PURIFICATIONE

### De incensatione

**41.** Presbyter ac minister plerumque sic incensant: apponens sinistram pectori, dextera tantum impellit thuribulum, catenis extensis, versus rem aut personam quæ incensatur.

Tribus ductibus thuribuli incensantur Sanctissimum Sacramentum, crux altaris et Evangeliarium. Uno vero ductu thuribuli incensatur presbyter.

Cum vero presbyter incensat in modum crucis et coronæ, ac deinde semel ante se, ad cornu dexterum et ad cornu sinistrum altaris, tum tenet thuribulum manu sinistra, pectori apposita, in parte superiore catenularum, dextera autem manu in parte inferiore prope operculum, sicque movet manu dextera thuribulum modo exposito. Inferiorem autem partem ante faciem altaris incensat catenis extensis, thuribulum manu dextera ter movens ante se a latere dextero ad sinistrum, manu sinistra pectori apposita<sup>32</sup>.

Diaconus vel acolythus altare incensat illud circumeundo a latere sinistro ad dextrum.

### De purificatione

**42.** Communione expleta, vasa sacra a presbytero in altari purificantur (*cf.* Ordo Missæ conventualis, *n.* 112). Ad purificationem calicis ipse facit ablutionem cum aqua vel cum vino, quod ab eo sumitur. Patenam de more deterget, deinde digitos lavat.

Attendendum est ut quod de Sanguine Christi post Communionis distributionem forte remanet statim ex integro sumatur.

31. Cf. S. PAULUS VI, Litteras Apostolicas motu proprio datas *Ministeria Quædam* (15 augusti 1972): A.A.S. 64 (1972), p. 532.

32 Cf. *Ordinarium Cartusiense*, nova editio, 1932, cap. XXVI, 21.

Celebratione finita, altera purificatio vasorum sacrorum perficitur in piscina ab ipso presbytero aut a diacono vel ab acolytho.

## DE ECCLESIA ET ALIIS LOCIS

**43.** Ecclesia imprimis ex sanctuario et ex choro constat.

### De sanctuario

**44.** Sanctuarium locus est ubi altare exstat. A choro opportune distinguitur per aliquam elevationem.

In sanctuario sedes presbyteri tantum habetur, nam diaconus et acolythus, cum officio non funguntur, in choro versantur ubi sedes proprias habent (*cf. infra, n. 48*).

### De ambone et lectorio

**45.** In sanctuario est legile, quod locum ambonis tenet, e quo Evangelium atque præconium paschale proclamantur. Ex ambone a diacono proferri possunt intentiones orationis universalis.

**46.** In medio autem aulæ ecclesiæ, inter choros, est lectorium e quo proferuntur lectiones. Ibidem a lectore proferri possunt intentiones orationis universalis.

### De choro

**47.** Secus parietes navis ecclesiæ sedes monachorum disponuntur, quæ dividuntur in dexterum et sinistrum chorum.

Ante sedes sunt formæ supra quas monachi procumbunt cum ad alterum chorum versi genibus flexis sunt. In unoquoque sublevato sedili est prominens parvulum quod «misericordia» appellatur.

**48.** Sedes quæ sunt iuxta ultimum monachum utriusque chori «sedes servitorum» appellantur. Hæ sunt sedes diaconi et acolythi, cum suum munus non exequentur.

### De piscina

**49.** A latere sanctuarii dextero vel sinistro est piscina, id est armarium insertum in pariete, vel simile, sive cum postibus sive non, cum mutulis ad suppellectilem reponendam quæ ad Missam præparatur; ibi est etiam ad vasorum sacrorum purificationem alveolus cum aqua.

### De vestiario

**50.** Sanctuario contiguus est locus qui «vestiarium» appellatur, ubi ministri vestimentis liturgicis induuntur.

### De loco christifidelium laicorum

**51.** Christifideles laici qui ad propositum cartusiense non aspirant, non solent interesse Liturgiæ quæ in Ordinis Domibus celebratur. Est tamen in quibusdam conventualibus ecclesiis locus, de more supra portam principalem elevatus, reservatus aspirantibus, monachorum cognatis et iis christifidelibus laicis, qui modo exceptionis, celebrationes participant.

## De sacello

**52.** Omnis monachus presbyter sacrificium eucharisticum in oratorio eremitico celebrat, quod «sacellum» appellatur. Locus satis segregatus est, ubi altare exstat et omnia ad Missam celebrandam necessaria. Omne sacellum cuidam sancto est de more dicatum.

## DE SACRIS VESTIBUS

**53.** Presbyteri celebrantis vestis propria est casula super albam et stolam induenda. Alba circa lumbos cingulo astringenda est, nisi tali modo confecta sit, ut corpori adhæreat etiam sine cingulo. Si cingulo utitur, presbyter stolam libere dependentem ex utraque parte gerit; attamen eam ligat cingulo quoties sine induta casula aliquid facturus est<sup>33</sup>. Antequam vero alba assumatur, si hæc vestem monasticam una cum caputio non cooperit, amictus adhibeatur.

**54.** Diaconi vestis propria est stola, super cucullam ecclesiasticam<sup>34</sup> induenda. Diaconus stolam tantum induit ad Evangelium proclamandum et ad Communionem sub specie vini distribuendam. A diacono stola ita posita sit ut super umerum sinistrum et a tergo per dexterum latus recepta sinistro brachio involvatur. In ritu offertorii, cum præsentat oblata presbytero, diaconus applicat sinistro umero sindonem coloris liturgici idonei.

**55.** Presbyter vicem diaconi supplens cucullam ecclesiasticam sumit; stolam vero, cum Evangelium legit et sacram Communionem ministrat, modo gerit sacerdotali.

**56.** Acolythus item cucullam ecclesiasticam sumit.

**57.** Ad colorem sacrarum vestium quod attinet, servetur usus traditus, nempe:

a) Color albus adhibetur in Missis temporis paschalis et Nativitatis Domini; insuper in celebrationibus Domini, quæ non sint de eius Passione, beatæ Mariæ Virginis (etiam in vigilia eius Assumptionis), Compassione excepta, Ss. Angelorum, Sanctorum non Martyrum, in sollemnitatibus Omnium Sanctorum (1 nov.) et Nativitatis S. Ioannis Baptistæ (24 iunii), in festis S. Ioannis Evangelistæ (27 dec.), Cathedræ S. Petri (22 febr.) et Conversionis S. Pauli (25 ian.).

b) Color ruber adhibetur in dominica in palmis et in feria VI in Parasceve, in dominica Pentecostes necnon in eius vigilia, in festo Exaltationis S. Crucis, in festis nataliciis Apostolorum et Evangelistarum (præter ea quæ supra commemorantur), in celebrationibus Sanctorum Martyrum.

c) Color viridis adhibetur tempore «per annum».

d) Color violaceus adhibetur tempore Adventus et Quadragesimæ necnon in vigilia Nativitatis; insuper in Compassione beatæ Mariæ Virginis, in vigiliis festorum Sanctorum (præter in vigilia Assumptionis beatæ Mariæ Virginis). Color violaceus sumi potest etiam in Missis defunctorum.

e) Color niger adhiberi potest, ubi mos est, in Missis defunctorum.

33. Cf. *Ordinarium Cartusiense*, nova editio, 1932, cap. XXV, 1.

34. Cuculla ecclesiastica est antiquæ formæ monastica alba, qua in celebratione liturgica diaconus et acolythus utuntur.

## II

## DE DIVERSIS FORMIS MISSAM CELEBRANDI

**58.** Eucharistici Sacrificii celebratio est monachi cartusienſis vitæ centrum atque culmen,<sup>35</sup> necnon pars eius Officii diei. Inter diversas formas Missam celebrandi, peculiarem locum obtinet Missa conventualis, quia in Christo præſente et orante familiæ cartusienſis unitas consummatur.<sup>36</sup>

Missa conventualis potest concelebrari diebus vitæ communi magis accommodatis. Iudicio Prioris, si quis Missam conventualem concelebrat, eodem die Missam iterum celebrare potest, si necessitas legitima id suadeat.

**De Missa conventuali**

**59.** Ad dominicum sacrificium, id est ad Missam quæ in conventu celebratur et quæ conventualis dicitur, conveniunt omnes monachi clauſtri. Diebus ferialibus, monachi conversi necnon fratres donati participant Missam conventualem vel alteram Missam; omnes tamen conversi et donati Missæ conventuali intersunt dominicis, sollempnitatibus, feria IV Cinerum, feria V in Cena Domini, in Commemoratione omnium defunctorum et in Commemoratione fratrum sororumque nostrorum defunctorum, aliisque diebus in Statutis Ordinis Cartusienſis indicatis.

**60.** Missa conventualis eo ritu celebratur, cum proposito eremitico congruenti, quem Ordinis Cartusienſis primi monachi frequentaverunt.

**61.** Missa conventualis celebrari potest versa facie ad conventum, iudicio Prioris ac cum consensu conventus. Quo in casu sacra reservatio in sacellum deferri potest ante Missam; saltem caveatur ne presbyter celebrans Sanctissimo Sacramento tergum præbeat.

**62.** Altare una saltem tobalea albi coloris cooperitur. Super ipsum vero aut iuxta ipsum duo saltem candelabra cum cereis accensis ponuntur. Item super altare vel circa ipsum habetur crux, cum effigie Christi crucifixi, quæ cum a celebrante tum a conventu bene conspicitur. Super ipsum altare etiam corporale et purificatorium collocantur.

**63.** Item parentur:

- a) iuxta sedem presbyteri: missale, vas aquæ benedicendæ et sal, si fit aspersio;
- b) in ambone: Evangeliarium; iuxta ambonem: stola pro diacono;
- c) in lectorio (*cf. n. 46*): Lectionarium;
- d) in piscina (*cf. n. 49*): calix cum vino, patena cum pane, et, si utenda sunt, pyxis et patina pro Communionem monachorum; urceoli cum aqua atque vino, si id adhibetur pro purificatione; necessaria ad manus abluendas. Calix, superposita patena, cooperiatur palla.
- e) iuxta piscinam: sindon umeralis.

**64.** In vestiario (*cf. n. 50*), parentur vestes presbyteri, diaconi et acolythi:

35. Cf. *Statuta Ordinis Cartusienſis*, 1, 3, 7.

36. *Statuta Ordinis Cartusienſis*, 3, 21, 4.

- a) pro presbytero: alba, stola et casula, necnon cingulum et amictus, nisi propter ipsius albæ formam non exigantur;
- b) pro diacono et acolytho: cuculla ecclesiastica (*cf. supra, nn. 54, 56*).

**65.** Cum Missa insequitur aliquam Horam Officii, pro opportunitate, presbyter, Hora expleta, in ipsa ecclesia casulam sumere potest.

### De Missa in sacello celebrata

**66.** Cotidie presbyter, qui Missam conventualem non celebrat, sacrificium eucharisticum in sacello litat, in pio recessu, ubi monachi animus, in rebus supernis defixus, Spiritum amoris et luminis uberius haurit. Vocatio igitur cartusiensis, dummodo ei fideliter inhæreatur, efficit ut intentio universalis, quæ in eucharistico inest sacrificio, fiat intentio uniuscuiusque monachi sacris operantis.<sup>37</sup>

**67.** Missæ celebrari possunt sine ministro, dummodo hoc semper fiat in sacello, licentia Prioris et sub eius vigilantia. Nemo ad hanc celebrationis formam cogi potest.

## III

### DE MISSA EIUSQUE PARTIBUS ELIGENDIS

#### De Missa eligenda

**68.** Electio Missæ calendario cartusiensi conformari debet, in Missa conventuali et cum in sacello celebratur, in sollemnitatibus, diebus infra octavas, dominicis, festis duodecim lectionum et festis trium lectionum.

**69.** In conventu, extra Quadragesimam, Missa memoriæ obligatoriæ semper celebratur, ad nutum autem Prioris memoriæ ad libitum; extra conventum facultas eligendi aliam Missam presbytero conceditur.

**70.** Insuper, in conventu Missa determinata præscribitur feriis Quadragesimæ, in vigiliis propriam Missam habentibus, in commemorationibus omnium fidelium defunctorum et fratrum sororumque nostrorum defunctorum atque tribus primis diebus Capituli Generalis.

**71.** Dummodo non occurrant sollemnitas, octava, festum duodecim vel trium lectionum, Commemoratio omnium fidelium defunctorum vel fratrum sororumque nostrorum defunctorum, nec aliqua memoria obligatoria, sabbato Missa votiva de beata Virgine Maria in conventu celebratur. Cum vero Missa de vigilia, alicuius diei festi propria, celebratur, necnon tempore Quadragesimæ, in die sepulturæ, in primo die Visitationis canonicæ et in die Prioris electionis, Missa de beata Virgine Maria in conventu non fit.

**72.** Diebus nullam e supradictis Missam habentibus, Prioris est Missas singulis diebus in conventu celebrandas disponere. Quoties Missa dominicalis propter occurrens

---

37. Cf. S. PAULUS VI, Epistula *Optimam partem*, diei 18 aprilis 1971: A.A.S. 63 (1971), p. 449.

festum, tempore Nativitatis necnon tempore «per annum», impeditur, si fieri potest, infra hebdomadam sequentem conventualiter celebratur secundum ritum feriale.<sup>38</sup>

**73.** In feriis quæ supra (nn. 70-71) non recensentur et in memoriis ad libitum, dominicæ præcedentis Missam licet resumere secundum ritum feriale. Attamen:

a) in feriis Adventus a die 17 ad diem 23 decembris una alterave Missa ferialis in Missali contenta sumi potest;

b) in feriis temporis Nativitatis a die 2 ad diem 5 ianuarii Missa dominicæ II post Nativitatem sumi potest; a die 7 ianuarii usque ad diem 12 ianuarii, Missa diei Epiphaniæ Domini celebrari potest secundum ritum feriale;

c) in feriis temporis paschalis a die quæ sequitur sollemnitatem Ascensionis Domini usque ad feriam sextam ante Pentecosten Missa propria sumi potest;

d) in feriis primæ hebdomadæ temporis «per annum», hebdomadæ post Pentecosten, hebdomadæ post Trinitatem et ultimæ hebdomadæ temporis «per annum» Missa propria sumi licet.

Adhiberi etiam potest Missa votiva vel Missa pro variis necessitatibus, prout infra indicatur.

Extra conventum, in feriis temporis Quadragesimæ presbyter Missam de feria sumere non tenetur. In festis trium lectionum et memoriis, dicitur Missa propria vel Missa de Communi congruo. Attamen, in memoria Cordis B. Virginis Mariæ et in festo Cathedræ S. Petri celebrans Missa diei uti debet.

### De Missis votivis et de Missis ad diversa

**74.** Extra dies, quibus Missa secundum superiores numeros 68-71 præscripta est, celebrari possunt tamquam votivæ Missæ quæ referuntur ad mysteria Domini aut in honorem beatæ Virginis Mariæ, exceptis Missis Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Baptismatis Domini, feriæ V in Cena Domini, Resurrectionis Domini, Ascensionis, necnon Missis vigiliarum. Possunt etiam dici Missæ votivæ in honorem Angelorum, cuiusdam sancti vel omnium sanctorum necnon beatorum Ordinis cartusiensis. Extra conventum, pro Missis votivis de quolibet sancto, Missa propria vel Missa de Communi congruo sumi potest. Caveatur ut electio Missæ votivæ concordet cum tempore liturgico, in Adventu, in Quadragesima et in tempore Paschali vel Nativitatis.

**75.** In Prioris electione et in primo die Capituli Generalis necnon Visitationis canonicæ conventualiter cantatur Missa de Spiritu Sancto. Attamen occurrente die sub nn. 1-3 tabulæ dierum liturgicorum contento, Missa de Spiritu Sancto cedit Missæ diei.

**76.** Exceptis sollemnitatibus, diebus dominicis, festis Domini duodecim lectionum, diebus infra octavam Paschæ, vigilia Nativitatis Domini, feria IV Cinerum, feriis Hebdomadæ sanctæ, in singulis Domibus quotidie Missa de beata Virgine Maria dicitur, nisi iam in conventu celebrata sit. Prior autem iusta de causa (v. gr. propter exiguum numerum monachorum presbyterorum) statuere potest ne hæc Missa omnino offeratur.

Si commode fieri potest, hæc Missa in altari principali conventualis ecclesiæ plerumque litatur, secundum ritum Missæ quæ in sacello celebratur.

---

38. Ritus ferialis constat in hoc: non dicitur **Glória** nec **Credo**, adhibetur tonus ferialis pro **Kýrie**.

### De Missis defunctorum

**77.** Missa pro defuncto, si fieri potest, eo die quo defunctus sepelitur celebratur; quæ celebrari potest omnibus diebus, exceptis Triduo paschali, sollemnitatibus, diebus dominicis, feriis Hebdomadæ sanctæ, vigilia Nativitatis Domini, feria IV cinerum necnon diebus infra octavam Paschæ; in his casibus Missa transfertur in alium diem; si absque gravi incommodo fieri potest, etiam sepultura transfertur.

**78.** Si defunctus immediate post Missam sepeliendus est, dicta oratione post Communionem cum conclusione brevi, quam **Pláceat** sequitur, omisso ritu conclusionis, fit ritus sepulturæ.

**79.** Pro tricenario inchoando, prima Missa celebratur in conventu; attamen in Quadragesima huiusmodi Missa redditur extra conventum.

**80.** Missa cotidiana pro defunctis in singulis Domibus celebratur. In diebus supra indicatis (*n.* 68) hæc Missa est diei Missa; ceteris autem diebus, electio libera est inter Missam de defunctis, Missam de die et Missam ferialem, non autem Missam votivam, excepta Missa de beata Virgine Maria in sabbato.

### De lectionibus

**81.** Lectiones Missæ ex *Ordine Lectionum Missæ* qui Ordini est proprius sumantur.

### De orationibus

**82.** In qualibet Missa dicuntur orationes ipsi Missæ propriæ.

Extra conventum, in Missis ferialibus, præter orationes dominicæ præcedentis, sumi possunt orationes alius dominicæ eiusdem temporis vel orationes Missarum votivarum aut Missarum pro variis necessitatibus.

## IV

### DE CELEBRATIONIS EUCHARISTICÆ MODERATIONE ET DE QUIBUSDAM APTATIONIBUS

**83.** Missalis Cartusienensis instaurationis, ad normam decretorum Concilii Œcumenici Vaticani II ætate nostra effecta, assidue curavit ut, ad mentem sanæ traditionis, ritus Missæ celebrationis novo vigore, pro hodiernis adiunctis donetur.<sup>39</sup> Hæc celebratio peculiari modo manifestat indolem Ecclesiæ, in qua scilicet quod humanum est ordinatur ad divinum eique subordinatur, quod visibile ad invisibile, quod actionis ad contemplationem, et quod præsens ad futuram civitatem quam inquirimus.<sup>40</sup>

**84.** Sacræ Liturgiæ apud Cartusienses celebrandæ moderatio ab Ecclesiæ auctoritate unice pendet. Capitulum Generale Ordinis Cartusienensis Liturgiam propriam disponit<sup>41</sup> atque ad approbationem Apostolicæ Sedi præsentat.

39. Cf. CONC. ŒCUM. VAT. II, Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 4.

40. Cf. CONC. ŒCUM. VAT. II, Const. de sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 2; *Statuta Ordinis Cartusienensis*, 6, 41, 2.

41. Cf. *Statuta Ordinis Cartusienensis*, 4, 35, 2.

**85.** In unaquaque Ordinis Domo, ad Priorem spectat cultum divinum, maxime celebrationem eucharisticam, cum honore et reverentia iuxta libros liturgicos proprios atque Statuta Ordinis Cartusiensis moderari.<sup>42</sup>

Ad Priorem pertinet, cum consensu conventus, disponere ut Missa conventualis celebrari possit versus conventum (*cf. supra, n. 61*), pro quibusdam Missæ partibus linguæ vernaculæ usum definire (*cf. supra, n. 13*), necnon ordinare conventus modum Preci eucharisticæ assistendi (*cf. Ordo Missæ conventualis, n. 58*). Priori etiam cura commendatur Missæ in sacello sine ministro celebrandæ facultatem concedendi et hanc celebrationem custodiendi (*cf. supra, n. 67*), necnon pro diebus vacantibus Missam conventualem eligendi (*cf. supra, n. 72*) et Missæ cotidianæ de beata Virgine Maria celebrationem moderandi (*cf. supra, n. 76*). Denique Prior ritus levioris momenti (v. gr. in Missa concelebrata, in Vigilia paschali, in sollemnitatis Ss. Corporis et Sanguinis Christi processione) Domus necessitatibus accommodare potest.

Nemo omnino, etiamsi sit presbyter, quidquam proprio Marte in Missæ celebratione addat, demat, aut mutet,<sup>43</sup> nisi Capitulum Generale et Prior, in rebus tantum quæ ad eos pertinent (*cf. supra, n. 84*).

**86.** Ad Capitulum Generale Ordinis Cartusiensis spectat huius Missalis Cartusiensis editiones in linguis vernaculis apparare atque approbare, ut, actis ab Apostolica Sede recognitis, in regionibus ad quas pertinent adhibeantur.

**87.** Textus Sacræ Scripturæ de versione a Conferentia Episcoporum loci approbata depromuntur. Quæ nisi habetur, Capituli Generalis est versionibus textuum biblicorum, qui in Missæ celebratione adhibentur, peculiari cura providere.

**88.** Item Capituli Generalis erit versionem aliorum textuum (v. gr. pro orationibus propriis) assiduo studio apparare, ut, etiam servata indole cuiusque linguæ, sensus textus primigenii latini plene et fideliter reddatur. In hoc opere efficiendo, spectare expedit diversa litterarum genera quæ in Missa adhibentur.

Præ oculis habeatur quod textuum versio non spectat imprimis ad meditationem, sed potius ad proclamationem vel cantum in actu celebrationis.

Sermo adhibeatur monachis regionis accommodatus, attamen nobilis ac litteraria qualitate præditus.

Præstat autem, in regionibus eadem lingua utentibus, pro textibus liturgicis, præsertim vero pro textibus biblicis et pro Ordine Missæ, eandem versionem, quantum fieri potest, haberi.<sup>44</sup>

**89.** Ad respiciendas indoles et traditiones variarum gentium, apud quas monasteria Ordinis nuper fundata sunt, Capitulum Generale Apostolicæ Sedi proponere potest, ut in Liturgiam istarum Domorum quædam adaptationes a Conferentia Episcoporum regionis iam approbatæ introducantur, dummodo ritus cartusiensis unitas servetur, secundum primum decretum Capituli generalis primi quod anno 1140 statuit «ut divinum Ecclesiæ Officium prorsus per omnes Domos uno ritu celebretur».<sup>45</sup>

42. *Cf. Statuta Ordinis Cartusiensis*, 3, 23, 7.

43. *Cf. CONC. ŒCUM. VAT. II, Const. de sacra Liturgia, Sacrosanctum Concilium*, n. 22 § 3.

44. *Cf. CONC. ŒCUM. VAT. II, Const. de sacra Liturgia, Sacrosanctum Concilium*, n. 36 § 3.

45. *Acta primi Capituli Ordinis Cartusiensis* (PL 153, 1126A). Vide etiam pristina *Statuta Ordinis Cartusiensis anni 1926*: «Insuper statutum firmiterque sancitum est, ut divinum Ecclesiæ Officium per omnes Domos uno ritu et cum eisdem cæremoniis celebretur» (pars I, cap. I, 8).



CALENDARIUM  
AD USUM  
ORDINIS CARTUSIENSIS

Hoc Calendarium proprium Ordinis Cartusienſis approbatum eſt ab Apoſtolica Sede.  
Ex ædibus Congregationis de Cultu Divino et de Diſciplina Sacramentorum, die  
30 novembris 2018, in feſto ſancti Andreae, apoſtoli. Prot. N 156/18



## PROŒMIUM

**1.** «Liturgia, per quam, maxime in divino Eucharistiæ sacrificio, opus nostræ redemptionis exercetur, summe eo confert ut fideles vivendo exprimant et aliis manifestent mysterium Christi et genuinam veræ Ecclesiæ naturam, cuius proprium est esse humanam simul ac divinam, visibilem invisibilibus præditam, actione ferventem et contemplationi vacantem, in mundo præsentem et tamen peregrinam; et ita quidem ut in ea quod humanum est ordinetur ad divinum eique subordinetur, quod visibile ad invisibile, quod actionis ad contemplationem, et quod præsens ad futuram civitatem quam inquirimus». <sup>1</sup> Iubente Concilio Œcumenico Vaticano II, et ad mentem eiusdem Concilii, Cartusiensis Ordo, accurata investigatione peracta, propriæ liturgicæ vitæ perfecit instaurationem.

**2.** Ordo Cartusiensis, una cum Apostolica Sede, liturgiam peculiarem nixus est tueri vitæ contemplativæ et solitariæ consentaneam extraneamque pastoralibus sollicitudinibus, quam propria vocatio paulatim formavit. <sup>2</sup> Recognitio autem librorum liturgicorum priorum (i.e. *Missale, Diurnale, Nocturnale, Ordo Lectionum Missæ, Ordo Lectionum Divini Officii, Rituale*) est instituta tum ad theologicas rationes conciliaris Constitutionis de Sacra Liturgia suscipiendas tum ad varietates legitimas retinendas et confirmandas quæ ab initio Ordinis servantur.

**3.** Ordinis Cartusiensis annus liturgicus et calendarium romanis *Normis universalibus de anno liturgico et de calendario* a papa Paulo VI Litteris Apostolicis *Mysterii Paschalis* die XIV februarii anno MCMLXIX approbatis moderantur. Nihilominus, propter usum Cartusiensis Ordinis proprium, sequentium varietatum habere rationem necesse est.

### Normæ de anno liturgico et de calendario

**4.** Dies liturgicus, exceptis dominicis et sollemnitatibus primis Vesperis ditatis, decurrit a celebratione Matutinarum usque ad initium Matutinarum diei sequentis.

**5.** Celebrationes, iuxta momentum quod ipsis tribuitur, ita inter se distinguuntur et nominantur: sollemnitas, dominica, festum duodecim lectionum, festum trium lectionum, memoria. Festa duodecim lectionum in unoquoque Matutinarum nocturno quattuor ditantur lectionibus; primis carent Vesperis, nisi de festo Domini die dominico temporis «per annum» vel tempore Nativitatis occurrente agatur. Festa trium lectionum in primo Matutinarum nocturno tribus tantum exornantur lectionibus.

**6.** Sollemnitates Nativitatis Domini, Ascensionis Domini, Pentecostes, S. Ioannis Baptistæ, Ss. Petri et Pauli, Assumptionis beatæ Virginis Mariæ et Omnium Sanctorum Missa propria vigiliæ ditantur, quæ mane die præcedenti vel ante primas Vesperas celebratur.

---

1. Conc. Œcum. Vat. II, Const. de Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 2.

2. S. Paulus VI, Epistula *Optimam partem* (18 Aprilis 1971): A.A.S. 63 (1971) p. 450: «Vocatio igitur vestra liturgiam peculiarem paulatim formavit, quam, utpote vitæ contemplativæ et solitariæ vestræ consentaneam, tueri nitimini».

**7.** In conventu Missa memoriæ obligatoriæ semper celebratur, extra conventum facultas seligendi aliam Missam presbytero conceditur.

**8.** Excepto tempore Quadragesimæ, ubi non occurrant sollemnitates, octava, festum duodecim vel trium lectionum, Commemoratio omnium fidelium defunctorum vel fratrum sororumque nostrorum defunctorum, necnon memoria quædam obligatoria, sabbato Missa votiva de beata Virgine Maria in conventu celebratur; Missa de beata Virgine Maria cedit etiam Missæ diei in vigilia propriam Missam habente, in die sepulturæ, necnon in primo die Visitationis canonicæ et in die Prioris electionis.

**9.** Hebdomadæ Sanctæ liturgia, a feria II ad Nonam feriæ V inclusive, sacrum paschale Triduum introducit et instruit.

**10.** Dominica quinta in Quadragesima etiam «dominica de Passione Domini», dominica sexta in Quadragesima etiam «dominica in Palmis» respective nuncupantur. Sabbato ante dominicam in Palmis Compassio beatæ Virginis Mariæ recolitur.

**11.** Tempus Nativitatis decurrit a primis Vesperis Nativitatis Domini usque ad festum Baptismatis Domini die XIII ianuarii occurrens. Die IV ianuarii commemoratur impositio Ss.mi Nominis Iesu. Dominica post Epiphaniam celebratur festum S. Familiæ Iesu, Mariæ et Ioseph. Occurrente eodem die festo Baptismatis Domini, festum S. Familiæ omittitur.

**12.** Dies XXIV decembris, vigilia Nativitatis Domini, Officium habet proprium.

**13.** Tempus «per annum» tribus in partibus, unaquaque singulariter cum quadam celebratione vel quodam tempore congruente, consistit.

- a) Tempus «per annum» post Epiphaniam incipit die XIV ianuarii et protrahitur usque ad sabbatum ante dominicam Septuagesimæ. Hoc in tempore recolitur mysterium Christi qui, initio ministerii, se ipsum Salvatorem mundi palam revelavit.
- b) Tempus «per annum» de Septuagesima incipit tertia dominica ante Quadragesimam, quæ scilicet «in Septuagesima» nuncupatur, et usque ad feriam III ante Quadragesimam extenditur. Dominica secunda ante Quadragesimam dominica dicitur «in Sexagesima»; dominica ante Quadragesimam dominica «in Quinquagesima» appellatur. Hoc tempore liturgia ad paschale respicit mysterium, præsertim in lectionibus ad Matutinas quæ, in creationis atque salutis historiæ exordii narratione, illud complectuntur et præfigurant.
- c) Tempus «per annum» post Pentecosten feria II post dominicam Pentecostes incipitur et ante primas Vesperas dominicæ I Adventus concluditur. Hoc tempore actio Spiritus Sancti commemoratur qui Ecclesiam iugiter sanctificat et ad consummatam cum Sponso suo unionem perducit.<sup>3</sup>

---

3. Cf. Conc. Œcum. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 4.

**14.** «Kalendarium Perpetuum in usum Ordinis Cartusianorum a Sacra Rituum Congregatione approbatum die XXVIII februarii anno MCMXVII» recognitum est ut sobrietas et simplicitas illæ inveniantur quæ ab Ordinis initio iam fulgebant. Celebrationes quæ in Calendario Romano Generali recensentur etiam Calendario proprio Ordinis Cartusiensis eodem die inscriptæ sunt; memoriæ autem impeditæ alia celebratione obligatoria Calendarii Cartusiensis assignatæ sunt proximiori diei non impedito, scilicet diei præcedenti (S. Irenæi et S. Maximiliani Mariæ Kolbe) vel sequenti (S. Elisabeth Hungariæ).

**15.** Præter Calendarium Cartusiense ad usum Ordinis totius, unaquæque Domus proprio utitur calendario in quo adduntur:

- Celebrationes Patroni et Tituli ecclesiæ eiusdem Domus.
- Celebrationes Patroni principalis dioceseos, et interdum nationis, anniversarii dedicationis ecclesiæ eiusdem Domus necnon anniversarii dedicationis cathedralis ecclesiæ.
- Celebrationes Sanctorum et Beatorum, qui illi Domui vinculo professionis coniunguntur vel cum ea peculiarem habuerunt relationem.

**16.** Præcedentia dierum liturgicorum sequenti moderatur tabula.

## TABULA DIERUM LITURGICORUM

### secundum ordinem præcedentiæ disposita

1. Triduum paschale Passionis et Resurrectionis Domini.
2. Nativitas Domini eiusque vigilia, Epiphania, Ascensio et Pentecostes. Dominicæ Adventus, Quadragesimæ et Paschæ.  
Feria IV Cinerum.  
Feriæ Hebdomadæ sanctæ, a feria II ad feriam V inclusive.  
Dies infra octavam Paschæ.
3. Sollemnitates Domini, beatæ Virginis Mariæ et Sanctorum.
4. Festa Domini duodecim lectionum; anniversarium dedicationis ecclesiæ singularum Domorum Ordinis.
5. Dominicæ temporis Nativitatis; dominicæ temporis «per annum».
6. Festa duodecim lectionum beatæ Virginis Mariæ et Sanctorum.
7. Commemoratio omnium fidelium defunctorum et Commemoratio fratrum sororumque nostrorum defunctorum.
8. Dies infra octavam Nativitatis.
9. Festa trium lectionum, in quibus et anniversarium dedicationis dioceseos ecclesiæ cathedralis numeratur.

10. Feriæ Adventus a die XVII ad XXIII decembris inclusive.  
Feriæ Quadragesimæ.

11. Memoriae obligatoriæ, inter quas censetur memoria Patroni principalis diœceseos.

12. Memoriae ad libitum.

13. Feriæ temporis Adventus usque ad diem XVI decembris inclusive.  
Feriæ temporis Nativitatis post octavam.  
Feriæ temporis paschalis post octavam.  
Feriæ temporis «per annum».

**17. Attamen:**

a) Æquali festorum gradu, sollemnitas vel festum quod toto Ordine celebratur sollemnitati vel festo particulari præfertur.

b) Sollemnitas impedita transfertur ad diem primo vacantem, scilicet præter dies sub nn. 1-7 in tabula recensitos. Si plures sollemnitates pari gradu fruenter transferri contingat, Officium primi diei impediti præferatur.

c) Vigiliæ sollemnitatum Missam propriam habentes, in die gradum sextum vel inferiorem in tabula obtinente forte occurrentes, præferuntur quoad Missam conventualem; extra conventum Missam vigiliæ eligere licet, nisi festum duodecim lectionum occurrat.

d) Commemoratio omnium fidelium defunctorum et Commemoratio fratrum sororumque nostrorum defunctorum in dominica occurrentes transferuntur in proximum diem sine Officio duodecim lectionum.

# CALENDARIUM CARTUSIENSE

## IANUARIUS

Cal.	1	SANCTÆ DEI GENETRICIS MARIÆ			Sollemnitas
IV	2	Ss. BASILII MAGNI, GREGORII NAZIANZENI, ECCLESIAE DOCTORUM, ET GREGORII NYSSENI, EPISCOPORUM	Doct. Past.		12 lectionum
III	3	<i>B. Ayraldi, monachi et episcopi</i>	Mon. Past.		
Prid.	4	Ss.MI NOMINIS IESU			12 lectionum
Non.	5				
		IN EPIPHANIA DOMINI	VIII	6	Sollemnitas
VII	7				
VI	8				
V	9				
IV	10	S. Pauli, eremitæ	Mon.		3 lectionum
III	11				
Prid.	12				
Idib.	13	IN BAPTISMATE DOMINI			12 lectionum
XIX	14	<i>B. Odonis, monachi</i>	Mon.		
XVIII	15				
XVII	16				
XVI	17	S. ANTONII, ABBATIS	Mon.		12 lectionum
XV	18				
XIV	19				
XII	20				
XII	21	S. AGNETIS, VIRGINIS ET MARTYRIS	Virg. Mart.		12 lectionum
XI	22	<i>S. Vincentii, diaconi et martyris</i>	Mart.		
X	23				
IX	24	S. Francisci de Sales, episcopi et Ecclesiae doctoris	Doct. Past.		3 lectionum
VIII	25	IN CONVERSIONE S. PAULI, APOSTOLI	Ap.		12 lectionum
VII	26	<i>Ss. Timothei et Titi, episcoporum</i>	Past.		Memoria
VI	27				
V	28	S. Thomæ de Aquino, presbyteri et Ecclesiae doctoris	Doct. Past.		3 lectionum
IV	29				
III	30				
Prid.	31	<i>S. Ioannis Bosco, presbyteri</i>	Past.		Memoria

**Dominica prima post Epiphaniam:** SANCTÆ FAMILIÆ IESU, MARIÆ ET IOSEPH

Quando non indicatur gradus celebrationis, fit Memoria ad libitum.

## FEBRUARIUS

Cal.	1		
IV	2	IN PRÆSENTATIONE DOMINI	Sollemnitatis
III	3		
Prid.	4	<i>B. Lanuini, monachi</i>	Mon.
Non.	5	S. Agathæ, virginis et martyris	Virg. Mart. Mart.
VIII	6	<i>Ss. Pauli Miki et sociorum, martyrum</i>	
VII	7		
VI	8		
V	9		
IV	10	<i>S. Scholasticæ, virginis et monialis</i>	Virg. Mon.
III	11		
Prid.	12		
Idib.	13		Past.
XVI	14	<i>Ss. Cyrilli, monachi, et Methodii, episcopi</i>	
XV	15		
XIV	16		
XIII	17		
XII	18		
XI	19		
X	20		
IX	21		
VIII	22	Cathedræ S. Petri, apostoli	Ap.
VII	23	S. Polycarpi, episcopi et martyris	Mart. Past.
VI	24		
V	25		
IV	26	III	
	27	Prid.	
	28		



**MARTIUS**

Cal.	1		
VI	2		
V	3		
IV	4 III		
5	Prid.		
6			
Non.	7	<i>Ss. Perpetuæ et Felicitatis, martyrum</i>	Mart. Memoria
VIII	8		
VII	9		
VI	10		
V	11		
IV	12 III		
13	Prid.		
14	Idib.		
15	XVII		
16	XVI		
17	XV		
18			
XIV	19	S. IOSEPH, SPONSI B. V. M.	S.tus Sollemnitas
XIII	20		
XII	21		
XI	22		
X	23		
IX	24		
VIII	25	IN ANNUNTIATIONE DOMINI	Sollemnitas
VII	26		
VI	27		
V	28 IV		
29	III 30		
Prid.	31		

**Sabbato ante dominicam in Palmis: DE COMPASSIONE B. VIRGINIS MARIE**

**12 lectionum**

## APRILIS

Cal.	1		
IV	2		
III	3		
Prid.	4		
Non.	5		
VIII	6		
VII	7	<i>S. Ioannis Baptistæ de la Salle, presbyteri</i>	Past. Memoria
VI	8		
V	9		
IV	10		
III	11	<i>S. Stanislai, episcopi et martyris</i>	Mart. Past.
Prid.	12		
Idib.	13		
XVIII	14		
XVII	15		
XVI	16		
XV	17		
XIV	18		
XIII	19		
XII	20		
XI	21		
X	22	<i>S. HUGONIS GRATIANOPOLITANI, EPISCOPI</i>	Past. 12 lectionum
IX	23		
VIII	24		
VII	25	<i>S. MARCI, EVANGELISTÆ</i>	Ap. 12 lectionum
VI	26		
V	27		
IV	28		
III	29	<i>S. CATHARINÆ SENENSIS, VIRGINIS ET ECCLESIAE DOCTORIS</i>	Virg. Doct. 12 lectionum
Prid.	30		

## MAIUS

Cal.	1		
VI	2	S. Athanasii, episcopi et Ecclesiæ doctoris	Doct. Past. 3 lectionum
V	3	SS. PHILIPPI ET IACOBI, APOSTOLORUM	Ap. 12 lectionum
IV	4	SS. IOANNIS, AUGUSTINI, ROBERTI ET BEATORUM SOCIORUM, MONACHORUM ET MARTYRUM	Mart. Mon. 12 lectionum
III	5		
Prid.	6		
Non.	7		
VIII	8		
VII	9		
VI	10	B. Nicolai Albergati, monachi et episcopi	Mon. Past.
V	11		
IV	12	III	
	13		
Prid.	14	S. MATTHIÆ, APOSTOLI	Ap. 12 lectionum
Idib.	15		
XVII	16		
XVI	17		
XV	18		
XIV	19		
XIII	20		
XII	21		
XI	22		
X	23		
IX	24	B. GUILLELMI DE FENOL, MONACHI	Mon. 12 lectionum
VIII	25		
VII	26	S. Philippi Neri, presbyteri	Past. Memoria
VI	27		
V	28		
IV	29	III	
	30		
Prid.	31	IN VISITATIONE B. VIRGINIS MARIE	12 lectionum
<b>Feria II post Pentecosten:</b>			
BEATÆ VIRGINIS MARIE, ECCLESIE MATRIS			Sollemnitas
<b>Dominica prima post Pentecosten:</b>			
SS.MÆ TRINITATIS			Sollemnitas

## IUNIUS

Cal.	1	<i>S. Iustini, martyris</i>	Mart.	Memoria
IV	2		Mart.	Memoria
III	3	<i>Ss. Caroli Lwanga et sociorum, martyrum</i>		
Prid.	4		Mart. Past.	Memoria
Non.	5	<i>S. Bonifatii, episcopi et martyris</i>		
VIII	6			
VII	7			
VI	8			
V	9			
IV	10			
III	11	<i>S. Barnabæ, apostoli</i>	Ap.	3 lectionum
Prid.	12			
Idib.	13	<i>S. Antonii de Padova, presbyteri et Ecclesie doctoris</i>	Doct. Past.	Memoria
XVIII	14			
XVII	15			
XVI	16			
XV	17			
XIV	18			
XIII	19	<i>S. Romualdi, abbatis</i>	Mon.	3 lectionum
XII	20			
XI	21	<i>S. Aloisii Gonzaga, religiosi</i>	S.tus	Memoria
X	22			
IX	23			
VIII	24	IN NATIVITATE S. IOANNIS BAPTISTÆ		Sollemnitas
VII	25	<i>B. Ioannis Hispanensis, monachi</i>	Mon.	3 lectionum
VI	26	S. ANTHELMI, MONACHI ET EPISCOPI	Mon. Past.	12 lectionum
V	27	<i>S. Irenæi, episcopi et martyris</i>	Mart. Past.	Memoria
IV	28			
III	29	SS. PETRI ET PAULI, APOSTOLORUM	Ap.	Sollemnitas
Prid.	30			
<b>Feria V post Ss.mam Trinitatem:</b>				
SS.MI CORPORIS ET SANGUINIS CHRISTI				Sollemnitas
<b>Feria VI post dominicam secundam post Pentecosten:</b>				
SACRATISSIMI CORDIS IESU				Sollemnitas
<b>Sabbato post dominicam secundam post Pentecosten:</b>				
Immaculati Cordis B. Virginis Mariæ				3 lectionum

## IULIUS

Cal.	1		
VI	2		
V	3	S. THOMÆ, APOSTOLI	Ap. 12 lectionum
IV	4		
III	5		
Prid.	6	S. ROSSOLINÆ, VIRGINIS ET MONIALIS	Virg. Mon. 12 lectionum
Non.	7		
VIII	8		
VII	9		
VI	10		
V	11	S. BENEDICTI, ABBATIS	Mon. 12 lectionum
IV	12		
III	13		
Prid.	14	<i>B. Bonifatii, monachi et episcopi</i>	Mon. Past.
Idib.	15	S. Bonaventuræ, episcopi et Ecclesiæ doctoris	Doct. Past. 3 lectionum
XVII	16	Bb. Claudii et Lazari et aliorum martyrum cartusianorum, monachorum et martyrum	Mart. Mon. 3 lectionum
XVI	17		
XV	18		
XIV	19		
XIII	20		
XII	21		
XI	22	S. Mariæ Magdalenæ	S.ta 12 lectionum
X	23	S. Ioannis Cassiani, abbatis	Mon. 3 lectionum
IX	24		
VIII	25	S. IACOBI, APOSTOLI	Ap. 12 lectionum
VII	26	<i>Ss. Ioachim et Annæ, parentum B. V. M.</i>	S.ti Memoria
VI	27		
V	28		
IV	29	<i>Ss. Marthæ, Mariæ et Lazari</i>	S.ti Memoria
III	30		
Prid.	31	S. Ignatii de Loyola, presbyteri	Past. 3 lectionum

## AUGUSTUS

<p><b>Cal.</b> 1 <i>S. Alfonsi Mariæ de' Liguori, episcopi et Ecclesiæ doctoris</i></p> <p>IV 2</p> <p>III 3</p> <p><b>Prid.</b> 4 <i>S. Ioannis Mariæ Vianney, presbyteri</i></p> <p><b>Non.</b> 5 <i>B. Guillelmi Horn, monachi et martyris</i></p> <p>VIII 6 IN TRANSFIGURATIONE DOMINI</p> <p>VII 7</p> <p>VI 8 <i>S. Dominici, presbyteri</i></p> <p>V 9 <i>S. Teresiæ Benedictæ a Cruce, virginis et martyris</i></p> <p>IV 10 <i>S. LAURENTII, DIACONI ET MARTYRIS</i></p> <p>III 11 <i>S. Claræ, virginis</i></p> <p><b>Prid.</b> 12</p> <p><b>Idib.</b> 13 <i>S. Maximiliani Mariæ Kolbe, presbyteri et martyris</i></p> <p>XIX 14</p> <p>XVIII 15 IN ASSUMPTIONE BEATÆ VIRGINIS MARIÆ</p> <p>XVII 16</p> <p>XVI 17</p> <p>XV 18</p> <p>XIV 19</p> <p>XIII 20 <i>S. BERNARDI, ABBATIS ET ECCLESIAE DOCTORIS</i></p> <p>XII 21 <i>S. Pii X, papæ</i></p> <p>XI 22 <i>B. Virginis Mariæ Reginae</i></p> <p>X 23 <i>S. Rosæ de Lima, virginis</i></p> <p>IX 24 <i>S. BARTHOLOMÆI, APOSTOLI</i></p> <p>VIII 25</p> <p>VII 26</p> <p>VI 27 <i>S. Monicae</i></p> <p>V 28 <i>S. AUGUSTINI, EPISCOPI ET ECCLESIAE DOCTORIS</i></p> <p>IV 29 IN PASSIONE S. IOANNIS BAPTISTÆ</p> <p>III 30</p> <p><b>Prid.</b> 31</p>	<p>Doct. Past.</p> <p>Past.</p> <p>Mart. Mon.</p> <p>Past.</p> <p>Virg. Mart.</p> <p>Mart.</p> <p>Virg.</p> <p>Mart. Past.</p> <p>Doct. Mon.</p> <p>Past.</p> <p>Virg.</p> <p>Ap.</p> <p>S.ta</p> <p>Doct. Past.</p> <p>Mart.</p>	<p><b>Memoria</b></p> <p><b>Memoria</b></p> <p><b>3 lectionum</b></p> <p><b>12 lectionum</b></p> <p><b>3 lectionum</b></p> <p><b>12 lectionum</b></p> <p><b>Memoria</b></p> <p><b>Sollemnitas</b></p> <p><b>12 lectionum</b></p> <p><b>Memoria</b></p> <p><b>Memoria</b></p> <p><b>Memoria</b></p> <p><b>12 lectionum</b></p> <p><b>Memoria</b></p> <p><b>12 lectionum</b></p> <p><b>12 lectionum</b></p>
--	---	---

## SEPTEMBER

Cal.	1			
IV	2			
III	3	S. GREGORII MAGNI, PAPÆ ET ECCLESIÆ DOCTORIS	Doct. Past.	12 lectionum
Prid.	4			
Non.	5			
VIII	6			
VII	7	<i>S. Stephani, monachi et episcopi</i>	Mon. Past.	
VI	8	IN NATIVITATE BEATÆ VIRGINIS MARIÆ		Sollemnitas
V	9			
IV	10			
III	11			
Prid.	12			
Idib.	13	S. Ioannis Chrysostomi, episcopi et Ecclesiæ doctoris	Doct. Past.	3 lectionum
XVIII	14	IN EXALTATIONE SANTÆ CRUCIS		12 lectionum
XVII	15			
XVI	16	Ss. Cornelii, papæ, et Cypriani, episcopi, martyrum	Mart. Past.	3 lectionum
XV	17			
XIV	18			
XIII	19			
XII	20	<i>Ss. Andreae Kim Tae-gõn, presbyteri, et Pauli Chõng Ha-sang et sociorum, martyrum</i>	Mart. Ap.	Memoria 12 lectionum
XI	21	S. MATTHÆI, APOSTOLI ET EVANGELISTÆ		
X	22			
IX	23	<i>S. Pii de Pietrelcina, presbyteri</i>	Past.	
VIII	24			
VII	25			
VI	26	<i>Ss. Cosmæ et Damiani, martyrum</i>	Mart.	
V	27	<i>S. Vincentii de Paul, presbyteri</i>	Past.	Memoria
IV	28			
III	29	S. MICHAELIS ET OMNIUM ANGELORUM		Sollemnitas
Prid.	30	S. HIERONYMI, PRESBYTERI ET ECCLESIÆ DOCTORIS	Doct. Mon.	12 lectionum

## OCTOBER

<b>Cal.</b>	1	S. TERESIÆ A IESU INFANTE, VIRGINIS ET ECCLESIE DOCTORIS	Virg. Doct.	12 lectionum
VI	2	<i>Ss. Angelorum Custodum</i>		
V	3			
IV	4	S. Francisci Assisiensis	S.tus	3 lectionum
III	5			
<b>Prid.</b>	6	S. PATRIS NOSTRI BRUNONIS, MONACHI	Mon.	Sollemnitatis Memoria
<b>Non.</b>	7	<i>B. Virginis Mariæ a Rosario</i>		
VIII	8	<i>S. Artoldi, monachi et episcopi</i>	Mon. Past.	
VII	9			
VI	10			
V	11			
IV	12	III		
13	<b>Prid.</b>			
14				
<b>Idib.</b>	15	S. TERESIÆ A IESU, VIRGINIS ET ECCLESIE DOCTORIS	Virg. Doct.	12 lectionum
XVII	16			
XVI	17	S. Ignatii Antiocheni, episcopi et martyris	Mart. Past.	3 lectionum
XV	18	S. LUCÆ, EVANGELISTÆ	Ap.	12 lectionum
XIV	19			
XIII	20			
XII	21	S. Hilarionis, eremitæ	Mon.	3 lectionum
XI	22			
X	23			
IX	24			
VIII	25			
VII	26			
VI	27			
V	28	Ss. SIMONIS ET IUDÆ, APOSTOLORUM	Ap.	12 lectionum
IV	29			
III	30			
<b>Prid.</b>	31			



## NOVEMBER

Cal.	1	OMNIUM SANCTORUM		Sollemnitas
IV	2	In Commemoratione omnium fidelium defunctorum		
III	3		Past.	
Prid.	4	<i>S. Caroli Borromeo, episcopi</i>		Memoria
Non.	5			
VIII	6			
VII	7			
VI	8			
V	9	IN DEDICATIONE BASILICÆ LATERANENSIS		12 lectionum
IV	10	S. Leonis Magni, papæ et Ecclesiæ doctoris	Doct. Past.	3 lectionum
III	11	S. MARTINI, EPISCOPI	Past. Mon.	12 lectionum
Prid.	12	<i>S. Iosaphat, episcopi et martyris</i>	Mart. Past.	Memoria
Idib.	13	OMNIUM SANCTORUM CARTUSIANORUM, MONACHORUM	Mon.	12 lectionum
XVIII	14	In Commemoratione fratrum sororumque nostrorum defunctorum		
XVII	15			
XVI	16			
XV	17	S. HUGONIS LINCOLNIENSIS, MONACHI ET EPISCOPI	Mon. Past.	12 lectionum
XIV	18	<i>S. Elisabeth Hungariæ</i>	S.ta	
XIII	19			
XII	20			
XI	21	IN PRÆSENTATIONE B. VIRGINIS MARIÆ		12 lectionum
X	22	S. Cæciliæ, virginis et martyris	Virg. Mart.	3 lectionum
IX	23			
VIII	24	<i>Ss. Andreæ Dũng-Lạc, presbyteri, et sociorum, martyrum</i>	Mart.	Memoria
VII	25	B. Beatricis, virginis et monialis	Virg. Mon.	3 lectionum
VI	26			
V	27			
IV	28			
III	29		Ap.	
Prid.	30	S. ANDREÆ, APOSTOLI		12 lectionum
Dominica ultima temporis “per annum” post Pentecosten: D. N. I. C. UNIVERSORUM REGIS				Sollemnitas

## DECEMBER

Cal.	1		
IV	2	Past.	Memoria
III	3 <i>S. Francisci Xavier, presbyteri</i>		
Prid.	4		
Non.	5		
VIII	6 <i>S. Nicolai, episcopi</i>	Past.	
VII	7 <i>S. Ambrosii, episcopi et Ecclesiæ doctoris</i>	Doct. Past.	3 lectionum
VI	8 IN CONCEPTIONE IMMACULATA BEATÆ VIRGINIS MARIÆ		Sollemnitas
V	9 <i>S. Ioannis Didaci Cuauhtlatoatzin</i>	S.tus	Memoria
IV	10		
III	11		
Prid.	12		
Idib.	13 <i>S. Luciae, virginis et martyris</i>	Virg. Mart.	Memoria
XIX	14 <i>S. Ioannis a Cruce, presbyteri et Ecclesiæ doctoris</i>	Doct. Past.	3 lectionum
XVIII	15		
XVII	16		
XVI	17		
XV	18		
XIV	19		
XIII	20		
XII	21		
XI	22		
X	23		
IX	24		
VIII	25 IN NATIVITATE DOMINI		Sollemnitas
VII	26 S. STEPHANI, PROTOMARTYRIS	Mart.	Sollemnitas
VI	27 S. IOANNIS, APOSTOLI ET EVANGELISTÆ	Ap.	12 lectionum
V	28 Ss. INNOCENTIIUM, MARTYRUM	Mart.	12 lectionum
IV	29		
III	30		
Prid.	31		

# TABELLA TEMPORARIA CELEBRATIONUM MOBILIIUM

ANNO DOMINI	LITT. DOMINIC.	EPACTÆ	AUREUS NUM.	DOM. POST EIPHANIAM	HEBDOM. POST EIPH.	SEPTUAG.	DIES CINERUM	PASCHA	ASCENSIO	PENTECOSTES	CORPUS CHRISTI	HEBD. POST PENTEC.	ADVENTUS
2021	c	XVI	8	10 ianuarii	3	31 ianuarii	17 februarii	4 aprilis	13 maii	23 maii	3 iunii	27	28 novembris
2022	b	XXVII	9	9 ianuarii	5	13 februarii	2 martii	17 aprilis	26 maii	5 iunii	16 iunii	25	27 novembris
2023	A	VIII	10	8 ianuarii	4	5 februarii	22 februarii	9 aprilis	18 maii	28 maii	8 iunii	27	3 decembris
2024*	g f	XIX	11	7 ianuarii	3	28 ianuarii	14 februarii	31 martii	9 maii	19 maii	30 maii	28	1 decembris
2025	e	*	12	12 ianuarii	5	16 februarii	5 martii	20 aprilis	29 maii	8 iunii	19 iunii	25	30 novembris
2026	d	XI	13	11 ianuarii	3	1 februarii	18 februarii	5 aprilis	14 maii	24 maii	4 iunii	27	29 novembris
2027	c	XXII	14	10 ianuarii	2	24 ianuarii	10 februarii	28 martii	6 maii	16 maii	27 maii	28	28 novembris
2028*	b A	III	15	9 ianuarii	5	13 februarii	1 martii	16 aprilis	25 maii	4 iunii	15 iunii	26	3 decembris
2029	g	XIV	16	7 ianuarii	3	28 ianuarii	14 februarii	1 aprilis	10 maii	20 maii	31 maii	28	2 decembris
2030	f	25	17	13 ianuarii	5	17 februarii	6 martii	21 aprilis	30 maii	9 iunii	20 iunii	25	1 decembris
2031	e	VI	18	12 ianuarii	4	9 februarii	26 februarii	13 aprilis	22 maii	1 iunii	12 iunii	26	30 novembris
2032*	d c	XVII	19	11 ianuarii	2	25 ianuarii	11 februarii	28 martii	6 maii	16 maii	27 maii	28	28 novembris
2033	b	XXIX	1	9 ianuarii	5	13 februarii	2 martii	17 aprilis	26 maii	5 iunii	16 iunii	25	27 novembris
2034	A	X	2	8 ianuarii	4	5 februarii	22 februarii	9 aprilis	18 maii	28 maii	8 iunii	27	3 decembris
2035	g	XXI	3	7 ianuarii	2	21 ianuarii	7 februarii	25 martii	3 maii	13 maii	24 maii	29	2 decembris
2036*	f e	II	4	13 ianuarii	4	10 februarii	27 februarii	13 aprilis	22 maii	1 iunii	12 iunii	26	30 novembris
2037	d	XIII	5	11 ianuarii	3	1 februarii	18 februarii	5 aprilis	14 maii	24 maii	4 iunii	27	29 novembris
2038	c	XXIV	6	10 ianuarii	6	21 februarii	10 martii	25 aprilis	3 iunii	13 iunii	24 iunii	24	28 novembris
2039	b	v	7	9 ianuarii	4	6 februarii	23 februarii	10 aprilis	19 maii	29 maii	9 iunii	26	27 novembris
2040*	A g	XVI	8	8 ianuarii	3	29 ianuarii	15 februarii	1 aprilis	10 maii	20 maii	31 maii	28	2 decembris
2041	f	XXVII	9	13 ianuarii	5	17 februarii	6 martii	21 aprilis	30 maii	9 iunii	20 iunii	25	1 decembris
2042	e	VIII	10	12 ianuarii	3	2 februarii	19 februarii	6 aprilis	15 maii	25 maii	5 iunii	27	30 novembris
2043	d	XIX	11	11 ianuarii	2	25 ianuarii	11 februarii	29 martii	7 maii	17 maii	28 maii	28	29 novembris
2044*	c b	*	12	10 ianuarii	5	14 februarii	2 martii	17 aprilis	26 maii	5 iunii	16 iunii	25	27 novembris

## MISSALE CARTUSIENSE

ANNO DOMINI	LITT. DOMINIC.	EPACTÆ	AUREUS NUM.	DOM. POST EIPHANIAM	HEBDOM. POST EIPH.	SEPTUAG.	DIES CINERUM	PASCHA	ASCENSIO	PENTECOSTES	CORPUS CHRISTI	HEBD. POST PENTEC.	ADVENTUS
2045	A	XI	13	8 ianuarii	4	5 februarii	22 februarii	9 aprilis	18 maii	28 maii	8 iunii	27	3 decembris
2046	g	XXII	14	7 ianuarii	2	21 ianuarii	7 februarii	25 martii	3 maii	13 maii	24 maii	29	2 decembris
2047	f	III	15	13 ianuarii	4	10 februarii	27 februarii	14 aprilis	23 maii	2 iunii	13 iunii	26	1 decembris
2048*	e d	XIV	16	12 ianuarii	3	2 februarii	19 februarii	5 aprilis	14 maii	24 maii	4 iunii	27	29 novembris
2049	c	25	17	10 ianuarii	5	14 februarii	3 martii	18 aprilis	27 maii	6 iunii	17 iunii	25	28 novembris
2050	b	VI	18	9 ianuarii	4	6 februarii	23 februarii	10 aprilis	19 maii	29 maii	9 iunii	26	27 novembris
2051	A	XVII	19	8 ianuarii	3	29 ianuarii	15 februarii	2 aprilis	11 maii	21 maii	1 iunii	28	3 decembris
2052*	g f	XXIX	1	7 ianuarii	6	18 februarii	6 martii	21 aprilis	30 maii	9 iunii	20 iunii	25	1 decembris
2053	e	X	2	12 ianuarii	3	2 februarii	19 februarii	6 aprilis	15 maii	25 maii	5 iunii	27	30 novembris
2054	d	XXI	3	11 ianuarii	2	25 ianuarii	11 februarii	29 martii	7 maii	17 maii	28 maii	28	29 novembris
2055	c	II	4	10 ianuarii	5	14 februarii	3 martii	18 aprilis	27 maii	6 iunii	17 iunii	25	28 novembris
2056*	b A	XIII	5	9 ianuarii	3	30 ianuarii	16 februarii	2 aprilis	11 maii	21 maii	1 iunii	28	3 decembris
2057	g	XXIV	6	7 ianuarii	6	18 februarii	7 martii	22 aprilis	31 maii	10 iunii	21 iunii	25	2 decembris
2058	f	V	7	13 ianuarii	4	10 februarii	27 februarii	14 aprilis	23 maii	2 iunii	13 iunii	26	1 decembris
2059	e	XVI	8	12 ianuarii	2	26 ianuarii	12 februarii	30 martii	8 maii	18 maii	29 maii	28	30 novembris
2060*	d c	XXVII	9	11 ianuarii	5	15 februarii	3 martii	18 aprilis	27 maii	6 iunii	17 iunii	25	28 novembris
2061	b	VIII	10	9 ianuarii	4	6 februarii	23 februarii	10 aprilis	19 maii	29 maii	9 iunii	26	27 novembris
2062	A	XIX	11	8 ianuarii	2	22 ianuarii	8 februarii	26 martii	4 maii	14 maii	25 maii	29	3 decembris
2063	g	*	12	7 ianuarii	5	11 februarii	28 februarii	15 aprilis	24 maii	3 iunii	14 iunii	26	2 decembris
2064*	f e	XI	13	13 ianuarii	3	3 februarii	20 februarii	6 aprilis	15 maii	25 maii	5 iunii	27	30 novembris
2065	d	XXII	14	11 ianuarii	2	25 ianuarii	11 februarii	29 martii	7 maii	17 maii	28 maii	28	29 novembris
2066	c	III	15	10 ianuarii	4	7 februarii	24 februarii	11 aprilis	20 maii	30 maii	10 iunii	26	28 novembris
2067	b	XIV	16	9 ianuarii	3	30 ianuarii	16 februarii	3 aprilis	12 maii	22 maii	2 iunii	27	27 novembris
2068*	A g	25	17	8 ianuarii	6	19 februarii	7 martii	22 aprilis	31 maii	10 iunii	21 iunii	25	2 decembris
2069	f	VI	18	13 ianuarii	4	10 februarii	27 februarii	14 aprilis	23 maii	2 iunii	13 iunii	26	1 decembris
2070	e	XVII	19	12 ianuarii	2	26 ianuarii	12 februarii	30 martii	8 maii	18 maii	29 maii	28	30 novembris
2071	d c	XXIX	1	11 ianuarii	5	15 februarii	3 martii	18 aprilis	27 maii	6 iunii	17 iunii	25	28 novembris
2072*	b	X	2	9 ianuarii	4	7 februarii	24 februarii	10 aprilis	19 maii	29 maii	9 iunii	26	27 novembris

# PROPRIUM DE TEMPORE



## TEMPUS ADVENTUS

### DOMINICA I ADVENTUS

#### Introitus

Ps 24, 1-3

**A**D te levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam: neque irrídeant me inimíci mei: étenim univérsi qui te expéctant, non confundéntur.

**Ps 24, 4:** Vias tuas, Dómine, demónstra mihi: et sémitas tuas édoce me.

Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, et in sácula sæculórum. Amen.

Ad te levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam: neque irrídeant me inimíci mei: étenim univérsi qui te expéctant, non confundéntur.

**Non dicitur** Glória in excélsis.

#### Collecta

Da, quæsumus, omnipotens Deus, hanc tuis fidélibus voluntátem, ut, Christo tuo veniénti iustis opéribus occurréntes, eius déxteræ sociáti, regnum mereántur possidére cæléste. Per Dóminum.

#### Responsorium

Ps 24, 3.4

**R/.** Univérsi qui te expéctant non confundéntur, Dómine.

**V/ .** Vias tuas, Dómine, notas fac mihi, et sémitas tuas édoce me.

#### Alleluia

Ps 84, 8

Allelúia. **V/ .** Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis.  
Allelúia.

**Dicitur** Credo.

#### Ant. ad offertorium

Ps 24, 1-3

Ad te, Dómine, levávi ánimam meam, Deus meus, in te confído, non erubéscam, neque irrídeant me inimíci mei; étenim univérsi qui te expéctant non confundéntur.

#### Super oblata

Súscipe, quæsumus, Dómine, múnera, quæ de tuis offérimus colláta beneficiis, et, quod nostræ devotióni concédís éffici temporáli, tuæ nobis fiat præmium redemptiόνis æternæ. Per Christum.

**Præfatio de Adventu, p. 234, vel p. 235.**

#### Ant. ad communionem

Ps 84, 13

Dóminus dabit benignitátem: et terra nostra dabit fructum suum.

**Post communionem**

Prosint nobis, quæsumus, Dómine, frequentáta mystéria, quibus nos, inter prætereúntia ambulátes, iam nunc instítuis amáre cæléstia et inhærére mansúris. Per Dóminum.



## DOMINICA II ADVENTUS

## Introitus

Cf. Is 30, 30

**P**OPULUS Sion, ecce Dóminus véniet ad salvándas gentes: et audítam fáciét Dóminus glóriam vocis suæ, in lætítia cordis vestri.

**Ps 79, 2:** Qui regis Israel, inténde: qui dedúcis velut ovem Ioseph.

**Non dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Omnípotens et miséricors Deus, in tui occúrsum Fílii festinántes nulla ópera terréni actus impédiant, sed sapiéntiæ cæléstis erudítio nos fáciat eius esse consórtes. Qui tecum.

## Responsorium

Ps 49, 2-3.5

**R/.** Ex Sion spécies decóris eius: Deus maniféste véniet.

**V/.** Congregáte illi Sanctos eius, qui ordinavérunt testaméntum eius super sacrificia.

## Alleluia

Ps 121, 1

Allelúia. **V/.** Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 84, 7-8

Deus, tu convértens vivificábis nos, et plebs tua lætábitur in te; osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis.

## Super oblata

Placáre, Dómine, quæsumus, nostræ précibus humilitátis et hóstiis, et, ubi nulla súppetunt suffrágia meritórum, tuæ nobis indulgéntiæ succúrre præsídiis. Per Christum.

**Præfatio de Adventu, p. 234, vel p. 235.**

## Ant. ad communionem

Bar 5, 5; 4, 36

Ierúsalem, surge, et sta in excélso: et vide iucunditátem quæ véniet tibi a Deo tuo.

## Post communionem

Repléti cibo spiritális alimóniæ, súpplices te, Dómine, deprecámur, ut, huius participatióne mystérii, dóceas nos terréna sapiénter perpéndere, et cæléstibus inhærére. Per Dóminum.

## DOMINICA III ADVENTUS

## Introitus

Phil 4, 4-6

**G**AUDETE in Dómino semper: íterum dico, Gaudéte: modéstia vestra nota sit ómnibus homínibus. Dóminus prope est: nihil sollíciti sitis: sed in omni oratióne petitiónes vestræ innotéscant apud Deum.

**Ps 84, 2:** Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Iacob.

**Non dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Excita, Dómine, corda nostra ad præparádas Unigéniti tui vias, ut, per eius advéntum, purificáti tibi méntibus servíre mereámur. Qui tecum.

## Responsorium

Cf. Ps 79, 2-3

**R/.** Qui sedes, Dómine, super Chérubim, éxcita poténtiam tuam, et veni.

**V/.** Qui regis Israel, inténde: qui dedúcis velut ovem Ioseph.

## Alleluia

Ps 79, 3

Allelúia. **V/.** Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 84, 2-3

Benedixísti, Dómine, terram tuam, avertísti captivitátem Iacob, remisísti iniquitátem plebis tuæ.

## Super oblata

Devotiónis nostræ tibi, quæsumus, Dómine, hóstia iúgiter immolétur, quæ et sacri péragat institúta mystérii, et salutáre tuum in nobis mirabíliter operétur. Per Christum.

**Præfatio de Adventu, p. 234, vel p. 235.**

## Ant. ad communionem

Is 35, 4

Dícite pusillánimis: Confortámini, et nolíte timére: ecce Deus noster véniet, et salvábit nos.

## Post communionem

Implorámus, Dómine, cleméntiam tuam, ut hæc divína subsídía, a vítiis expiátos, ad festa ventúra nos præparent. Per Dóminum.

## DOMINICA IV ADVENTUS

## Introitus

Is 45, 8

**R**ORATE, cæli, désuper, et nubes pluant iustum: aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem.

**Ps 18, 2:** Cæli enárrant glóriam Dei: et ópera mánuum eius annúnciat firmaméntum.

**Non dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Deus, æténa maiéstas, cuius ineffábile Verbum, Angelo nuntiánte, Virgo immaculáta suscepit, et, domus divinitátis effécta, Sancti Spíritus luce replétur, quæsumus, ut nos, eius exémplo, voluntáti tuæ humíliter adhærere valeámus. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 144, 18.21

**R/.** Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum: ómnibus qui ínvocant eum in veritáte.

**V/.** Laudem Dómini loquétur os meum: et benedícat omnis caro nomen sanctum eius.

## Alleluia

Ps 79, 3

Allelúia. **V/.** Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Is 35, 4

Confortámini, et nolíte timére; ecce Deus vester ultiónem addúcet retributiónis; Deus ipse véniet, et salvábit vos.

## Super oblata

Altári tuo, Dómine, superpósita múnera Spíritus ille sanctíficet, qui beátæ Mariæ víscera sua virtúte replévit. Per Christum.

**Præfatio de Adventu, p. 234, vel p. 235.**

## Ant. ad communionem

Is 7, 14

Ecce Virgo concípiet, et páriet Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

## Post communionem

Sumpto pignore redemptiόνis æternæ, quæsumus, omnipotens Deus, ut quanto magis dies salutíferæ festivitátis accédit, tanto devótius proficiámus ad Fílii tui digne nativitátis mystérium celebrándum. Qui tecum.

## IN FERIIS ADVENTUS

**a die 17 ad diem 23 decembris**

### Missa ferialis

#### Introitus

Ps 118, 151-152

Prope es tu, Dómine, et omnes viæ tuæ véritas: inítio cognóvi de testimóniis tuis, quia in ætérnum tu es.

Ps 118, 1: Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini.

#### Collecta

Omnípotens sempitérne Deus, nativitátem Fílii tui secúndum carnem propinquáre cernéntes, quæsumus, ut nobis indígnis fámulis tuis misericórdiam præstet Verbum, quod ex Vírgine María dignátum est caro fieri, et in nobis habitáre Iesus Christus, Dóminus noster. Qui tecum.

#### Responsorium

Ps 84, 8.2

R/. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis.

V/. Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Iacob.

#### Alleluia

Ps 84, 8

Allelúia. V/. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis.  
Allelúia.

#### Ant. ad offertorium

Is 35, 4

Confortámini, et nolíte timére; ecce Deus vester ultiónem addúcet retributiónis; Deus ipse véniet, et salvábit vos.

#### Super oblata

Sacrificium tibi, Dómine, celebrándum tuo nómini nos reddat accéptos, ut ipsíus æternitátis mereámur esse consórtes, qui mortalitátem nostram sua mortalitáte curávit. Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum.

Præfatio de Adventu, p. 234, vel p. 235.

#### Ant. ad communionem

Cf. Zac 14, 5.6.7

Ecce Dóminus véniet et omnes sancti eius cum eo; et erit in die illa lux magna.

#### Post communionem

Divíno múnere satiáti, quæsumus, omnípotens Deus, hoc desidério potiámur, ut, a tuo accénsi Spírítu, ante conspéctum veniéntis Christi tui, velut clara luminária fulgeámus. Qui tecum.

**A die 17 ad diem 23 decembris****Altera Missa ferialis****Introitus**

Cf. Ps 79, 2-4

Veni, et osténde nobis fáciem tuam, Dómine, qui sedes super Chérubim, et salvi érimus.

**Ps 79, 2:** Qui regis Israel, inténde: qui dedúcis velut ovem Ioseph.

**Collecta**

Festína, quáesumus, ne tardáveris, Dómine Iesu, ut advéntus tui consolatióibus sublevéntur, qui in tua pietáte confídunt. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sáecula sáeculórum.

**Ex sequentibus responsoriis unum eligitur ad libitum.**

**Responsorium**

Ps 18, 7.2

**R/.** A summo cælo egréssio eius, et occúrsus eius usque ad summum eius.

**V/.** Cæli enárrant glóriam Dei: et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

**Vel:**

Ps 18, 6.7

**R/.** In sole pósuit tabernáculum suum: et ipse tamquam sponsus procédens de thálamo suo.

**V/.** A summo cælo egréssio eius, et occúrsus eius usque ad summum eius.

**Vel:**

Ps 79, 3..2-3

**R/.** Excita, Dómine, poténtiam tuam et veni: ut salvos fácias nos.

**V/.** Qui regis Israel inténde, qui dedúcis velut ovem Ioseph: qui sedes super Chérubim, appáre coram Ephraim, Béniamin et Manásse.

**Vel:**

Ps 79, 20.3

**R/.** Dómine Deus virtútum, convérte nos: et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

**V/.** Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos.

**Responsorio dicto, additur sequens Alleluia.**

**Alleluia**

Ps 84, 8

Allelúia. **V/.** Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis.  
Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Zac 9, 9

Exsúlta satis, filia Sion, prædica, filia Ierúsalem; ecce Rex tuus venit tibi Sanctus et Salvátor.

**Super oblata**

Hæc sacrificia nos, omnípotens Deus, poténti virtúte mundátos, ad suum fáciant purióres veníre princípium. Qui vivit et regnat in sáecula sáeculórum.

Præfatio de Adventu, p. 234, vel p. 235.

Ant. ad communionem

Ps 18, 6-7

Exsultávit ut gigas ad curréndam viam: a summo cælo egressio eius, et occúrsus eius usque ad summum eius.

Post communionem

Suscipiámus, Dómine, misericórdiam tuam in médio templi tui, ut reparatiónis nostræ ventúra sollémnia cóngruis honóribus præcedámus. Per Dóminum.

## Die 24 decembris

### VIGILIA NATIVITATIS DOMINI

#### Introitus

Cf. Ex 16, 6-7

**H**ODIE sciétis, quia véniet Dóminus, et salvábit vos: et mane vidébitis glóriam eius.

Ps 23, 1: Dómini est terra, et plenitúdo eius: orbis terrárum, et univérsti qui hábitant in eo.

**Non dicitur** Glória in excélsis.

#### Collecta

Deus, qui nos redemptionis nostræ ánnua exspectatióne lætíficas, præsta, ut Unigénitum tuum, quem læti suscípimus Redemptórem, veniéntem quoque Iúdicem secúri vidére mereámur, Dóminum nostrum Iesum Christum. Qui tecum.

#### Responsorium

Cf. Ex 16, 6-7; Ps 79, 2-3

**R/.** Hódie sciétis quia véniet Dóminus, et salvábit vos: et mane vidébitis glóriam eius.

**V/ .** Qui regis Israel, inténde, qui dedúcis velut ovem Ioseph: qui sedes super Chérubim, appáre coram Ephraím, Béniamin, et Manásse.

#### Alleluia

Ps 79, 3

Allelúia. **V/ .** Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos. Allelúia.

**Non dicitur** Credo nisi vigilia acciderit in dominica.

#### Ant. ad offertorium

Ps 23, 7

Tóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ æternáles: et introíbit Rex glóriæ.

#### Super oblata

Tanto nos, Dómine, quæsumus, promptióre servítio hæc præcúrrere concéde sollémnia, quanto in his constáre princípium nostræ redemptionis osténdis. Per Christum.

**Præfatio de Adventu, p. 234, vel p. 235.**

#### Ant. ad communionem

Cf. Is 40, 5

Revelábitur glória Dómini, et vidébit omnis caro salutáre Dei nostri.

#### Post communionem

Da nobis, quæsumus, Dómine, Unigéniti Fílii tui recensíta nativitate vegetári, cuius cælésti mystério páscimur et potámur. Qui tecum.





TEMPUS NATIVITATIS

Die 25 decembris

IN NATIVITATE DOMINI

Sollemnitas



# IN NATIVITATE DOMINI

## Ad Missam in nocte

### Introitus

Ps 2, 7

**D**OMINUS dixit ad me: Fílius meus es tu, ego hódie génui te.

Ps 2, 6: Ego autem constitútus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præcéptum eius.

**Dicitur** Glória in excélsis.

### Collecta

Deus, qui hanc sacratíssimam noctem veri lúminis fecísti illustratióne claréscere, da, quæsumus, ut, cuius in terra mystéria lucis agnóvimus, eius quoque gáudiis perfruámur in cælo. Qui tecum.

### Responsorium

Ps 109, 3.1

**R/.** Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: ex útero ante lucíferum génui te.

**V/ .** Dixit Dóminus Dómino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimícos tuos scabéllum pedum tuórum.

### Alleluia

Ps 2, 7

Allelúia. **V/ .** Dóminus dixit ad me: Fílius meus es tu, ego hódie génui te. Allelúia.

**Dicitur** Credo. **Ad verba** Et homo factus est **omnes, etiam concelebrantes, veniam sumunt.**

### Ant. ad offertorium

Ps 95, 11.13

Læténtur cæli, et exsúltet terra ante fáciem Dómini, quóniam venit.

### Super oblata

Grata tibi sit, Dómine, quæsumus, hodiérnæ festivitátis oblátio, ut, per hæc sacrosáncta commércia, in illíus inveniámur forma, in quo tecum est nostra substántia. Qui vivit et regnat in sácula sæculórum.

**Præfatio de Nativitate, p. 236.**

**Quando adhibetur Prex eucharistica I, Communicantes proprium.**

### Ant. ad communionem

Ps 109, 3

In splendóribus sanctórum ex útero ante lucíferum génui te.

### Post communionem

Da nobis, quæsumus, Dómine Deus noster, ut, qui nativitátem Redemptóris nostri frequentáre gaudémus, dignis conversatiónebus ad eius mereámur perveníre consórtium. Qui tecum.

Missa conventualis absolvitur cum Amen ad orationem post communionem, quæ concluditur conclusione brevi.

## Ad Missam in aurora

### Introitus

Cf. Is 9, 1.5-6

**L**UX fulgēbit hódie super nos, quia natus est nobis Dóminus: et vocábitur Admirábilis, Deus, Princeps pacis, Pater futúri sǎculi, cuius regni non erit finis.

**Ps 92, 1:** Dóminus regnávít, decórem indútus est: indútus est Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se.

**Dicitur** Glória in excélsis.

### Collecta

Da, quǎesumus, omnípotens Deus, ut dum nova incarnáti Verbi tui luce perfúndimur, hoc in nostro respéndeat ópere, quod per fidem fulget in mente. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 117, 26.27.23

**R/.** Benedíctus qui venit in nómine Dómini, Deus Dóminus, et illúxit nobis.

**V/.** A Dómino factum est istud, et est mirábile in óculis nostris.

### Alleluia

Ps 92, 1

Allelúia. **V/.** Dóminus regnávít, decórem índuit: índuit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte. Allelúia.

**Dicitur** Credo. **Ad verba** Et homo factus est **omnes, etiam concelebrantes, veniam sumunt.**

### Ant. ad offertorium

Cf. Ps 92, 1-2

Deus firmávít orbem terræ, qui non commovébitur: paráta sedes tua, Deus, ex tunc; a sǎculo tu es.

### Super oblata

Múnera nostra, quǎesumus, Dómine, nativitátis hodiérnæ mystériis apta provéniant, ut sicut homo génius idem præfúlsit et Deus, sic nobis hæc terréna substántia cónferat quod divínus est. Per Christum.

**Præfatio de Nativitate, p. 236.**

**Quando adhibetur Prex eucharistica I, Communicantes proprium.**

### Ant. ad communionem

Zac 9, 9

Exsúlta, fília Sion, lauda, fília Ierúsalem: ecce Rex tuus venit Sanctus et Salvátor.

### Post communionem

Da nobis, Dómine, Fílii tui nativitátem læta devotióne coléntibus, huius arcána mystérii et plena fide cognóscere, et plenióre caritátis ardóre dilígere. Per Dóminum.

## Ad Missam in die

### Introitus

Cf. Is 9, 5

**P**UER natus est nobis, et Fílius datus est nobis: cuius impérium super húmerum eius: et vocábitur nomen eius, magni consílii Angelus.

**Ps 97, 1:** Cantáte Dómino cánticum novum: quia mirabília fecit.

**Dicitur** Glória in excélsis.

### Collecta

Deus, qui humánæ substántiæ dignitátem et mirabíliter condidísti, et mirabílius reformásti, da, quæsumus, nobis eius divinitátis esse consórtes, qui humanitátis nostræ fieri dignátus est párticeps. Qui tecum.

### Responsorium

Ps 97, 3-4.2

**R/.** Vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri: iubiláte Deo, omnis terra.

**V/.** Notum fecit Dóminus salutáre suum: ante conspéctum géntium revelávit iustítiam suam.

### Alleluia

Allelúia. **V/.** Dies sanctificátus illúxit nobis: veníte, gentes, et adoráte Dóminum: quia hódie descéndit lux magna super terram. Allelúia.

**Dicitur** Credo. **Ad verba** Et homo factus est **omnes, etiam concelebrantes, veniam sumunt.**

### Ant. ad offertorium

Ps 88, 12.15

Tui sunt cæli et tua est terra: orbem terrárum et plenitúdinem eius tu fundásti; iustítia et iudícium præparátio sedis tuæ.

### Super oblata

Oblátio tibi sit, Dómine, hodiérnæ sollemnitátis accépta, qua et nostræ reconciliatiónis procéssit perfécta placátio, et divíni cultus nobis est índita plenitúdo. Per Christum.

**Præfatio de Nativitate, p. 236.**

**Quando adhibetur Prex eucharistica I, Communicantes proprium.**

### Ant. ad communionem

Ps 97, 3

Vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri.

### Post communionem

Præsta, miséricors Deus, ut natus hódie Salvátor mundi, sicut divínæ nobis generatiónis est auctor, ita et immortalitátis sit ipse largítor. Qui tecum.

## DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI

### Introitus

Cf. Is 9, 5

**P**UER natus est nobis, et Fílius datus est nobis: cuius impérium super húmerum eius: et vocábitur nomen eius, magni consílii Angelus.

**Ps 97, 1:** Cantáte Dómino cánticum novum: quia mirabília fecit.

**Dicitur** Glória in excélsis.

### Collecta

Omnípotens et invisíbilis Deus, qui tuæ lucis advéntu mundi ténebras effugásti, seréno vultu nos, quæsumus, intuére, ut magnificéntiam nativitátis Unigéniti tui dignis præcóniis collaudémus. Qui tecum.

### Responsorium

Ps 97, 3-4.2

**R/.** Vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri: iubiláte Deo, omnis terra.

**V/.** Notum fecit Dóminus salutáre suum: ante conspéctum géntium revelávit iustítiam suam.

### Alleluia

Allelúia. **V/.** Dies sanctificátus illúxit nobis: veníte, gentes, et adoráte Dóminum: quia hódie descéndit lux magna super terram. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

### Ant. ad offertorium

Ps 88, 12.15

Tui sunt cæli et tua est terra: orbem terrárum et plenitúdinem eius tu fundásti; iustítia et iudícium præparátio sedis tuæ.

### Super oblata

Súscipe, Dómine, múnera nostra, quibus exercéntur commércia gloriósa, ut offeréntes quæ dedísti, teípsum mereámur accípere. Per Christum.

**Præfatio de Nativitate, p. 236.**

**Quando adhibetur Præx eucharistica I, Communicantes proprium.**

### Ant. ad communionem

Ps 97, 3

Vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri.

### Post communionem

Da, quæsumus, omnípotens Deus, ut mysteriórum virtúte sanctórum iúgiter vita nostra firmétur. Per Dóminum.

## Diebus 29, 30 et 31 decembris

### IN FERIIS INFRA OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI

In conventu, nisi occurrat dominica, sequentes Missæ dicuntur:

prima die, Missa Lux fulgebit, ut infra;

secunda die, Missa Dominus dixit, p. 57;

tertia die, Missa Puer, p. 57.

Si duo dies tantum vacant, pro secundo ad libitum eligitur Missa Dominus dixit vel Missa Puer.

In privato, istæ tres Missæ indifferenter adhiberi possunt.

### Missæ “Lux fulgebit”

Introitus

Cf. Is 9, 1.5-6

**L**UX fulgēbit hodie super nos, quia natus est nobis Dóminus: et vocábitur Admirábilis, Deus, Princeps pacis, Pater futúri sǎculi, cuius regni non erit finis.

**Ps 92, 1:** Dóminus regnávít, decórem indútus est: indútus est Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se.

**Dicitur** Glória in excélsis.

Collecta

Deus, qui pópulo tuo, Unigéniti tui nativité, redemptiónis efféctum mirábiliter inchoásti, ita, quæsumus, fidei fámulis tuis tríbue firmitátem, ut usque ad promíssum glóriæ præmium, ipso gubernánte, pervéniant. Qui tecum.

Responsorium

Ps 117, 26.27.23

**R/.** Benedíctus qui venit in nómine Dómini, Deus Dóminus, et illúxit nobis.

**V/.** A Dómino factum est istud, et est mirábile in óculis nostris.

Alleluia

Ps 92, 1

Allelúia. **V/.** Dóminus regnávít, decórem índuit: índuit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte. Allelúia.

Ant. ad offertorium

Cf. Ps 92, 1-2

Deus firmávít orbem terræ, qui non commovébitur: paráta sedes tua, Deus, ex tunc; a sǎculo tu es.



**Super oblata**

Múnera nostra, quæsumus, Dómine, nativitátis hodiernæ mystériis apta provéniant, ut sicut homo génius idem præfúlsit et Deus, sic nobis hæc terréna substántia cónferat quod divínus est. Per Christum.

Præfatio de Nativitate, p. 236.

Quando adhibetur Prex eucharistica I, Communicantes **proprium**.

Ant. ad communionem

Zac 9, 9

Exsúlta, fília Sion, lauda, fília Ierúsalem: ecce Rex tuus venit sanctus et Salvátor.

Post communionem

Da nobis, Dómine, Fílii tui nativitátem læta devotióne coléntibus, huius arcána mystérii et plena fide cognóscere, et plenióre caritátis ardóre dilígere. Per Dóminum.

**Missa “Dominus dixit”**

Introitus

Ps 2, 7

**D**OMINUS dixit ad me: Fílius meus es tu, ego hódie génuí te.

Ps 2, 6: Ego autem constitútus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præcéptum eius.

Dicitur Glória in excélsis.

Collecta

Omnípotens sempitérne Deus, qui per advéntum Unigéniti Fílii tui nova luce radiáre dignátus es, concéde nobis, ut, sicut eum per Vírginis partum in forma nostri córporis merúimus habére partícipem, ita et in eius regno grátia mereámur esse consórtes. Qui tecum.

Responsorium

Ps 109, 3.1

**R/.** Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctorum: ex útero ante lucíferum génuí te.

**V/ .** Dixit Dóminus Dómino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimícos tuos scabéllum pedum tuórum.

Alleluia

Ps 2, 7

Allelúia. **V/ .** Dóminus dixit ad me: Fílius meus es tu, ego hódie génuí te. Allelúia.

Ant. ad offertorium

Ps 95, 11.13

Læténtur cæli, et exsúltet terra ante fáciem Dómini, quóniam venit.

**Super oblata**

Grata tibi sit, Dómine, quæsumus, hodiernæ festivitátis oblátio, ut, per hæc sacrosáncta commércia, in illús inveniámur forma, in quo tecum est nostra substántia. Qui vivit et regnat in sácula sæculórum.

**Præfatio de Nativitate, p. 236.**

**Quando adhibetur Prex eucharistica I, Communicantes proprium.**

**Ant. ad communionem**

**Ps 109, 3**

In splendóribus sanctórum ex útero ante lucíferum génuí te.

**Post communionem**

Da nobis, quæsumus, Dómine Deus noster, ut, qui nativitátem Redemptóris nostri frequentáre gaudémus, dignis conversatiónebus ad eius mereámur perveníre consórtium. Qui tecum.

**Missá “Puer”**

**Introitus**

**Cf. Is 9, 5**

**P**UER natus est nobis, et Fílius datus est nobis: cuius impérium super húmerum eius: et vocábitur nomen eius, magni consílii Angelus.

**Ps 97, 1:** Cantáte Dómino cánticum novum: quia mirábília fecit.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Omnípotens sempitérne Deus, qui in Fílii tui nativitáte tribuísti totíus religiónis inítium perfectionémque constáre, da nobis, quæsumus, in eius portióne censéri, in quo totíus salutis humánæ summa consístit. Qui tecum.

**Responsorium**

**Ps 97, 3-4.2**

**R/.** Vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri: iubiláte Deo, omnis terra.

**V/.** Notum fecit Dóminus salutáre suum: ante conspéctum géntium revelávit iustítiam suam.

**Alleluia**

Alleluia. **V/.** Dies sanctificátus illúxit nobis: veníte, gentes, et adoráte Dóminum: quia hódie descéndit lux magna super terram. Alleluia.

**Ant. ad offertorium**

**Ps 88, 12.15**

Tui sunt cæli et tua est terra: orbem terrárum et plenitúdinem eius tu fundásti; iustítia et iudícium præparátio sedis tuæ.

**Super oblata**

Deus, auctor sincerae devotionis et pacis, da, quaesumus, ut et maiestatem tuam convenienter hoc munere veneremur, et sacri participatione mysterii fideliter sensibus uniamur. Per Christum.

**Præfatio de Nativitate, p. 236.**

**Quando adhibetur Prex eucharistica I, Communicantes proprium.**

**Ant. ad communionem**

**Ps 97, 3**

Viderunt omnes fines terrae salutare Dei nostri.

**Post communionem**

Diversis plebs tua, Domine, gubernata subsidiis, et praesentia pietatis tuae remedia capiat et futura, ut, transeuntium rerum necessaria consolatione fovente, fiducialius ad aeterna contendat. Per Dominum.

**Die 1 ianuarii****In octava Nativitatis Domini****SANCTÆ DEI GENETRICIS MARIÆ****Sollemnitas****Introitus****Sedulus**

**S**ALVE, Sancta Parens, eníxa puérpera Regem, qui cælum terrámque regit in sácula sæculórum.

**Ps 44, 12:** Quia concupívit Rex decórem tuum: quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, et adorábunt eum.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui salútis æternæ, beátæ Mariæ virginitáte fecúnda, humano géneri præmia præstitísti, tríbue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum. Qui tecum.

**Responsorium**

**R/.** Benedícta et venerábilis es, Virgo María, quæ sine tactu pudóris invénta es Mater Salvatóris.

**V/.** Virgo Dei Génetrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit víscera factus homo.

**Alleluia**

Alleluía. **V/.** Post partum Virgo invioláta permansísti: Dei Génetrix, intercède pro nobis. Alleluía.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium****Lc 1, 28.42**

Ave, María, grátia plena, Dóminus tecum; benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

**Super oblata**

Deus, qui bona cuncta ínchoas benígnus et pérficis, da nobis, de sollemnitáte sanctæ Dei Genetrícis lætántibus, sicut de ínitiis tuæ grátiae gloriámur, ita de perfectióne gaudére. Per Christum.

**Præfatio I de beata Virgine Maria (Et te in Maternitate), p. 256, vel II, p. 257, vel III, p. 258.**

**Quando adhibetur Prex eucharistica I, Communicantes proprium.**

**Ant. ad communionem****Cf. Lc 11, 27**

Beáta víscera Mariæ Vírginis, quæ portavérunt æténi Patris Fílium.

**Post communionem**

Súmptimus, Dómine, læti sacraménta cæléstia: præsta, quæsumus, ut ad vitam nobis proficiant sempiternam, qui beátam semper Víginem Mariám Fílii tui Genetrícem et Ecclésiæ Matrem profitéri gloriámur. Per Dóminum.

## DOMINICA II POST NATIVITATEM

seu dominica Dum medium

## Introitus

Sap 18, 14-15

**D**UM médium siléntium tenérent ómnia, et nox in suo cursu médium iter habéret:  
omnípotens sermo tuus, Dómine, de cælis a regálibus sédibus venit.

**Ps 92, 1:** Dóminus regnávít, decórem indútus est: indútus est Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Concéde nobis, omnípotens Deus, ut salutáre tuum, quod ad redemptiónem mundi luce nova cælórum procéssit, nostris semper innovándis córdibus oriátur. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 44, 3.2

**R/.** Speciósus forma præ fíliis hóminum: diffúsa est grátia in lábiis tuis.

**V/ .** Eructávit cor meum verbum bonum, dico ego ópera mea Regi: língua mea cálamus scribæ velóciter scribéntis.

## Alleluia

Ps 92, 1

Allelúia. **V/ .** Dóminus regnávít, decórem índuit: índuit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Cf. Ps 92, 1-2

Deus firmávit orbem terræ, qui non commovébitur: paráta sedes tua, Deus, ex tunc; a sæculo tu es.

## Super oblata

Obláta, Dómine, múnera Unigéniti tui nativítate sanctífica, qua nobis et via osténditur veritátis, et regni cæléstis vita promíttitur. Per Christum.

**Præfatio de Nativitate, p. 236.**

**Quando adhibetur Prex eucharistica I, Communicantes ordinarium.**

## Ant. ad communionem

Mt 2, 20

Tolle Púerum et matrem eius et vade in terram Israel: defúnti sunt enim qui quærébant ánimam Púeri.

## Post communionem

Per huius, Dómine, operatióem mystérii, et vítia nostra purgéntur, et iusta desidéria compleántur. Per Dóminum.

**Hæc Missa, sine Glória et Credo, adhiberi potest ut Missa ferialis inter dies 3 et 5 ianuarii.**

**Die 6 ianuarii**  
**IN EPIPHANIA DOMINI**

**Sollemnitas**

Introitus

Cf. Mal 3, 1; 1 Chr 29, 12

**E**CCE advénit dominátor Dóminus: et regnum in manu eius, et potéstas, et impérium.

**Ps 71, 1:** Deus iudícium tuum regi da: et iustítiam tuam filio regis.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti, concéde propítius, ut, qui iam te ex fide cognóvimus, usque ad contemplándam spécies tuæ celsitúdinis perducámur. Per Dóminum.

**Responsorium**

Is 60, 6.1

**R/.** Omnes de Saba vénient, aurum et thus deferéntes, et laudem Dómino annuntiántes.

**V/.** Surge, et illumináre, Ierúsalem: quia venit lumen tuum, et glória Dómini super te orta est.

**Alleluia**

Mt 2, 2

Allelúia. **V/.** Vídimus stellam eius in oriénte, et vénimus adoráre eum. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

Cf. Ps 71, 10-11

Reges Tharsis et ínsulæ múnera ófferent, reges Arabum et Saba dona addúcent; et adorábunt eum omnes reges terræ, omnes gentes sérvient ei.

**Super oblata**

Ecclesiæ tuæ, quæsumus, Dómine, dona propítius intuére, quibus non iam aurum, thus et myrrha profértur, sed quod eisdem munéribus declarátur, immolátur et súmitur, Iesus Christus. Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum.

**Præfatio de Epiphania, p. 237.**

**Quando adhibetur Præx eucharistica I, Communicantes proprium.**

**Ant. ad communionem**

Mt 2, 2

Vídimus stellam eius in oriénte, et vénimus adoráre eum.

**Post communionem**

Cælesti lúmine, quæsumus, Dómine, semper et ubíque nos præveni, ut mystérium, cuius nos partícipes esse voluísti, et puro cernámus intúitu, et digno percipiámus afféctu. Per Dóminum.

## Dominica I post Epiphaniam

### Nisi occurrat festum Baptismatis Domini

## S. FAMILIÆ IESU, MARIÆ ET IOSEPH

### Introitus

Ps 67, 6-7.36

**D**EUS in loco sancto suo: Deus qui inhabitare facit unánimes in domo, ipse dabit virtútem et fortitúdinem plebi suæ.

Ps 67, 16-17: Mons Dei, mons in quo beneplácitum est Deo habitare in eo.

**Dicitur** Glória in excélsis.

### Collecta

Deus, qui præclára nobis sanctæ Famíliæ dignátus es exémpla præbere, concéde propítius, ut, domésticis virtútibus caritatísque vínculis illam sectántes, in lætítia domus tuæ præmiis fruámur ætérnis. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 97, 3-4.2

**R/.** Vidérunt omnes fines terræ salutáre Dei nostri: iubiláte Deo, omnis terra.

**V/.** Notum fecit Dóminus salutáre suum: ante conspéctum géntium revelávit iustítiam suam.

### Alleluia

Phil 2, 5

Allelúia. **V/.** Hoc sentíte in vobis, quod et in Christo Iesu. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

### Ant. ad offertorium

Ps 84, 2-3

Benedixísti, Dómine, terram tuam, avertísti captivitátem Iacob, remisísti iniquitátem plebis tuæ.

### Super oblata

Múnera tibi placatiónis et laudis offérimus, Dómine, humíliter deprecántes, ut, Famíliæ Nazarethánæ sequétes exémpla, nosmetípsos exhibeámus hóstiam sanctam, tibi placéntem. Per Christum.

**Præfatio de Nativitate, p. 236.**

**Quando adhibetur Prex eucharistica I, Communicantes ordinarium.**

### Ant. ad communionem

Lc 2, 48.49

Fili, quid fecísti nobis sic? ego et pater tuus dolétes quærebámus te. Et quid est quod me quærebátis? Nesciebátis quia in his quæ Patris mei sunt opórtet me esse?



**Post communionem**

Hoc sacraménto caritátis refécti, quæsumus, Dómine, ut abscónditam Iesu vitam cum María et Ioseph imitántes, et omnem creatúram tuæ glóriæ consecrántes, te in opéribus nostris semper laudémus. Per Dóminum.

## IN FERIIS POST EPIPHANIAM USQUE AD FESTUM BAPTISMATIS DOMINI

Sicut in die sollemnitatis præter ea quæ sequuntur:

Non dicitur Glória in excélsis, neque Credo.

### Collecta

Illúmina, quæsumus, Dómine, pópulum tuum, et splendóre grátiae tuæ cor eius semper accénde, ut Salvatórem suum et incessánte agnóscat, et veráciter apprehéndat Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum. Qui tecum.

Quando adhibetur Prex eucharistica I, Communicantes ordinarium.

**Die 13 ianuarii**  
**IN BAPTISMATE DOMINI**

**Festum 12 lectionum**

Introitus

Cf. Mal 3, 1; 1 Chr 29, 12

**E**CCE advénit dominátor Dóminus: et regnum in manu eius, et potéstas, et impérium.

**Ps 71, 1:** Deus iudícium tuum regi da: et iustítiam tuam fílio regis.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Omnípotens sempitérne Deus, qui Christum, in Iordáne flúmine baptizátum, Spíritu Sancto super eum descendénte, diléctum Fílium tuum sollémniter declarásti, concéde fíliis adoptiónis tuæ, ex aqua et Spíritu Sancto renátis, ut in beneplácito tuo iúgiter perseverént. Per Dóminum.

**Responsorium**

Ps 44, 8

**V/** . Dilexísti iustítiam et odísti iniquitátem.

**R/** . Proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiae.

**Alleluia**

Ps 88, 21

Allelúia. **V/** . Invéni David servum meum: óleo sancto meo unxi eum. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

Ps 117, 26-27

Benedíctus qui venit in nómine Dómini; benedíximus vobis de domo Dómini, Deus Dóminus et illúxit nobis, allelúia, allelúia.

**Super oblata**

Súscipe múnera, Dómine, in dilécti Fílii tui revelatióne deláta, ut fidélium tuórum oblátio in eius sacrificium tránseat, qui mundi vóluit peccáta miserátus abluere. Qui vivit et regnat in sácula sæculórum.

**Præfatio de Epiphania, p. 237.**

**Quando adhibetur Præx eucharistica I, Communicantes proprium.**

**Ant. ad communionem**

Gal 3, 27

Omnes qui in Christo baptizáti estis, Christum induístis, allelúia.

**Post communionem**

Sacro múnere satiáti, cleméntiam tuam, Dómine, supplíciter exorámus, ut, Unigénitum tuum fidéliter audiéntes, fílii tui vere nominémur et simus. Per Dóminum.



TEMPUS «PER ANNUM»



## TEMPUS PER ANNUM «POST EPIPHANIAM»

### HEBDOMADA I PER ANNUM

A die post festum Baptismatis Domini usque ad sabbatum sequens

#### Introitus

Cf. Ps 94, 6-7

Veníte, adorémus Deum et procidámus ante Dóminum: plorémus ante eum qui fecit nos, quia ipse est Dóminus Deus noster.

**Ps 94, 2:** Præoccupémus fáciem eius in confessióne: et in psalmis iubilémus ei.

**Non dicitur** Glória in excélsis.

#### Collecta

Vota, quæsumus, Dómine, supplicántis pópuli cælésti pietáte proséquere, ut et quæ agénda sunt vídeant, et ad implénda quæ víderint convaléscant. Per Dóminum.

#### Responsorium

Ps 71, 18.3

**R/.** Benedíctus Dóminus Deus Israel, qui facit mirabília magna solus a sæculo.

**V/.** Suscípiant montes pacem pópulo tuo, et colles iustítiam.

#### Alleluia

Ps 99, 2

Allelúia. **V/.** Iubiláte Deo, omnis terra: servíte Dómino in lætítia. Allelúia.

#### Ant. ad offertorium

Ps 99, 1-3

Iubiláte Deo, omnis terra, iubiláte Deo, omnis terra: servíte Dómino in lætítia; intráte in conspéctu eius in exsultatióne, quia Dóminus ipse est Deus.

#### Super oblata

Grata tibi sit, quæsumus, Dómine, tuæ plebis oblátio, per quam et sanctificatiónem réferat, et quæ pie precátur obtíneat. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

#### Ant. ad communionem

Lc 2, 48.49

Fili, quid fecísti nobis sic? Ego et pater tuus doléntes quærebámus te. Et quid est quod me quærebátis? Nesciebátis quia in his quæ Patris mei sunt, opórtet me esse?

#### Post communionem

Per hæc sacraménta, Dómine, Christi partícipes effécti, cleméntiam tuam humíliter implorámus, ut, eius imáginis confórmes in terris, et eius consórtes in cælis fíeri mereámur. Qui tecum.

## DOMINICA II POST EPIPHANIAM

## Introitus

Ps 65, 4

**O**MNIS terra adóret te, Deus, et psallat tibi: psalmum dicat nómini tuo, Altíssime.

Ps 65, 1-2: Iubiláte Deo, omnis terra: psalmum dícite nómini eius: date glóriam laudi eius.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Deus virtútum, cuius est totum quod est óptimum, ínsere pectóribus nostris amórem tui nóminis, et præsta, in nobis religiónis augméntum, ut, quæ sunt bona, nútrias ac pietátis stúdio, quæ sunt nutríta, custódiat. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 106, 20-21

**R/.** Misit Dóminus verbum suum, et sanávit eos: et erípuit eos de intéritu eórum.

**V/.** Confiteántur Dómino misericórdiæ eius, et mirabília eius fíliis hóminum.

## Alleluia

Ps 148, 2

Allelúia. **V/.** Laudáte Deum, omnes Angeli eius: laudáte eum, omnes virtútes eius.  
Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 65, 1-2.16

Iubiláte Deo, univérsta terra, iubiláte Deo, univérsta terra, psalmum dícite Nómini eius: veníte et audíte, et narrábo vobis, omnes qui timétis Deum, quanta fecit Dóminus ánimæ meæ.

## Super oblata

Múnere, quæsumus, Dómine, tuæ plebis propitiátus assúme, ut, quæ fidei pietáte profiténtur, sacraméntis cæléstibus apprehéndant. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Cf. Io 2, 7-11

Dicit Dóminus: Impléte hýdrias aqua, et ferte architriclínó. Dum gustásset architriclínus aquam vinum factam, dicit sponso: Servásti vinum bonum usque adhuc. Hoc signum fecit Iesus primum coram discípulis suis.

## Post communionem

Augeátur in nobis, quæsumus, Dómine, tuæ virtútis operátio, ut divínis vegetáti sacraméntis, ad eórum promíssa capiéndá, tuo múnere præparémur. Per Dóminum.



## DOMINICA III POST EPIPHANIAM

## Introitus

Ps 96, 7.8

**A**DORATE Deum, omnes Angeli eius: audívit, et lætáta est Sion: et exsultavérunt fliæ Iudæ.

Ps 96, 1: Dóminus regnávít, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ.

Dicitur Glória in excélsis.

## Collecta

Deus, refúgium nostrum et vírtus, adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietátis, et præsta ut, quod fidéliter pétimus, effícaciter consequámur. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 101, 16-17

R/. Timébunt gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terræ glóriam tuam.

V/. Quóniam ædificávit Dóminus Sion: et vidébitur in maiestáte sua.

## Alleluia

Ps 96, 1

Allelúia. V/. Dóminus regnávít, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. Allelúia.

Dicitur Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 117, 16.17

Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me; non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

## Super oblata

Réspice, Dómine, in fáciem Christi tui, qui pro ómnibus redemptionem trádedit semetípsum, ut per eum ab ortu solis usque ad occásus nomen tuum magnificétur in géntibus, et una ubíque maiestáti tuæ exhibeátur oblátio. Per Christum.

Præfatio temporis per annum, p. 247-250.

## Ant. ad communionem

Mc 11, 24

Amen dico vobis, quidquid orántes pétitis, créдите quia accipiétis, et fiet vobis.

## Post communionem

Redemptionis nostræ múnere vegetáti, quæsumus, Dómine, ut hoc perpétuæ salútis auxílio, fides semper vera profíciat. Per Dóminum.

## DOMINICA IV POST EPIPHANIAM

## Introitus

Ps 16, 6.8

**E**GO clamávi, quóniam exaudísti me, Deus: inclína aurem tuam, et exáudi verba mea: custódi me, Dómine, ut pupíllam óculi: sub umbra alárum tuárum prótege me.

**Ps 16, 1:** Exáudi, Dómine, iustítiam meam: inténde deprecatióem meam.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Da nobis, Dómine, quáesumus, ut et mundi cursus pacífice nobis tuo órdine dirigátur, et Ecclésia tua tranquílla devotióne lætétur. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 79, 20.3

**R/.** Dómine Deus virtútum, convérte nos: et osténde fáciem tuam, et salvi érimus.

**V/.** Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos.

## Alleluia

Ps 113, 11

Allelúia. **V/.** Qui timent Dóminum sperent in eum: adiútor et protéctor eórum est. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Cf. Ps 17, 3

Factus est Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus; sperábo in eum.

## Super oblata

Hóstias tibi, Dómine, placatiónis et laudis offérimus, ut et delícta nostra miserátus absólvas, et nutántia corda tu dírigas. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Cf. Mt 8, 26-27

Surgens Iesus, imperávit ventis et mari, et facta est tranquíllitas magna, et admiráti sunt univérsti.

## Post communionem

Deus, qui nos de uno pane et de uno cálice partícipes esse voluísti, da nobis, quáesumus, ita vívere, ut, unum in Christo effécti, fructum afferámus pro mundi salute gaudéntes. Per Dóminum.

## DOMINICA V POST EPIPHANIAM

## Introitus

Ps 18, 8

**L**EX Dómini irreprehensibilis, convértens ánimas: testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

**Ps 18, 2:** Cæli enarrant glóriam Dei: et ópera mánuum eius annúnciat firmaméntum.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Deus, qui regnum tuum humílibus parvulísque dispónis, fac nos viam simplicitátis prósequi confidénter, ut glóriæ tuæ nobis reveléntur arcána. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 33, 2-3

**R/.** Benedícam Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo.

**V/.** In Dómino laudábitur ánima mea: áudiant mansuétí, et læténtur.

## Alleluia

Mt 11, 28

Allelúia. **V/.** Veníte ad me omnes, qui laborátis, et oneráti estis, et ego refíciam vos.  
Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 118, 18.26.73

Levábo óculos meos, et considerábo mirabília tua, Dómine, ut dóceas me iustítias tuas; da mihi intelléctum, ut discam mandáta tua.

## Super oblata

Oblátio nos, Dómine, tuo nómini dicáta puríficet, et de die in diem ad cæléstis vitæ tránsferat actiónem. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Ps 19, 6

Lætábimur in salutári tuo: et in nómine Dómini Dei nostri magnificábimur.

## Post communionem

Sacraménto Fílii tui recreáti, te, Dómine, deprecámur, ut Ecclésiæ tuæ operatióem fecúndes, qua salutáris mystérii plenitúdinem paupéribus contínuo revélas, quos ad tui regni præcípua vocásti portióem. Per Dóminum.

**Si evererit dominica VI post Epiphaniam, in ea dominica dicitur Missa de dominica XXIV post Pentecosten, p. 218.**



TEMPUS «PER ANNUM» IN SEPTUAGESIMA

**Dominica tertia ante Quadragesimam**

**DOMINICA IN SEPTUAGESIMA**

**Introitus**

Ps 17, 5.6.7

**C**IRCUMDEDERUNT me gemitus mortis, dolores inférni circumdederunt me: et in tribulatióne mea invocávi Dóminum, et exaudivit de templo sancto suo vocem meam.

**Ps 17, 2.3:** Díligam te, Dómine, fortitúdo mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Sancti nóminis tui, Dómine, timórem páriter et amórem fac nos habére perpétuum, quia numquam tua gubernatióne destítuis, quos in soliditáte tuæ dilectiόνis instítuis. Per Dóminum.

**Responsorium**

Ps 9, 10-11.19-20

**R/.** Adiutor in opportunitátibus, in tribulatióne: sperent in te, qui novérunt te: quóniam non derelínquis quæréntes te, Dómine.

**V/ .** Quóniam non in finem oblívio erit páuperis, paciéntia páuperum non perþbit in ætérnum: exsúrge, Dómine, non præváleat homo.

**Alleluia**

Ps 5, 2

Allelúia. **V/ .** Verba mea áuribus pércipe, Dómine, intéllige clamórem meum. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

Ps 91, 2

Bonum est confitéri Dómino, et psállere nómini tuo, Altíssime.

**Super oblata**

Deus, qui offerénda tuo nómini tríbuis, et obláta devotióni nostræ servitútis ascríbis, quæsumus cleméntiam tuam, ut, quod præstas unde sit méritum, profícere nobis largiáris ad præmium. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

**Ant. ad communionem**

Ps 30, 17-18

Illúmina fáciem tuam super servum tuum, et salvum me fac in tua misericórdia: Dómine, non confúndar quóniam invocávi te.

**Post communionem**

Plenum, quæsumus, Dómine, in nobis remédium tuæ miseratiónis operáre, ac tales nos esse pèrfice propítius et sic fovéri, ut tibi in ómnibus placére valeámus. Per Dóminum.

## DOMINICA IN SEXAGESIMA

## Introitus

Cf. Ps 43, 24-26

**E**XSURGE, quare obdormis, Dómine? exsúrge, et ne repéllas in finem. Quare fáciem tuam avértis, oblivísceris tribulatióem nostram? adhæsít in terra venter noster: exsúrge, Dómine, ádiuva nos, et líbera nos.

**Ps 43, 2:** Deus, áuribus nostris audívimus: patres nostri annuntiavérunt nobis.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Deus, qui nos regéneras verbo vitæ, da, ut, corde sincéro illud accipiéntes, veritátem álacres faciámus, et fratérnæ afferámus fructus plúrimos caritátis. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 82, 19.14

**R/.** Sciant gentes quóniam nomen tibi Deus: tu solus Altíssimus super omnem terram.

**V/.** Deus meus, pone illos ut rotam: et sicut stípulam ante fáciem venti.

## Alleluia

Ps 107, 2

Allelúia. **V/.** Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: cantábo, et psallam tibi in glória mea. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Cf. Ps 16, 5-7

Pérfice gressus meos in sémitis tuis, ut non moveántur vestígia mea; inclína aurem tuam, et exáudi verba mea; mirífica misericórdias tuas, qui salvos facis sperántes in te, Dómine.

## Super oblata

Deus, qui mysteriórum tuórum dignánter operáris efféctus, præsta, quæsumus, ut sacris apta munéribus fiant nostra servítia. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Ps 42, 4

Introíbo ad altáre Dei: ad Deum, qui lætíficat iuventútem meam.

## Post communionem

Súpplices te rogámus, omnípotens Deus, ut quos tuis réficis sacraméntis, tibi étiam plácitis móribus dignánter deservíre concédas. Per Dóminum.

## DOMINICA IN QUINQUAGESIMA

## Introitus

Ps 30, 3-4

**E**STO mihi in Deum protectórem, et in locum refúgii, ut salvum me fácias: quóniam firmaméntum meum et refúgium meum es tu, et propter nomen tuum dux mihi eris, et enútries me.

**Ps 30, 2:** In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: in iustítia tua líbera me.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Deus, qui errántibus, ut in viam possint redíre iustítia, veritátis tuæ lumen osténdis, da cunctis qui christiána professióe censéntur, et illa respúere, quæ huic inimíca sunt nómini, et ea quæ sunt apta sectári. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 76, 15-16

**R/.** Tu es Deus qui facis mirabília solus: notam fecísti in géntibus virtútem tuam.

**V/.** Liberásti in bráchio tuo pópulum tuum, fílios Israel et Ioseph.

## Alleluia

Ps 110, 9

Allelúia. **V/.** Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 118, 12-13

Benedíctus es, Dómine, doce me iustificatiónes tuas; benedíctus es, Dómine, doce me iustificatiónes tuas; in lábiis meis pronuntiávi ómnia iudícia oris tui.

## Super oblata

Concéde nobis, quæsumus, Dómine, hæc digne frequentáre mystéria, quia, quóties huius hóstiæ commemorátio celebrátur, opus nostræ redemptiónis exercétur. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Ps 77, 29-30

Manducavérunt et saturáti sunt nimis, et desidérium eórum áttulit eis Dóminus: non sunt fraudáti a desidério suo.

## Post communionem

Sit nobis, Dómine, reparátio mentis et córporis cæléste mystérium, ut simus eius in glória coherédes, cui, mortem ipsíus annuntiándo, compátimur. Qui tecum.



TEMPUS QUADRAGESIMÆ



## FERIA QUARTA CINERUM

Introitus

Cf. Sap 11, 23-24.26

**M**ISERERIS ómnium, Dómine, et nihil odísti eórum quæ fecísti: dissímulans peccáta hóminum propter pæniténtiam, et parcens illis, quia tu es Dóminus Deus noster.

Ps 56, 2: Miserére mei, Deus, miserére mei: quóniam in te confídít ánima mea.

### Benedictio et impositio cinerum

Post introitum, omisso actu pænitentiali, presbyter stans in sede benedictionem cantat, manu dextera extensa super cineres; conventus vero stat coopertus versa facie ad altare.

Oratio

Deus qui non mortem, sed pæniténtiam desíderas peccatórum, fragilitátem nostram benigníssime réspice, et hos cineres, quos causa præferéndæ humilitátis capítibus nostris impóni decérnimus, benedícere + pro tua pietáte dignéris, ut qui nos cinerem esse, et ob pravitátis nostræ méritum in púlverem reversúros esse cognóscimus, peccatórum ómnium véniam, et præmia pæniténtibus quæ repromisísti, misericórditer cónsequi mereámur. Per Christum Dóminum nostrum.

R/. Amen.

Deinde presbyter cineres aqua benedicta aspergit, diaconus vero incipit antiphonam Exáudi nos (vide infra), quam omnes prosequuntur, detectis capitibus. Presbyter et diaconus accedunt ad gradum sanctuarii, et etiam conventus. Singuli, facta modica inclinatione ad presbyterum, flexis genibus, cinere super caput in forma crucis asperguntur a presbytero dicente:

Recognósce, homo, quia pulvis es, et in púlverem revertéris.

Diaconus, primus omnium, aspergitur, deinde Prior qui, suscepto cinere, vicissim presbyterum aspergit; postea ceteri.

Aspersione suscepta, singuli, ad latus paululum pergentes, ad Sanctissimum Sacramentum vel ad altare se inclinant et ad sedes revertuntur, ubi permanent discooperti et super misericordias innixi.

Antiphona

Ps 68, 17

Exáudi nos, Dómine, quóniam benígna est misericórdia tua: secúndum multitudínem miseratiónum tuárum réspice nos, Dómine.

Altera antiphona

II 2, 17

Iuxta vestibulum et altáre plorábunt Sacerdótes et Levítæ minístri Dómini, et dicent: Parce, Dómine, parce pópulo tuo, et ne díssipes ora clamántium ad te, Dómine.

Cum omnes ad sedes regressi sunt, Kýrie cantatur et presbyter digitos abluit.

**Collecta**

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génuā. Leváte.)

Concéde nobis, Dómine, præsídia milítiae christiánæ sanctis inchoáre ieiúniis, ut, contra spiritáles nequítias pugnatúri, continéntiae muniámur auxiliis. Per Dóminum.

**Responsorium****Ps 56, 2-4**

**R/.** Miserére mei, Deus, miserére mei: quóniam in te confídit ánima mea.

**V/.** Misit de cælo, et liberávit me: dedit in oppróbrium conculcántes me.

**Ant. ad offertorium****Ps 29, 2-3**

Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepisti me, nec delectásti inimícos meos super me.  
Dómine, clamávi ad te, et sanásti me.

**Super oblata**

Sacrificium quadragesimális inítii sollémniter immolámus, te, Dómine, deprecántes, ut per pæniténtiae caritátisque labóres a nóxiis voluptátibus temperémus, et, a peccátis mundáti, ad celebrándam Fílii tui passióem mereámur esse devóti. Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

**Ant. ad communionem****Ps 1, 2-3**

Qui meditábitur in lege Dómini die ac nocte, dabit fructum suum in témpore suo.

**Post communionem**

Percépta nobis, Dómine, præbeant sacraménta subsidiúm, ut et tibi grata sint nostra ieiúnia, et nobis proficiant ad medélam. Per Dóminum.

## Feria quinta post Cineres

### Introitus

Cf. Ps 54, 17.19-20.23

Dum clamárem ad Dóminum, exaudivit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi: et humiliávit eos qui est ante sácula, et manet in ætérnum: iacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet.

**Ps 54, 2-3:** Exáudi, Deus, oratióem meam, et ne despéxeris deprecatióem meam: inténde mihi, et exáudi me.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus gēna. Leváte.)

Protéctor noster áspice, Deus, ut qui malórum nostrórum póndere prémimur, percépta misericórdia tua, libera tibi mente famulémur. Per Dóminum.

### Responsorium

Cf. Ps 54, 23.17.18.19

**R/.** Iacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet.

**V/.** Dum clamárem ad Dóminum, exaudivit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi.

### Ant. ad offertorium

Ps 24, 1-3

Ad te, Dómine, levávi ánimam meam; Deus meus, in te confído, non erubéscam; neque irrídeant me inimíci mei; étenim univérsti qui te expéctant non confundéntur.

### Super oblata

Sacrificiis præséntibus, quáesumus, Dómine, placátus inténde, ut et conversióni nostræ proficiant et totíus mundi salúti. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Cf. Ps 50, 21

Acceptábis sacrificium iustítiæ, oblatiónes, et holocáusta super altáre tuum, Dómine.

### Post communionem

Cæléstis doni benedictióne percépta, súpplíces te, Deus omnípotens, deprecámur, ut hoc idem nobis semper et indulgéntiæ causa sit et salútis. Per Dóminum.

## Feria sexta post Cineres

### Introitus

Ps 29, 11

Audívit Dóminus, et misértus est mihi: Dóminus factus est adiútor meus.

**Ps 29, 2:** Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me: nec delectásti inimícos meos super me.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Inchoáta ieiúnia, quásumus, Dómine, benigno favóre proséquere, ut observántiam, quam corporáliter exercémus, méntibus étiam valeámus implére sincéris. Per Dóminum.

### Responsorium

Cf. Ps 26, 4

**R/.** Unam pétii a Dómino, hanc requíram, ut inhábitem in domo Dómini.

**V/.** Ut vídeam voluptátem Dómini, et prótegar a templo sancto eius.

### Ant. ad offertorium

Ps 118, 154.125

Dómine, vivífica me secúndum elóquium tuum, ut sciam testimónia tua.

### Super oblata

Sacrifícium, Dómine, observántiæ quadragesimális, quod offérimus, præsta, quásumus, ut tibi et mentes nostras reddat accéptas, et continéntiæ promptióriis nobis tríbuat facultátem. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Ps 2, 11-12

Servíte Dómino in timóre, et exsultáte ei cum tremóre: apprehéndite disciplínam, ne pereátis de via iusta.

### Post communionem

Spíritum nobis, Dómine, tuæ caritátis infúnde, ut quos uno cælésti pane satiásti, tua fácias pietáte concórdes. Per Dóminum.

## Sabbato post Cineres

### Introitus

Cf. Ez 36, 23-26

Cum sanctificátus fúero in vobis, congregábo vos de univérsis terris: et effúndam super vos aquam mundam, et mundabímíni ab ómnibus inquinaméntis vestris: et dabo vobis spíritum novum.

**Ps 33, 2:** Benedícám Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génuá. Leváte.)

Omnípotens sempitérne Deus, infirmitátem nostram propítius réspice, atque ad protegéndum nos déxteram tuæ maiestátis exténde. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 78, 9-10

**R/.** Propítius esto, Dómine, peccátis nostris, nequándo dicant gentes, Ubi est Deus eórum?

**V/.** Adiuva nos, Deus salutáris noster: et propter honórem nóminis tui, Dómine, líbera nos.

### Ant. ad offertorium

Ps 118, 47-48

Meditábor in mandátis tuis quæ diléxi valde; et levábo manus meas ad mandáta tua quæ diléxi.

### Super oblata

Súscipe, quæsumus, Dómine, sacrificium placatiónis et laudis, et præsta, ut, huius operatióne mundáti, beneplácitum tibi nostræ mentis offerámus afféctum. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Ps 13, 7

Quis dabit ex Sion salutáre Israel? cum avérterit Dóminus captivitátem plebis suæ, exsultábit Iacob et lætábitur Israel.

### Post communionem

Cæléstis vitæ múnere vegetáti, quæsumus, Dómine, ut, quod est nobis in præsénti vita mystérium, fiat æternitátis auxiliú. Per Dóminum.





## DOMINICA I IN QUADRAGESIMA

### Introitus

Ps 90, 15-16

**I**NVOCABIT me, et ego exáudiam eum: erípíam eum, et glorificábo eum: longitúdine diérum adimplébo eum.

**Ps 90, 1:** Qui hábitat in adiutório Altíssimi, in protectióne Dei cæli commorábitur.

**Non dicitur** Glória in excélsis.

### Collecta

Concéde nobis, omnipotens Deus, ut, per ánnua quadragesimális exercítia sacraménti, et ad intellegéndum Christi proficiámus arcánum, et efféctus eius digna conversatióne sectémur. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 90, 11-12

**R/.** Angelis suis Deus mandávit de te: ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

**V/.** In mánibus portábunt te: ne umquam offéndas ad lápidem pedem tuum.

### Tractus

Ps 90, 1-7.11-16

Qui hábitat in adiutório Altíssimi, in protectióne Dei cæli commorábitur.

**V/.** Dicit Dómino, Suscéptor meus es tu, et refúgium meum: Deus meus, sperábo in eum.

**V/.** Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, et a verbo áspero.

**V/.** Scápolis suis obumbrábit tibi: et sub pennis eius sperábis.

**V/.** Scuto circúmdabit te véritas eius: non timébis a timóre noctúrno.

**V/.** A sagítta volánte per diem, a negótio perambulánte in ténebris, a ruína, et dæmónio meridiáno.

**V/.** Cadent a látere tuo mille, et decem mília a dextris tuis: tibi autem non appropinquábit.

**V/.** Quóniam Angelis suis mandávit de te: ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

**V/.** In mánibus portábunt te: ne umquam offéndas ad lápidem pedem tuum.

**V/.** Super áspidem et basilíscum ambulábis: et conculcábis leónem et dracónem.

**V/.** Quóniam in me sperávit, liberábo eum: prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

**V/.** Invocábit me, et ego exáudiam eum: cum ipso sum in tribulatióne.

**V/.** Erípíam eum, et glorificábo eum.

**V/.** Longitúdine diérum adimplébo eum: et osténdam illi salutáre meum.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

Ps 90, 4-5

Scápolis suis obumbrábit tibi Dóminus, et sub pennis eius sperábis; scuto circúmdabit te véritas eius.

**Super oblata**

Fac nos, quásumus, Dómine, his munéribus offeréndis conveniénter aptári, quibus ipsíus venerábilis sacraménti celebrámus exórdium. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

**Ant. ad communionem**

Ps 90, 4-5

Scápolis suis obumbrábit tibi, et sub pennis eius sperábis: scuto circúmdabit te véritas eius.

**Post communionem**

Cælésti pane refécti, quo fides álitur, spes provéhitur et cáritas roborátur, quásumus, Dómine, ut ipsum, qui est panis vivus et verus, esuríre discámus, et in omni verbo, quod procedit de ore tuo, vívere valeámus. Per Dóminum.

## Feria secunda

### Introitus

Ps 122, 2-3

Sicut óculi servórum in mánibus dominórum suórum, ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, donec misereátur nostri: miserére nobis, Dómine, miserére nobis.

**Ps 122, 1:** Ad te levávi óculos meos, qui hábitas in cælis.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Adésto, quæsumus, Dómine, supplicatióibus nostris, ut esse, te largiénte, mereámur et inter próspéra húmiles, et inter advérsa secúri. Per Dóminum.

### Responsorium

Cf. Ps 83, 10.9

**R/.** Protéctor noster áspice, Deus, et réspice super servos tuos.

**V/.** Dómine Deus virtútum, exáudi preces servórum tuórum.

### Tractus

Ps 102, 10; 78, 8-9

Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

**V/.** Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ: quia páuperes facti sumus nimis.

**V/.** Adiuva nos, Deus salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

### Ant. ad offertorium

Ps 118, 18.26.73

Levábo óculos meos, et considerábo mirabília tua, Dómine, ut dóceas me iustítias tuas; da mihi intelléctum, ut discam mandáta tua.

### Super oblata

Accépta tibi sit, Dómine, nostræ devotiónis oblátio, quæ et conversatióem nostram, te operánte, sanctíficet, et indulgéntiam nobis tuæ propitiatiónis obtíneat. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Ps 3, 5.7

Voce mea ad Dóminum clamávi, et exaudívit me de monte sancto suo: non timébo mília pópuli circumdántis me.

### Post communionem

Sentiámus, Dómine, quæsumus, tui perceptiône sacraménti, subsidiúm mentis et córporis, ut, in utróque salváti, de cæléstis remédii plenitúdine gloriémur. Per Dóminum.

## Feria tertia

### Introitus

Ps 89, 1-2

Dómine, refúgium factus es nobis a generatióne et progénie: a sáculo et in sáculum tu es.

**Ps 89, 2:** Priúsqvam montes fierent, aut formarétur terra et orbis: a sáculo et in sáculum tu es Deus.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génua. Leváte.)

Réspice, Dómine, famíliam tuam, et præsta, ut apud te mens nostra tuo desidério fúlgeat, quæ se corporálium moderatióne castígat. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 140, 2

**R/.** Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo, Dómine.

**V/.** Elevátio mánuum meárum sacrificium vespertinum.

### Ant. ad offertorium

Ps 30, 15-16

In te sperávi, Dómine; dixi: Tu es Deus meus, in mánibus tuis témpora mea.

### Super oblata

Súscipe, creátor omnípotens Deus, quæ de tuæ munificéntiæ largitáte deférimus, et temporália nobis colláta præsídia ad vitam convérte propitiátus ætérrnam. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Ps 4, 2

Cum invocárem te, exaudísti me, Deus iustítiæ meæ: in tribulatióne dilatásti me: miserére mihi, Dómine, et exáudi oratióne meam.

### Post communionem

Quæsumus, omnípotens Deus, ut illius salutáris capiámus efféctum, cuius per hæc mystéria pignus accépimus. Per Dóminum.

## Feria quarta

### Introitus

Cf. Ps 24, 6.2.22

Reminiscere miseratiónum tuárum, Dómine, et misericórdiæ tuæ, quæ a sáculo sunt: ne umquam dominéntur nobis inimíci nostri: líbera nos, Deus Israel, ex ómnibus angústiiis nostris.

**Ps 24, 1-2:** Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génua. Leváte.)

Devotiónem pópuli tui, quæsumus, Dómine, benígnus inténde, ut, qui per abstinéntiam temperántur in córpore, per fructum boni óperis reficiántur in mente. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 24, 17-18

**R/.** Tribulatiónes cordis mei dilatátæ sunt: de necessitatibus meis érué me, Dómine.

**V/.** Vide humilitátem meam, et labórem meum: et dimítte ómnia peccáta mea.

### Tractus

Ps 24, 17-18.1-3

De necessitatibus meis éripe me, Dómine: vide humilitátem meam, et labórem meum: et dimítte ómnia peccáta mea.

**V/.** Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam: neque irrideant me inimíci mei.

**V/.** Etenim univérsti qui te expéctant non confundéntur: confundántur omnes faciéntes vana.

### Ant. ad offertorium

Ps 118, 47-48

Meditábor in mandátis tuis quæ diléxi valde; et levábo manus meas ad mandáta tua quæ diléxi.

### Super oblata

Hóstias tibi, Dómine, placatiónis offérimus, ut et delícta nostra miserátus absólvas, et nutántia corda tu dírigas. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Ps 5, 2-4

Intéllege clamórem meum: inténde voci oratiónis meæ, Rex meus et Deus meus: quóniam ad te orábo, Dómine.

### Post communionem

Tui, Dómine, perceptiÓne sacraménti, et a nostris mundémur occúltis, et ab hóstium liberémur insídiis. Per Dóminum.

## Feria quinta

### Introitus

Ps 95, 6

Conféssio, et pulchritúdo in conspéctu eius: sánctitas, et magnificéntia in sanctificatióne eius.

**Ps 95, 1:** Cantáte Dómino cánticum novum: cantáte Dómino, omnis terra.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Largíre nobis, quæsumus, Dómine, semper spíritum cogitándi quæ recta sunt, prómptius et agéndi, ut, qui sine te esse non póssumus, secúndum te vívere valeámus. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 16, 8.2

**R/.** Custódi me, Dómine, ut pupíllam óculi: sub umbra alárum tuárum prótege me.

**V/.** De vultu tuo iudícium meum pródeat: óculi tui vídeant æquitátes.

### Ant. ad offertorium

Ps 33, 8-9

Immíttet Angelus Dómini in circúitu tíméntium eum, et erípiet eos; gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus.

### Super oblata

Súpplicum votis, Dómine, esto propítius, et, pópuli tui oblatiónibus precibúsque susceptis, ómnium nostrum ad te corda convérte. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Io 6, 51

Panis quem ego dédero, caro mea est pro sáeculi vita.

### Post communionem

Tuórum nos, Dómine, largitáte donórum, et temporálibus attólle præsídiis, et rénova sempitérnis. Per Dóminum.

## Feria sexta

### Introitus

Ps 24, 17-18

De necessitatibus meis eripe me, Dómine: vide humilitatem meam, et laborem meum: et dimitte omnia peccata mea.

**Ps 24, 1-2:** Ad te, Dómine, levavi animam meam: Deus meus, in te confido, non erubescam.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectamus genua. Levate.)

Da, quæsumus, Dómine, fidelibus tuis observatióni paschali convenienter aptari, ut suscepta sollémniter castigatio corporalis cunctis ad fructum proficiat animarum. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 85, 2.6

**R/.** Salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te.

**V/.** Auribus percipe, Dómine, orationem meam.

**Dici potest tractus** Dómine, non, p. 91, **vel sequens:**

Ps 59, 4.6

Commovisti, Dómine, terram, et conturbasti eam.

**V/.** Sana contritiones eius, quia mota est.

**V/.** Ut fugiant a facie arcus: ut liberentur electi tui.

### Ant. ad offertorium

Ps 102, 2.5

Benedic, ánima mea, Dómino, et noli oblivisci omnes retributiones eius, et renovabitur sicut áquilæ iuventus tua.

### Super oblata

Offérimus tibi, Dómine, quæ dicanda tuo nómini tu dedisti, ut, sicut éadem nobis éfficis sacramentum, ita fieri tríbuas remédium sempitérnum. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Ps 6, 11

Erubescant et conturbentur omnes inimici mei: avertantur retrorsum et erubescant valde velóciter.

### Post communionem

Tui nos, Dómine, sacraménti refectio sancta restáuret, et, a vetustate purgátos, in mystérii salutáris fáciat transíre consórtium. Per Dóminum.

## Sabbato

### Introitus

Ps 87, 3

Intret oratio mea in conspectu tuo: inclina aurem tuam ad precem meam, Domine.

Ps 87, 2: Domine Deus salutis meae, in die clamavi et nocte coram te.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectamus genua. Levate.)

Ad te corda nostra, Pater aeternae, converte, ut nos, unum necessarium semper quaerentes et opera caritatis exercentes, tuo cultui praestes esse dicatos. Per Dominum.

### Responsorium

Ps 89, 13.1

R/. Convertere, Domine, aliquantulum: et deprecare super servos tuos.

V/. Domine, refugium factus es nobis, a generatione et progénie.

### Ant. ad offertorium

Ps 87, 2-3

Domine Deus salutis meae, in die clamavi et nocte coram te; intret oratio mea in conspectu tuo, Domine.

### Super oblata

Præsenti sacrificio, quaesumus, Domine, observantiam nostram sanctifica, ut, quod quadragesimalis exercitatio profitetur exterius, interius operetur effectu. Per Christum.

Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.

### Ant. ad communionem

Ps 7, 2

Domine Deus meus, in te speravi, libera me ab omnibus persecutentibus me, et eripe me.

### Post communionem

Perpetuo, Domine, favore prosequere, quos reficis divino mysterio, et, quos imbuisti caelestibus institutis, salutariis comitare solaciis. Per Dominum.



## DOMINICA II IN QUADRAGESIMA

Introitus

Cf. Ps 24, 6.2.22

**R**EMINISCERE miseratiónum tuárum, Dómine, et misericórdiæ tuæ, quæ a sáculo sunt: ne umquam dominéntur nobis inimíci nostri: líbera nos, Deus Israel, ex ómnibus angústiiis nostris.

**Ps 24, 1-2:** Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam.

**Non dicitur** Glória in excélsis.

Collecta

Deus, qui nobis diléctum Fílium tuum audíre præcepísti, verbo tuo intérius nos páscere dignéris, ut, spiritali purificáto intúitu, glóriæ tuæ lætémur aspéctu. Per Dóminum.

Responsorium

Ps 24, 17-18

**R/.** Tribulatiónes cordis mei dilatátæ sunt: de necessitatibus meis érué me, Dómine.

**V/.** Vide humilitátem meam, et labórem meum: et dimítte ómnia peccáta mea.

Tractus

Ps 24, 17-18.1-3

De necessitatibus meis éripe me, Dómine: vide humilitátem meam, et labórem meum: et dimítte ómnia peccáta mea.

**V/.** Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam: neque irrídeant me inimíci mei.

**V/.** Etenim univérsti qui te expéctant non confundéntur: confundántur omnes faciéntes vana.

Dicitur Credo.

Ant. ad offertorium

Ps 118, 47-48

Meditábor in mandátis tuis quæ diléxi valde; et levábo manus meas ad mandáta tua quæ diléxi.

Super oblata

Hæc hóstia, Dómine, quæsumus, emúndet nostra delícta, et ad celebránda festa paschália fidélium tuórum córpora mentésque sanctíficet. Per Christum.

Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.

Ant. ad communionem

Ps 5, 2-4

Intéllege clamórem meum: inténde voci oratiónis meæ, Rex meus et Deus meus: quóniam ad te orábo, Dómine.

**Post communionem**

Percipiéntes, Dómine, gloriósa mystéria, grátias tibi reférre satágimus, quod, in terra pósito, iam cæléstium præstas esse partícipes. Per Dóminum.

## Feria secunda

### Introitus

Ps 25, 11-12

Rédime me, Dómine, et miserére mei: pes enim meus stetit in via recta: in ecclésiis benedícam Dóminum.

**Ps 25, 1:** Iúdica me, Dómine, quóniam ego in innocéntia mea ingræssus sum: et in Dómino sperans non infirmábor.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Deus, qui ob animárum medélam castigáre córpora præcepísti, concéde, ut ab ómnibus possímus abstinére peccátis, et corda nostra pietátis tuæ váleant exercére mandáta. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 69, 6.3

**R/.** Adiútor meus, et liberátor meus esto: Dómine, ne tardáveris.

**V/.** Confundántur et revereántur inimíci mei, qui quærunt ánimam meam.

### Tractus

Ps 102, 10; 78, 8-9

Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

**V/.** Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ: quia páuperes facti sumus nimis.

**V/.** Adiuva nos, Deus salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

### Ant. ad offertorium

Ps 15, 7.8

Benedícam Dóminum qui mihi tríbuit intelléctum, providébam Dóminum in conspéctu meo semper, quóniam a dextris est mihi ne commóvear.

### Super oblata

Hóstias, Dómine, quas tibi offérimus, propítius intuére, et, per hæc sancta commércia, víncula peccatórum nostrórum absólve. Per Christum.

Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.

### Ant. ad communionem

Ps 8, 2

Dómine, Dóminus noster, quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

### Post communionem

Hæc nos commúnio, quæsumus, Dómine, purget a crímine, et cæléstis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum.

## Feria tertia

### Introitus

Ps 26, 8-9

Tibi dixit cor meum, Quæsívi vultum tuum: vultum tuum, Dómine, requíram: ne avértas fáciem tuam a me.

Ps 26, 1: Dóminus illuminátio mea, et salus mea, quem timébo?

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génuá. Leváte.)

Pérfice, quæsumus, Dómine, benígnus in nobis observántiæ sanctæ subsidiúm, ut quæ, te auctóre, faciéndá cognóvimus, te operánte, impleámus. Per Dóminum.

### Responsorium

Cf. Ps 54, 23.17.18.19

R/. Iacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet.

V/. Dum clamárem ad Dóminum, exaudívit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi.

### Ant. ad offertorium

Ps 50, 3

Miserére mei, Dómine, secúndum magnam misericórdiam tuam; dele, Dómine, iniquitátem meam.

### Super oblata

Sanctificatióem tuam nobis, Dómine, his mystériis operáre placátus, quæ nos et a vítiis terrénis emúndet, et ad cæléstia dona perdúcat. Per Christum.

Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.

### Ant. ad communionem

Ps 9, 2-3

Narrábo ómnia mirabília tua: lætábor et exsultábo in te: psallam nómini tuo, Altíssime.

### Post communionem

Sacræ nobis, quæsumus, Dómine, mensæ reféctio, et piæ conversatiónis augméntum, et tuæ propitiatiónis contínuum præstet auxiliúm. Per Dóminum.

## Feria quarta

### Introitus

Ps 37, 22-23

Ne derelínquas me, Dómine Deus meus: ne discédas a me: inténde in adiutórium meum, Dómine virtus salútis meæ.

**Ps 37, 2:** Dómine, ne in furóre tuo árguas me: neque in ira tua corrípias me.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Consérva, Dómine, famíliam tuam bonis semper opéribus erudítam, et sic præsentibus consoláre præsídiis, ut propítius ad supérna dona perdúcas. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 27, 9.1

**R/.** Salvum fac pópulum tuum, Dómine, et bénedic hereditáti tuæ.

**V/.** Ad te, Dómine, clamávi, Deus meus, ne síleas a me: et ero símilis descendéntibus in lacum.

**Dici potest tractus** Dómine, non, p. 91, **vel sequens:**

Ps 125, 5-6

Qui sémant in lácrimis, in gáudio metent.

**V/.** Eúntes ibant et flebant, mitténtes sémina sua.

**V/.** Veniéntes autem vénient cum exsultatióne, portántes manípulos suos.

### Ant. ad offertorium

Ps 24, 1-3

Ad te, Dómine, levávi ánimam meam; Deus meus, in te confído, non erubéscam; neque irrídeant me inimíci mei; étenim univérsi qui te expéctant non confundéntur.

### Super oblata

Tibi, Dómine, sacrificia dicáta reddántur, quæ sic ad honórem nóminis tui deferénda tribuísti, ut éadem remédia fíeri nostra præstáres. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Ps 10, 7

Iustus Dóminus, et iustítias diléxit: æquitátem vidit vultus eius.

### Post communionem

Quæsumus, Dómine Deus noster, ut, quod nobis ad immortalitátis pignus esse voluísti, ad salútis æternæ tríbuas proveníre suffrágium. Per Dóminum.

## Feria quinta

### Introitus

Ps 69, 2-3

Deus, in adiutorium meum intende: Dómine, ad adiuvándum me festína: confundántur et revereántur inimíci mei, qui quærunt ánimam meam.

Ps 69, 3: Avertántur retrórsum, et erubéscant, qui volunt mihi mala.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Præsta nobis, Dómine, quæsumus, auxiliúm grátia tuæ, ut ieiúniis et oratióibus conveniénter inténti, liberémur ab hóstibus mentis et córporis. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 78, 9-10

R/. Propítius esto, Dómine, peccátis nostris: nequándo dicant gentes, Ubi est Deus eórum?

V/. Adiuva nos, Deus salutáris noster: et propter honórem nóminis tui, Dómine, libera nos.

### Ant. ad offertorium

Ps 129, 1-2

De profúndis clamávi ad te, Dómine; Dómine, exáudi oratióem meam.

### Super oblata

Ut accépta tibi sint, Dómine, nostra ieiúnia, præsta nobis, quæsumus, huius múnere sacraménti purificátum tibi pectus offérre. Per Christum.

Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.

### Ant. ad communionem

Ps 118, 81.84.86

In salutári tuo ánima mea, et in verbum tuum sperávi: quando fácies de persecúntibus me iudícium? Iníqui persecúti sunt me; ádiuva me, Dómine Deus meus.

### Post communionem

Hæc in nobis sacrificia, Deus, et actiône permáneant, et operatióne firméntur. Per Dóminum.

## Feria sexta

### Introitus

Ps 16, 15

Ego autem cum iustitia apparebo in conspectu tuo: satiabor dum manifestabitur gloria tua.

**Ps 16, 1:** Exaudi, Domine, iustitiam meam: intende deprecationem meam.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectamus genua. Levate.)

Da, quaesumus, omnipotens Deus, ut, sacro nos purificante ieiunio, sinceris mentibus ad sancta ventura facias pervenire. Per Dominum.

### Responsorium

Ps 119, 1-2

**R/.** Ad Dominum, cum tribularer, clamavi: et exaudivit me.

**V/.** Domine, libera animam meam a labiis iniquis, et a lingua dolosa.

**Dici potest tractus** Domine, non, p. 91, **vel sequens:**

Ps 59, 4.6

Commovisti, Domine, terram, et conturbasti eam.

**V/.** Sana contritiones eius, quia mota est.

**V/.** Ut fugiant a facie arcus: ut liberentur electi tui.

### Ant. ad offertorium

Ps 39, 14-15

Domine, in auxilium meum respice; confundantur et reveantur qui quaerunt animam meam, ut auferant eam.

### Super oblata

Miseratio tua, Deus, ad haec peragenda mysteria, famulos tuos, quaesumus, et praeveniat competenter, et devota conversatione perducat. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Ps 11, 8

Tu, Domine, servabis nos: et custodies nos a generatione hac in aeternum.

### Post communionem

Accépto, Domine, pignore salutis aeternae, fac nos, quaesumus, sic tendere congruenter, ut ad eam pervenire possimus. Per Dominum.

## Sabbato

### Introitus

Ps 18, 8

Lex Dómini irreprehensíbilis, convértens ánimas: testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

**Ps 18, 2:** Cæli enarrant glóriam Dei: et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Deus, qui nos gloriósis remédiis in terris adhuc pósitos iam cæléstium rerum facis esse consórtes, tu, quæsumus, in ista qua vívimus nos vita gubérna, ut ad illam, in qua ipse es, lucem perdúcas. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 91, 2-3

**R/.** Bonum est confitéri Dómino, et psállere nómini tuo, Altíssime.

**V/.** Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

### Ant. ad offertorium

Ps 12, 4-5

Illúmina óculos meos, nequándo obdórmiam in morte; nequándo dicat inimícus meus: Præválui advérsus eum.

### Super oblata

Per hæc véniat, quæsumus, Dómine, sacraménta nostræ redemptiónis efféctus, qui nos et ab humánis rétrahat semper excéssibus, et ad salutária dona perdúcat. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Cf. Lc 15, 32

Opórtet te, fili, gaudére: quia frater tuus mórtuus fúerat et revíxit, perierat et invéntus est.

### Post communionem

Sacraménti tui, Dómine, divína percéptio penetrália nostri cordis infúndat, et sui nos partícipes potéter effíciat. Per Dóminum.



## DOMINICA III IN QUADRAGESIMA

### Introitus

Ps 24, 15-16

**O**CULI mei semper ad Dóminum, quia ipse evéllit de láqueo pedes meos: réspice in me et miserére mei, quóniam únicus et pauper sum ego.

**Ps 24, 1-2:** Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam.

**Non dicitur** Glória in excélsis.

### Collecta

Quáesumus, omnípotens Deus, vota humílium réspice, atque ad defensiónem nostram, dexteram tuæ maiestátis exténde. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 9, 20.4

**R/.** Exsúrge, Dómine, non præváleat homo: iudicéntur gentes in conspéctu tuo.

**V/.** In converténdo inimícum meum retrórsum, infirmabúntur et períbunt a fácie tua.

### Tractus

Ps 122, 1-3

Ad te levávi óculos meos, qui hábitas in cælis.

**V/.** Ecce sicut óculi servórum in mánibus dominórum suórum.

**V/.** Et sicut óculi ancíllæ in mánibus dómínæ suæ.

**V/.** Ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, donec misereátur nostri.

**V/.** Miserére nobis, Dómine, miserére nobis.

**Dicitur** Credo.

### Ant. ad offertorium

Cf. Ps 18, 9-12

Iustítia Dómini rectæ, lætificántes corda, et dulcióres super mel et favum; nam et servus tuus custódiat eas.

### Super oblata

His sacrificiis, Dómine, concéde placátus, ut, qui própriis orámus absólvi delíctis, fratérna dimíttre studeámus. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Ps 83, 4-5

Passer ínvenit sibi domum, et turtur nidum, ubi repónat pullos suos: altária tua, Dómine virtútum, Rex meus, et Deus meus: beáti qui hábitant in domo tua, in sæculum sæculi laudábunt te.

**Post communionem**

Suméntes pignus cæléstis arcáni, et in terra pósito iam supérno pane satiáti, te, Dómine, súpplices deprecámur, ut, quod in nobis mystério géritur, ópere impleátur. Per Dóminum.

## Feria secunda

### Introitus

Ps 55, 5

In Deo laudábo verbum, in Dómino laudábo sermónem: in Deo sperávi, non timébo quid fáciat mihi homo.

**Ps 55, 2:** Miserére mei, Deus, quóniam conculcávit me homo: tota die impúgnans tribulávit me.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génuá. Leváte.)

Deus, ómnium misericordiárum et totíus bonitátis auctor, qui peccatórum remédia in ieiúniis, oratióibus et eleemósynis demonstrásti, hanc humilitátis nostræ confessiõnem propítius intuére, ut, qui inclinámur consciéntia nostra, tua semper misericórdia sublevémur. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 55, 9.2

**R/.** Deus, vitam meam annuntiávi tibi: posuísti lácrimas meas in conspéctu tuo.

**V/.** Miserére mei, Dómine, quóniam conculcávit me homo: tota die bellans tribulávit me.

### Tractus

Ps 102, 10; 78, 8-9

Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

**V/.** Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ: quia páuperes facti sumus nimis.

**V/.** Adiuva nos, Deus salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

### Ant. ad offertorium

Ps 54, 2-3

Exáudi, Deus, oratióem meam, et ne despéxeris deprecatiõnem meam; inténde in me et exáudi me.

### Super oblata

Munus quod tibi, Dómine, nostræ servitútis offérimus, tu salutáre nobis pérfice sacraméntum. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Ps 13, 7

Quis dabit ex Sion salutáre Israel? Cum avérterit Dóminus captivitátem plebis suæ, exsultábit Iacob et lætábitur Israel.

### Post communionem

Præsta, quæsumus, omnípotens et miséricors Deus, ut quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

## Feria tertia

### Introitus

Ps 16, 7-8

Ego clamávi, quóniam exaudísti me, Deus: inclína aurem tuam, et exáudi verba mea: custódi me, Dómine, ut pupíllam óculi: sub umbra alárum tuárum prótege me.

Ps 16, 1: Exáudi, Dómine, iustítiam meam: inténde deprecatióem meam.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génuá. Leváte.)

Concéde, quáesumus, omnípotens Deus, ut qui ex mérito nostræ actiόνis affligimur, tuæ grátiae consolatióne respirémus. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 18, 13-14

R/. Ab occúltis meis munda me, Dómine: et ab aliénis parce servo tuo.

V/. Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero: et emundábor a delícto máximo.

### Ant. ad offertorium

Ps 117, 16-17

Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me; non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

### Super oblata

Hæc nos oblátio, quáesumus, Dómine, mundet et rénovet, atque tuam exsequéntibus voluntátem fiat causa remuneratióis ætérnæ. Per Christum.

Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.

### Ant. ad communionem

Ps 14, 1-2

Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo? aut quis requiéscet in monte sancto tuo? Qui ingréditur sine mácula, et operátur iustítiam.

### Post communionem

Vivíficet nos, quáesumus, Dómine, huius participátio sancta mystérii, et páriter nobis expiatióem tríbuat et munímen. Per Dóminum.

## Feria quarta

### Introitus

Ps 30, 7-8

Ego autem in Dómino sperávi: exultábo, et lætábor in tua misericórdia: quia respexísti humilitátem meam.

**Ps 30, 2:** In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: in iustítia tua líbera me.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Præsta, quæsumus, Dómine, ut, per quadragesimálem observántiam erudíti et tuo verbo nutríti, sancta continéntia tibi simus toto corde devóti, et in oratióne tua semper efficiámur concórdes. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 6, 3-4

**R/.** Miserére mei, Dómine, quóniam infírmus sum: sana me, Dómine.

**V/.** Conturbáta sunt ómnia ossa mea: et ánima mea turbáta est valde.

**Dici potest tractus** Dómine, non, p. 91, **vel sequens:**

Ps 125, 5-6

Qui sémant in lácrimis, in gáudio metent.

**V/.** Eúntes ibant et flebant, mitténtes sémina sua.

**V/.** Veniéntes autem vénient cum exsultatióne, portántes manípulos suos.

### Ant. ad offertorium

Ps 108, 21

Dómine, fac mecum misericórdiam tuam propter nomen tuum, quia suávis est misericórdia tua.

### Super oblata

Súscipe, quæsumus, Dómine, preces pópuli tui cum oblatiónibus hostiárum, et tua mystéria celebrántes ab ómnibus nos defénde perículis. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Ps 15, 11

Notas mihi fecísti vias vitæ: adimplébis me lætítia cum vultu tuo, Dómine.

### Post communionem

Sanctíficet nos, Dómine, qua pasti sumus, mensa cæléstis, et, a cunctis erróribus expiátos, supérnis promissionibus reddat accéptos. Per Dóminum.

## Feria quinta

### Introitus

Salus pópuli ego sum, dicit Dóminus: de quacúmque tribulatióne clamáverint ad me, exáudiam eos: et ero illórum Dóminus in perpétuum.

**Ps 77, 1:** Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génua. Leváte.)

Maiestátem tuam, Dómine, suppliciter implorámus, ut, quanto magis dies salutíferæ festivitátis accédit, tanto devótius ad eius celebrándum proficiámus paschále mystérium. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 144, 15-16

**R/.** Oculi ómnium in te sperant, Dómine: et tu das illis escam in témpore opportúno.

**V/.** Aperis tu manum tuam: et imples omne ánimam benedictióne.

### Ant. ad offertorium

Ps 137, 7

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me, Dómine, et super iram inimicórum meórum exténdes manum tuam, et salvum me fáciet dextera tua.

### Super oblata

Ut tibi grata sint, Dómine, múnera pópuli tui, ab omni, quáesumus, eum contágio perversitátis emúnda, nec falsis gáudiis inhærére patiáris, quem ad veritátis tuæ præmia veníre promíttis. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Ps 118, 4-5

Tu mandásti mandáta tua custodíri nimis: útinam dirigántur viæ meæ ad custodiéndas iustificatiónes tuas.

### Post communionem

Quos réficis, Dómine, sacraméntis, attólle benígnus auxiliis, ut tuæ salvatiónis efféctum et mystériis capiámus et móribus. Per Dóminum.

## Feria sexta

### Introitus

Ps 85, 17

Fac mecum, Dómine, signum in bonum, ut vídeant qui me odérunt et confundántur: quóniam tu, Dómine, adiuvísti me, et consolátus es me.

**Ps 85, 1:** Inclína, Dómine, aurem tuam, et exáudi me: quóniam inops, et pauper sum ego.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Córdibus nostris, quæsumus, Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde, ut ab humánis semper retrahámur excessíbus, et mónitis inhærére valeámus, te largiénte, cæléstibus. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 27, 7.1

**R/.** In Deo sperávit cor meum, et adiútus sum: et reflóruit caro mea: et ex voluntáte mea confitébor illi.

**V/.** Ad te, Dómine, clamávi, Deus meus ne síleas: ne discédas a me.

**Dici potest tractus** Dómine, non, p. 91, **vel sequens:**

Ps 59, 4.6

Commovísti, Dómine, terram, et conturbásti eam.

**V/.** Sana contritiónes eius, quia mota est.

**V/.** Ut fúgiant a fácie arcus: ut liberéntur elécti tui.

### Ant. ad offertorium

Ps 5, 3-4

Inténde voci oratiónis meæ, Rex meus et Deus meus, quóniam ad te orábo, Dómine.

### Super oblata

Réspice, quæsumus, Dómine, propítius ad múnera, quæ sacrámus, ut tibi grata reddántur, et nobis salutária semper exsístant. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Cf. Io 4, 13-14

Qui bíberit aquam quam ego dabo ei, dicit Dóminus Samaritánæ, fiet in eo fons aquæ saliéntis in vitam ætérrnam.

### Post communionem

Mentes nostras et córpora, Dómine, quæsumus, operátio tuæ virtútis infúndat, ut, quod participatióne sumpsimus, plena redemptiόne capiámus. Per Dóminum.

## Sabbato

### Introitus

Ps 5, 2-3

Verba mea áuribus pércipe, Dómine, intélege clamórem meum: inténde voci oratiónis meæ.

Ps 5, 3: Rex meus, et Deus meus.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Observatiónis huius ánnua celebritáte lætántes, quæsumus, Dómine, ut, paschálibus sacraméntis inhæréntes, plenis eórum efféctibus gaudeámus. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 22, 4

R/. Si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala: quóniam tu mecum es, Dómine.

V/. Virga tua, et báculo tuus: ipsa me consoláta sunt.

### Ant. ad offertorium

Ps 118, 133

Gressus meos dírige secúndum elóquium tuum; ut non dominétur mei omnis iniustítia, Dómine.

### Super oblata

Deus, de cuius grátia venit, ut ad mystéria tua purgátis sénsibus accedámus, præsta, quæsumus, ut, in eórum traditióne sollémniter honoránda, cómpetens deferámus obséquium. Per Christum.

Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.

### Ant. ad communionem

Cf. Io 8, 10-11

Nemo te condemnávit, múlier? Nemo, Dómine. Nec ego te condemnábo: iam ámplius noli peccáre.

### Post communionem

Da nobis, quæsumus, miséricors Deus, ut sancta tua, quibus incessánte explémur, sincéris tractémus obséquiis, et fidéli semper mente sumámus. Per Dóminum.



## DOMINICA IV IN QUADRAGESIMA

### Introitus

Is 66, 10-11

**L**ÆTARE, Ierúsalem, et convéntum fácite omnes qui dilígitis eam: gaudéte cum lætítia qui in tristítia fuístis: ut exsultétis, et satiémmini ab ubéribus consolatiónis vestræ.

**Ps 121, 1:** Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Dómini íbimus.

**Non dicitur** Glória in excélsis.

### Collecta

Deus, qui per Verbum tuum húmáni géneris reconciliatiónem mirábiliter operáris, præsta, quæsumus, ut pópulus cristiánus prompta devotióne et álacri fide ad ventúra sollémnia váleat festináre. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 121, 1.7

**R/.** Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Dómini íbimus.

**V/.** Fiat pax in virtúte tua: et abundántia in túrribus tuis.

### Tractus

Ps 124, 1-2

Qui confídunt in Dómino, sicut mons Sion: non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Ierúsalem.

**V/.** Montes in circúitu eius: et Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc et usque in sáeculum.

**Dicitur** Credo.

### Ant. ad offertorium

Ps 134, 3.6

Laudáte Dóminum, quia benígnus est; psállite nómini eius, quóniam suáve est: ómnia quæcúmque vóluit, fecit in cælo et in terra.

### Super oblata

Remédii sempitérni múnera, Dómine, lætántes offérimus, suppliciter exorántes, ut éadem nos et fidéliter venerári, et pro salute mundi congruénter exhibére perfícias. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Ps 121, 3-4

Ierúsalem quæ ædificátur ut cívitas, cuius participátio eius in idípsum: illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini, ad confiténdum nómini tuo, Dómine.

### Post communionem

Quæsumus, omnípotens Deus, ut inter eius membra numerémur, cuius Córpori communicámus et Sánguini. Qui tecum.

## Feria secunda

### Introitus

Ps 53, 3-4

Deus, in nómine tuo salvum me fac: et in virtúte tua iúdica me: Deus, exáudi oratióem meam.

Ps 53, 4: Auribus pércipe verba oris mei.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Adésto, Dómine, supplícibus tuis, et spem suam in tua misericórdia collocántes tuére propítius, ut, a peccatórum labe mundáti, in sancta conversatióne permáneant, et promissiónis tuæ perficiántur herédes. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 30, 3.2

R/. Esto mihi in Deum protectórem, et in locum refúgii: ut salvum me fácias.

V/. Deus, in te sperávi, Dómine, non confúndar in ætérnum.

### Tractus

Ps 102, 10; 78, 8-9

Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

V/. Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ: quia páuperes facti sumus nimis.

V/. Adiuva nos, Deus salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

### Ant. ad offertorium

Ps 99, 1-2

Iubiláte Deo, omnis terra, iubiláte Deo, omnis terra: servíte Dómino in lætítia; intráte in conspéctu eius in exsultatióne, quia Dóminus ipse est Deus.

### Super oblata

Huius sacrificii poténtia, Dómine, quæsumus, et vetustátem nostram cleménter abstérget, et novitátem nobis áugeat et salútem. Per Christum.

Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.

### Ant. ad communionem

Ps 18, 13-14

Ab occúltis meis munda me, Dómine: et ab aliénis parce servo tuo.

### Post communionem

Sancta tua nos, Dómine, quæsumus, et renovádo vivíficent, et sanctificádo ad ætérna perdúcant. Per Dóminum.

## Feria tertia

### Introitus

Ps 54, 2-3

Exáudi, Deus, oratióem meam, et ne despéxeris deprecatióem meam: inténde in me et exáudi me.

**Ps 54, 3-4:** Contristátus sum in exercitatióne mea: et conturbátus sum a voce inimíci, et a tribulatióne peccatóris.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Exercitatio veneranda sanctæ devotiõnis, Dómine, tuórum fidélium corda dispónat, ut et dignis méntibus suscípant paschále mystérium, et salvatiõnis tuæ núntient præconiũ. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 43, 26.2

**R/.** Exsúrge, Dómine, fer opem nobis: et líbera nos propter nomen tuum.

**V/ .** Deus, áuribus nostris audívimus: patres nostri annuntiavérunt nobis opus quod operátus es in diébus eórum, et in diébus antíquis.

### Ant. ad offertorium

Ps 39, 2-4

Exspéctans expectávi Dóminum, et respéxit me, et exaudívit deprecatióem meam, et immísit in os meum cánticum novum, hymnum Deo nostro.

### Super oblata

Offérimus tibi, Dómine, múnera quæ dedísti, ut et creatiõnis tuæ circa mortalitátem nostram testificéntur auxílium, et remédium nobis immortalitátis operéntur. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Ps 19, 6

Lætábimur in salutári tuo: et in nómine Dómini Dei nostri magnificábimur.

### Post communionem

Huius nos, Dómine, percéptio sacraménti mundet a crímine, et ad cæléstia regna perdúcat. Per Dóminum.

## Feria quarta

### Introitus

Cf. Ez 36, 23-26

Cum sanctificátus fúero in vobis, congregábo vos de univérsis terris: et effúndam super vos aquam mundam, et mundabímíni ab ómnibus inquinaméntis vestris: et dabo vobis spíritum novum.

**Ps 33, 2:** Benedícám Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génuá. Leváte.)

Deus, qui et iustis práemia meritórum, et peccatóribus per ieiúnium véniam præbes, miserére supplicibus tuis, ut reátus nostri conféssio indulgéntiam váleat percípere delictórum. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 33, 12.6

**R/.** Veníte, fílii, audíte me: timórem Dómini docébo vos.

**V/.** Accédite ad eum, et illuminámíni: et fácies vestræ non confundéntur.

**Dici potest tractus** Dómine, non, p. 91, **vel sequens:**

Ps 125, 5-6

Qui sémant in lácrimis, in gáudio metent.

**V/.** Eúntes ibant et flebant, mitténtes sémina sua.

**V/.** Veniéntes autem vénient cum exsultatióne, portántes manípulos suos.

### Ant. ad offertorium

Ps 65, 8-9.20

Benedícite, gentes, Dóminum Deum nostrum, et obaudíte vocem laudis eius, qui pósuit ánimam meam ad vitam, et non dedit commovéri pedes meos; benedíctus Dóminus qui non amóvit deprecatióne meam, et misericórdiam suam a me.

### Super oblata

Súpplíces te rogámus, omnípotens Deus, ut his sacrificiis peccáta nostra mundéntur, quia tunc veram nobis tríbuis et mentis et córporis sanitátem. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Cf. Io 9, 11

Lutum fecit ex sputo Dóminus, et linívit óculos meos: et ábii, et lavi, et vidi, et crédidi Deo.

### Post communionem

Deus, qui illúminas omnem hómíne veniéntem in hunc mundum, illúmina, quæsumus, corda nostra grátie tuæ splendóre, ut digna ac plácita maiestáti tuæ cogitáre semper, et te sincére dilígere valeámus. Per Dóminum.

## Feria quinta

### Introitus

Ps 104, 3-4

Lætétur cor quærentium Dóminum: quærite Dóminum, et confirmámini: quærite faciém eius semper.

**Ps 104, 1** : Confitémini Dómino, et invocáte nomen eius: annuntiáte inter gentes ópera eius.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Cleméntiam tuam, Dómine, súplici voto depóscimus, ut nos fámulos tuos, pæniténtia emendátos et bonis opéribus erudítos, in mandátis tuis fácias perseveráre sincéros, et ad paschália festa perveníre illæsos. Per Dóminum.

### Responsorium

Cf. Ps 73, 20.19.22

**R/.** Réspice, Dómine, in testaméntum tuum: et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

**V/.** Exsúrge, Dómine, et iúdica causam tuam: memor esto oppróbrii servórum tuórum.

### Ant. ad offertorium

Ps 39, 14-15

Dómine, in auxiliúm meum réspice; confundántur et revereántur qui quærunnt ánimam meam, ut áuferant eam.

### Super oblata

Purífica nos, miséricors Deus, ut Ecclésiæ tuæ preces, quæ tibi gratæ sunt, pia múnera deferéntes, fiant expiátis méntibus gratióres. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Ps 70, 16-17.18

Dómine, memorábor iustítiæ tuæ solíus: Deus, docuísti me a iuventúte mea: et usque in senéctam et sénium, Deus, ne derelínquas me.

### Post communionem

Puríficent nos, quæsumus, Dómine, sacraménta quæ sumpsimus, et fámulos tuos ab omni culpa líberos esse concéde, ut, qui consciéntiæ reátu constringúntur, cæléstis remédii plenitúdine gloriéntur. Per Dóminum.

## Feria sexta

### Introitus

Ps 18, 15

Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper: Dómine, adiutor meus, et redemptor meus.

**Ps 18, 2:** Cæli enarrant glóriam Dei: et ópera mánuum eius annúnciat firmaméntum.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Deus, qui fragilitáti nostræ cóngrua subsidia præparásti, concéde, quæsumus, ut suæ reparatiónis efféctum et cum exsultatióne suscipiat, et pia conversatióne recéseat. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 117, 8-9

**R/.** Bonum est confídere in Dómino, quam confídere in hómine.

**V/.** Bonum est speráre in Dómino, quam speráre in princípibus.

**Dici potest tractus** Dómine, non, p. 91, **vel sequens:**

Ps 59, 4.6

Commovísti, Dómine, terram, et conturbásti eam.

**V/.** Sana contritiónes eius, quia mota est.

**V/.** Ut fúgiant a fácie arcus: ut liberéntur elécti tui.

### Ant. ad offertorium

Ps 17, 28.32

Pópulum húmilem salvum fácies, Dómine, et óculos superbórum humiliábis; quóniam quis Deus præter te, Dómine?

### Super oblata

Múnera nos, Dómine, quæsumus, obláta puríficent, et te nobis iúgiter fácient esse placátum. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Cf. Io 11, 33.35.43-44.39

Videns Dóminus flentes soróres Lázari ad monuméntum, lacrimátus est coram Iudæis, et exclamávit: Lázare, veni foras: et pródiit, ligátis mánibus et pédibus, qui fúerat quatríduánus mórtuus.

### Post communionem

Præsta, quæsumus, Dómine, ut, sicut de prætérítis ad nova transímus, ita, vetustáte depósita, sanctificátis méntibus innovémur. Per Dóminum.

## Sabbato

### Introitus

Cf. Is 55, 1

Sitiéntes, veníte ad aquas, dicit Dóminus: et qui non habétis prétium, veníte, et bíbite cum lætítia.

**Ps 77, 1:** Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génua. Leváte.)

Fiat, Dómine, quæsumus, per grátiam tuam fructuósus nostræ devotiónis afféctus, quia tunc nobis próderunt suscepta ieiúnia, si tuæ sint plácita pietáti. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 9, 35.22-23

**R/.** Tibi, Dómine, derelíctus est pauper: pupíllo tu eris adiútor.

**V/ .** Ut quid, Dómine, recessísti longe, déspicis in opportunitátibus, in tribulatióne? Dum supérbit ímpius, incénditur pauper.

### Ant. ad offertorium

Ps 17, 3

Factus est Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus; sperábo in eum.

### Super oblata

Oblatióne nostris, quæsumus, Dómine, placáre susceptis, et ad te nostras étiam rebélles compélle propítius voluntátes. Per Christum.

**Præfatio de Quadragesima, p. 238, vel p. 239.**

### Ant. ad communionem

Ps 22, 1-2

Dóminus regit me, et nihil mihi déerit: in loco páscuæ ibi me collocávit: super aquam refectiόνis educávit me.

### Post communionem

Tua nos, quæsumus, Dómine, sancta puríficent, et operatióne sua tibi plácitos esse perfíciant. Per Dóminum.

# DOMINICA PASSIONIS

## Introitus

Ps 42, 1-2

**I**UDICA me, Deus, et discérne causam meam de gente non sancta: ab hómine iníquo, et dolóso éripe me: quia tu es Deus meus, et fortitúdo mea.

**Ps 42, 3:** Emítte lucem tuam, et veritátem tuam: ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum, et in tabernácula tua.

**Non dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Quáesumus, Dómine Deus noster, ut in illa caritáte, qua Fílius tuus díligens mundum morti se trádidit, inveniámur ipsi, te optulánte, alácritér ambulánte. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 142, 9.10; 17, 48-49

**R/.** Eripe me, Dómine, de inimícis meis: doce me fácere voluntátem tuam.

**V/.** Liberátor meus, Dómine, de géntibus iracúndis: ab insurgéntibus in me exaltábis me: a viro iníquo erípies me.

## Tractus

Ps 128, 1-4

Sæpe expugnávérunt me a iuventúte mea, dicat nunc Israel.

**V/.** Sæpe expugnávérunt me a iuventúte mea: étenim non potuérunt mihi.

**V/.** Supra dorsum meum fabricavérunt peccatóres.

**V/.** Prolongavérunt iniquitátem sibi.

**V/.** Dóminus iustus concídet cervíces peccatórum.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 110, 1; 118, 17.107

Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo; retríbe servo tuo: vivam, et custódiam sermónes tuos; vivífica me secúndum verbum tuum, Dómine.

## Super oblata

Hæc múnera, Dómine, quáesumus, et víncula nostræ pravitatís absólvant, et tuæ nobis misericórdiæ dona concílient. Per Christum.

**Præfatio de Passione, p. 240, vel p. 241.**

## Ant. ad communionem

1 Cor 11, 24.25

Hoc Corpus quod pro vobis tradétur, hic calix novi testaménti est in meo Sanguine, dicit Dóminus: hoc fácite quotiescúmque súmitis, in meam commemoratióem.

## Post communionem

Sit nobis, Dómine, reparátio mentis et córporis cæléste mystérium, ut simus eius in glória coherédes, cui, mortem ipsíus annuntiándo, compátimur. Qui tecum.



## Feria secunda

### Introitus

Ps 55, 2

Miserere mei, Dómine, quóniam conculcávit me homo: tota die bellans tribulávit me.

**Ps 55, 3:** Conculcavérunt me inimíci mei tota die: quóniam multi bellántes advérsum me.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Deus, qui, licet salútem hóminum semper operáris, nunc tamen pópulum tuum grátia abundantióre lætíficas, réspice propítius ad electiónem tuam, ut piæ protectiónis auxiliúm et regenerándos múniat et renátos. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 53, 4.3

**R/.** Deus, exáudi oratióem meam: áuribus pércipe verba oris mei.

**V/.** Deus, in nómine tuo salvum me fac: et in virtúte tua iúdica me.

### Tractus

Ps 102, 10; 78, 8-9

Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

**V/.** Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ: quia páuperes facti sumus nimis.

**V/.** Adiuva nos, Deus salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

### Ant. ad offertorium

Ps 6, 5

Dómine, convértere, et éripe ánimam meam; salvum me fac propter misericórdiam tuam.

### Super oblata

Omnípotens sempitérne Deus, qui nos ad ætérnam vitam in confessióne tui nóminis baptísmatis réparas sacraménto, súscipe tuórum múnera et vota famulórum, ut in te sperántium et desidéria iúbeas pérfici et peccáta deléri. Per Christum.

**Præfatio de Passione, p. 240, vel p. 241.**

### Ant. ad communionem

Ps 23, 10

Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

### Post communionem

Vísita, quæsumus, Dómine, plebem tuam, et corda sacris dicáta mystériis pietáte tuére pervígili, ut remédia salutis ætérnæ, quæ te miseránte pércipit, te protegénte custódiat. Per Dóminum.

## Feria tertia

### Introitus

Ps 26, 14

Exspécta Dóminum, viríliter age: et confortétur cor tuum, et sústine Dóminum.

**Ps 26, 1:** Dóminus illuminátio mea, et salus mea, quem timébo?

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Profíciat, quæsumus, Dómine, plebs tibi dicáta piæ devotiónis afféctu, ut sacris actiόνibus erudíta, quanto maiestáti tuæ fit grátior, tanto donis potióribus augeátur. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 42, 1.3

**R/.** Discérne causam meam, Dómine: ab hómine iníquo, et dolóso éripe me.

**V/ .** Emítte lucem tuam et veritátem tuam: ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum.

### Ant. ad offertorium

Ps 9, 11-13

Sperent in te omnes qui novérunt nomen tuum, Dómine, quóniam non derelínquis quæréntes te: psállite Dómino qui hábitat in Sion, quóniam non est oblítus oratiónes páuperum.

### Super oblata

Hóstias tibi, Dómine, deférimus immolándas, quæ temporálem consolatiónem significent, ut promíssa non desperémus æténa. Per Christum.

**Præfatio de Passione, p. 240, vel p. 241.**

### Ant. ad communionem

Cf. Ps 24, 22

Rédime me, Deus Israel, ex ómnibus angústis meis.

### Post communionem

Da, quæsumus, omnípotens Deus, ut, quæ divína sunt iúgiter ambiéntes, donis semper mereámur cæléstibus propinquáre. Per Dóminum.

## Feria quarta

### Introitus

Ps 17, 48-49

Liberátor meus de géntibus iracúndis: ab insurgéntibus in me exaltábis me: a viro iníquo erípies me, Dómine.

**Ps 17, 2-3:** Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Sanctificáto hoc ieiúnio, Deus, tuórum corda fidélium miserátor illústra, et, quibus devotiónis præstas afféctum, præbe supplicántibus pium benígnus audítum. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 29, 2-4

**R/.** Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me: nec delectásti inimícos meos super me.

**V/.** Dómine Deus meus, clamávi ad te, et sanásti me: Dómine, abstraxísti ab ínferis ánimam meam: salvásti me a descendéntibus in lacum.

**Dici potest tractus** Dómine, non, p. 91, **vel sequens:**

Ps 21, 16-20

Aruit tamquam testa virtus mea, et língua mea adhæsit fáucibus meis, et in púlverem mortis deduxísti me.

**V/.** Circumdedérunt me canes multi: concílium malignántium obsédit me.

**V/.** Foderunt manus meas et pedes meos: dinumeravérunt ómnia ossa mea.

**V/.** Ipsi vero consideravérunt, et conspexérunt me: divisérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam misérunt sortem.

**V/.** Tu autem, Dómine, ne elongáveris auxílium tuum a me: ad defensióem meam cónspice.

### Ant. ad offertorium

Ps 58, 2

Eripe me de inimícis meis, Deus meus; et ab insurgéntibus in me líbera me, Dómine.

### Super oblata

Concéde nobis, quæsumus, Dómine, hæc digne frequentáre mystéria, quia, quóties huius hóstiæ commemorátio celebrátur, opus nostræ redemptiónis exercétur. Per Christum.

**Præfatio de Passione, p. 240, vel p. 241.**

### Ant. ad communionem

Ps 25, 6-7

Lavábo inter innocétes manus meas: et circuíbo altáre tuum, Dómine: ut áudiam vocem laudis tuæ, et enárrem univérsa mirabília tua.

**Post communionem**

Satiáti múnere salutári, tuam, Dómine, misericórdiam deprecámur, ut hoc eódem sacraménto, quo nos temporáliter végetas, effícias perpétuæ vitæ partícipes. Per Dóminum.

## Feria quinta

### Introitus

Dn 3, 31.29.30.43.42

Omnia quæ fecisti nobis, Dómine, in vero iudício fecisti: quia peccávimus tibi, et mandátis tuis non obcædívimus: sed da glóriam nómini tuo, et fac nobíscum secúndum multitúdinem misericórdiæ tuæ.

**Ps 47, 2-3:** Magnus Dóminus, et laudábilis valde in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut dígnitas condiciónis humánæ per immoderántiam sauciáta, medicinális parcimóniæ stúdio reformétur. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 95, 8-9; 28, 9

**R/.** Tóllite hóstias, et introíte in átria eius: adoráte Dóminum in aula sancta eius.

**V/.** Revelábit Dóminus condénsa: et in templo eius omnes dicent glóriam.

### Ant. ad offertorium

Ps 136, 1

Super flúmina Babylónis, illic sédimus, et flévimus, dum recordarémur tui, Sion.

### Super oblata

Dómine Deus noster, qui in his pótius creatúris, quas ad fragilitátis nostræ subsídium condidísti, tuo quoque nómini múnera iussísti dicánda constítui, tríbue, quæsumus, ut et vitæ nobis præsentis auxiliú, et æternitátis effícient sacraméntum. Per Christum.

**Præfatio de Passione, p. 240, vel p. 241.**

### Ant. ad communionem

Ps 118, 49-50

Meménto verbi tui servo tuo, Dómine, in quo mihi spem dedísti: hæc me consoláta est in humilitáte mea.

### Post communionem

Quod ore sumpsimus, Dómine, pura mente capiámus, et de múnere temporáli fiat nobis remédium sempitérnum. Per Dóminum.

## Feria sexta

### Introitus

Ps 30, 10.16.18

Miserére mei, Dómine, quóniam tríbulor: líbera me, et éripe me de mánibus inimicórum meórum, et a persecuéntibus me: Dómine, non confúndar, quóniam invocávi te.

**Ps 30, 2:** In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: in iustítia tua líbera me.

### Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Córdibus nostris, quásumus, Dómine, grátiam tuam bénignus infúnde, ut peccáta nostra castigatióne voluntária cohibéntes, temporáliter pótius macerémur, quam supplíciis deputémur ætérnis. Per Dóminum.

### Responsorium

Cf. Ps 34, 20.22

**R/.** Pacífice loquebántur mihi inimíci mei: et in ira molésti erant mihi.

**V/.** Vidísti, Dómine, ne síleas: ne discédas a me.

**Dici potest tractus** Dómine, non, p. 91, **vel sequens:**

Ps 21, 15-16

Sicut aqua effúsus sum: et dispérsa sunt ómnia ossa mea.

**V/.** Factum est cor meum tamquam cera liquéscens in médio ventris mei.

**V/.** Aruit tamquam testa virtus mea: et lingua mea adhæsít fáucibus meis.

### Ant. ad offertorium

Ps 118, 12.121.42

Benedíctus es, Dómine; doce me iustificatiónes tuas; et non tradas calumniántibus me supérbis, et respondébo exprobrántibus mihi verbum.

### Super oblata

Præsta nobis, miséricors Deus, ut digne tuis servíre semper altáribus mereámur, et eórum perpétua participatióne salvári. Per Christum.

**Præfatio de Passione, p. 240, vel p. 241.**

### Ant. ad communionem

Ps 26, 12

Ne tradíderis me, Dómine, in ánimas persecuéntium me: quia insurrexérunt in me testes iníqui, et mentíta est iníquitas sibi.

### Post communionem

Sumpti sacrificii, Dómine, perpétua nos tuítio non relínquat, et nóxia semper a nobis cuncta depéllat. Per Dóminum.

**Sabbato post dominicam Passionis**  
**IN COMPASSIONE B. VIRGINIS MARIÆ**  
**Festum 12 lectionum**

**Introitus**

Io 19, 26

**C**UM vidisset Iesus Matrem, et discipulum stantem quem diligebat, dixit Matri suæ:  
 Múlier, ecce filius tuus.

**Ps 44, 10.11:** Astitit Regína a dextris tuis; audi, fília, et vide, et inclína aurem tuam.

**Non dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui Fílio tuo in cruce exaltáto compatiéntem Matrem astáre voluísti, da Ecclésiæ tuæ, ut, Christi passiónis cum ipsa consors effécta, eiúsdem resurrectionis párticeps esse mereátur. Qui tecum.

**Responsorium**

Ps 55, 9; Ps 6, 9.10

**R/.** Deus, vitam meam annuntiávi tibi: posuísti lácrimas meas in conspéctu tuo.

**V/.** Exaudívit Dóminus vocem fletus mei; Dóminus oratiónem meam suscepit.

**Tractus**

Ps 101, 2-5.14

Dómine, exáudi oratiónem meam: et clamor meus ad te véniat.

**V/.** Non avértas fáciem tuam a me: in quacúmque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam.

**V/.** In quacúmque die invocávero te, velóciter exáudi me.

**V/.** Quia defecérunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut in frixório confríxa sunt.

**V/.** Percússus sum sicut fenum, et áruit cor meum: quia oblítus sum manducáre panem meum.

**V/.** Tu exsúrgens, Dómine, miseréberis Sion: quia venit tempus miseréndi eius.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

Ps 101, 2

Dómine, exáudi oratiónem meam, et clamor meus ad te pervéniat.

**Super oblata**

Súscipe, miséricors Deus, ad tui nóminis laudem preces hostiásque in veneratióne beátæ Mariæ Vírginis exhibitas, quam, stantem iuxta crucem Iesu, cleméner nobis Matrem piíssimam providísti. Per Christum.

**Præfatio I de beata Virgine Maria** (Et te in Compassione), p. 256, vel II, p. 257, vel III, p. 258.

**Ant. ad communionem**

Lm 1, 12

O vos omnes qui transitis per viam, attendite; et videte si est dolor similis sicut dolor meus.

**Post communionem**

Sumptis, Dómine, sacraméntis redemptionis aeternæ, súplices deprecámur, ut, compassiónem beátæ Mariæ Vírginis recoléntes, ea in nobis pro Ecclésia adimpleámus, quæ desunt Christi passiónum. Qui tecum.



# HEBDOMADA SANCTA



# DOMINICA IN PALMIS

Introitus

Ps 21, 20.22

**D**OMINE, ne longe fácias auxiliúm tuum a me: ad defensionem meam aspice: líbera me de ore leónis, et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

**Ps 21, 2:** Deus, Deus meus, réspice in me: quare me dereliquísti?

## Benedictio et distributio ramorum

Post introitum presbyter, stans in sede, benedictionem cantat, manu dextera extensa super ramos; conventus vero stat coopertus versa facie ad altare.

Oratio

Omnípotens sempitérne Redémptor, qui de cælis ad terram descéndere et ad passiónem voluntátis tuæ veníre dignátus es, ut húmánum genus tuo pretiósó Sáanguine liberáres, adésto piis Ecclésiæ tuæ votis et supplicatió nibus nostris.

Tu enim, Dómine, mansuétus, mansuétí asélli tergo ínsidens, ad passiónem tuam spontáneus advenísti, cum tibi ramis arbóreis discipulórum turbæ occurrérunt resultántes: Hosánna, fílio David, benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Tu quondam colúmbæ ministério, Noe in arca, per olívæ ramum pacem in terris réddítam nuntiári voluísti. Ex huius árboris ramis óleum benedicti ónis Iacob in lápidem infúdit, unde reges et prophétas tuos unxísti.

Tu enim es Christus Dei, tibi cómpetit fructus uncti ónis et pacis, in cuius ineffábilem uncti ónem psalmísta cécinit dicens: Unxit te Deus, Deus tuus, óleo exsultati ónis.

Quaprópter, quæsumus, Dómine, bédedic + hos ramos quos tui fámuli gestántes te glorificáre desíderant.

Ecce Jerúsalem, sedens super ásinum, Rex mansuétus advenísti. Adveni ergo in corda nostra, ut in médio nostri te consístere sentiámus, et, ímbribus tuis irrigáti, fructum viriditátis habeámus.

Concéde, ut qui hódie tibi triumphánti pálmites exhibémus, redeúnti in secúndo advéntu cum palmis victóriæ læti mereámur occurrere, Salvátor mundi, qui vivis et regnas per ómnia sáecula sáeculórum.

R/. Amen.

Deinde presbyter ramos aqua benedicta aspergit.

Peracta benedictione, cantor inchoat antiphona Collegerunt, quam prosequuntur omnes, nudatis capitibus.

Presbyter et diaconus accedunt ad gradum sanctuarii, et etiam conventus. Singuli, facta modica inclinatione ad presbyterum, flexis genibus (concelebrantibus exceptis), ramum accipiunt; postea, ad latus paululum pergentes, ad Sanctissimum Sacramentum vel ad altare se inclinant et ad sedes revertuntur, ubi permanent discooperti et super misericordias innixi.

Diaconus, omnium ultimus, presbytero porrigit duos ramos, quorum unum rursus ab ipso recipit, alterum presbyter retinet sibi et geret usque ad offertorium.

### Antiphona

Io 11, 47-49.50.53.48

**V/** . Collegérunt Pontífices et Pharisæi concílium, et dicébant: Quid fácimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimíttimus eum sic, omnes credent in eum.

**V/** . Ne forte véniant Románi, et tollant nostrum locum, et gentem.

**V/** . Unus autem ex ipsis, Cáíphas nómine, cum esset Póntifex anni illíus, prophetávit dicens: Expedit vobis ut unus moriátur homo pro pópulo, et non tota gens péreat.

**V/** . Ab illo ergo die cogitavérunt interfícere eum dicéntes.

**V/** . Ne forte véniant Románi, et tollant nostrum locum, et gentem.

Cum omnes ad sedes regressi sunt, Kýrie cantatur et presbyter digitos abluit.

Monachi ramos per totam Missam manu tenent. Diaconus tamen dum legit Passionem, et alii ministri dum officia sua exercent, ramum non tenent.

Non dicitur Glória in excélsis.

### Collecta

Omnípotens sempitérne Deus, qui humáno géneri, ad imitándum humilitátis exéplum, Salvatórem nostrum carnem súmere, et crucem subíre fecísti, concéde propítius, ut et patiéntiæ ipsíus habére documénta et resurrectiónis consórtia mereámur. Qui tecum.

### Responsorium

Ps 72, 23-24.1-3

**R/** . Tenuísti manum déxteram meam: et in voluntáte tua deduxísti me, et cum glória assumpsísti me.

**V/** . Quam bonus Israel Deus rectis corde: mei autem pæne moti sunt pedes, pæne effúsi sunt gressus mei: quia zelávi in peccatóribus, pacem peccatórum videns.

### Tractus

Ps 21, 2-9.18-19.22.24.32

Deus, Deus meus, réspice in me: quare me dereliquísti?

**V/** . Longe a salúte mea verba delictórum meórum.

**V/** . Deus meus, clamábo per diem, nec exáudies: et nocte, et non ad insipiéntiam mihi.

**V/** . Tu autem in sancto hábitas, laus Israel.

**V/** . In te speravérunt patres nostri: speravérunt, et liberásti eos.

**V/** . Ad te clamavérunt, et salvi facti sunt: in te speravérunt, et non sunt confúsi.

**V/** . Ego autem sum vermis, et non homo: oppróbrium hóminum, et abiéctio plebis.

**V/** . Omnes qui vidébant me, aspernabántur me: locúti sunt lábiis, et movérunt caput.

**V/** . Sperávit in Dómino, erípiat eum: salvum fáciat eum, quóniam vult eum.

**V/** . Ipsi vero consideravérunt et conspexérunt me: divisérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam misérunt sortem.

**VI** . Líbera me de ore leónis, et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

**VI** . Qui timétis Dóminum, laudáte eum: univérsum semen Iacob magnificáte eum.

**VI** . Annuntiábitur Dómino generátio ventúra: et annuntiábunt cæli iustítiam eius.

**VI** . Pópulo qui nascétur, quem fecit Dóminus.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

**Ps 68, 21-22**

Impropérium exspecávit cor meum et misériam; et sustínui qui simul contristarétur, et non fuit: consolántem me quæsívi, et non invéni: et dedérunt in escam meam fel, et in siti mea potavérunt me acéto.

**Super oblata**

Per Unigéniti tui passiónem placátio tua nobis, Dómine, sit propínqua, quam, etsi nostris opéribus non merémur, interveniénte sacrificio singulári, tua percipiámus miseratióne prævénti. Per Christum.

**Præfatio de Passione, p. 240, vel p. 241.**

**Ant. ad communionem**

**Mt 26, 42**

Pater, si non potest hic calix transíre nisi bibam illum, fiat volúntas tua.

**Post communionem**

Sacro múnere satiáti, súpplíces te, Dómine, deprecámur, ut, qui fecísti nos morte Fílii tui speráre quod crédimus, fácias nos, eódem resurgénte, perveníre quo téndimus. Per Dóminum.

## FERIA II HEBDOMADÆ SANCTÆ

## Introitus

Ps 34, 1-2; 139, 8

Iúdica, Dómine, nocéntes me, expúgna impugnántes me: apprehénde arma et scutum, et exsúrge in adiutórium meum, Dómine, virtus salútis meæ.

**Ps 34, 3:** Effúnde frámeam, et conclúde advérsus eos qui persecuúntur me: dic animæ meæ, Salus tua ego sum.

## Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Da, quæsumus, omnípotens Deus, ut, qui ex nostra infirmitáte defícimus, intercedénte Unigéniti Fílii tui passióne, respirémus. Qui tecum.

## Responsorium

Ps 34, 23.3

**R/.** Exsúrge, Dómine, et inténde iudício meo, Deus meus, et Dóminus meus in causam meam.

**V/.** Effúnde frámeam, et conclúde advérsus eos qui me persecuúntur.

## Tractus

Ps 102, 10; 78, 8-9

Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis: neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

**V/.** Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ: quia páuperes facti sumus nimis.

**V/.** Adiuva nos, Deus salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos: et propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum.

## Ant. ad offertorium

Ps 142, 9-10

Eripe me de inimícis meis, Dómine, ad te confúgi: doce me fácere voluntátem tuam, quía Deus meus es tu.

## Super oblata

Hæc sacrificia nos, omnípotens Deus, poténti virtúte mundátos ad suum fáciant purióres veníre princípium. Per Christum.

**Præfatio de Passione, p. 240, vel p. 241.**

## Ant. ad communionem

Ps 34, 26

Erubéscant et revearéntur simul, qui gratulántur malis meis: induántur pudóre et reveréntia, qui málgna loquúntur advérsus me.

## Post communionem

Præbeant nobis, Dómine, divínium tua sancta fervórem, quo eórum páriter et actu delectémur et fructu. Per Dóminum.

## FERIA III HEBDOMADÆ SANCTÆ

## Introitus

Cf. Gal 6, 14

Nos autem gloriári oportet in cruce Dómini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, et resurrectio nostra, per quem salváti et liberáti sumus.

**Ps 66, 2:** Deus misereátur nostri, et benedícat nobis, illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

## Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génuá. Leváte.)

Deus, per cuius ineffábilem grátiam omni benedictióne ditámur, præsta nobis ita in novitátem a vetustáte transíre, ut regni cælestis glóriæ præparémur. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 34, 13.1-2

**R/.** Ego autem cum mihi molésti essent, induébam me cilício: et humiliábam in ieiúno ánimam meam: et orátio mea in sinu meo convertétur.

**V/ .** Iúdica, Dómine, nocéntes me, expúgna impugnántes me: apprehénde arma et scutum, et exsúrge in adiutórium mihi.

## Ant. ad offertorium

Ps 139, 5

Custódi me, Dómine, de manu peccatóris, et ab homínibus iníquis éripe me, Dómine.

## Super oblata

Concéde nobis, Dómine, quæsumus, ut, celebráturi sancta mystéria, tamquam pæniténtiæ corporális fructum, lætam tibi exhibeámus méntium puritátem. Per Christum.

**Præfatio de Passione, p. 240, vel p. 241.**

## Ant. ad communionem

Ps 68, 13-14

Advérsus me exercebántur qui sedébant in porta, et in me psallébant qui bibébant vinum: ego vero oratióne meam ad te, Dómine: tempus benepláciti Deus in multítudine misericórdiæ tuæ.

## Post communionem

Sacramentórum tuórum benedictióne roboráti, quæsumus, Dómine, ut per hæc semper emundémur a víitiis, et per sequélam Christi ad te festinánter gradiámur. Qui tecum.

## FERIA IV HEBDOMADÆ SANCTÆ

## Introitus

Phil 2, 10.8.11

In Nómine Iesu omne genu flectátur cæléstium, terréstrium, et inférnorum: quia Dóminus factus obcédiens usque ad mortem, mortem autem crucis, ídeo Dóminus Iesus Christus in glória est Dei Patris.

**Ps 101, 2:** Dómine, exáudi oratióem meam: et clamor meus ad te véniat.

## Collecta

(In conventu diaconus dicit: Flectámus génu. Leváte.)

Deus, qui pro nobis Fílium tuum crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem, concéde nobis fámulis tuis, ut resurrectiós eius grátiam consequámur. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 68, 18.2-3

**R/.** Ne avértas fáciem tuam a púero tuo: quóniam tríbulor, velóciter exáudi me.

**V/.** Salvum me fac, Deus, quóniam intravérunt aquæ usque ad ánimam meam: infíxus sum in limo profúndi, et non est substántia.

## Tractus

Ps 101, 2-5.14

Dómine, exáudi oratióem meam: et clamor meus ad te véniat.

**V/.** Non avértas fáciem tuam a me: in quacúmque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam.

**V/.** In quacúmque die invocávero te, velóciter exáudi me.

**V/.** Quia defecérunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut in frixório confríxa sunt.

**V/.** Percússus sum sicut fœnum, et áruit cor meum: quia oblítus sum manducáre panem meum.

**V/.** Tu exsúrgens, Dómine, miseréberis Sion: quia venit tempus miseréndi eius.

## Ant. ad offertorium

Ps 101, 2

Dómine, exáudi oratióem meam, et clamor meus ad te pervéniat.

## Super oblata

Súscipe, quásumus, Dómine, munus oblátum, et dignánte operáre, ut, quod gérimus Fílii tui mystério passiós, piis efféctibus consequámur. Per Christum.

**Præfatio de Passione, p. 240, vel p. 241.**

## Ant. ad communionem

Ps 101, 10.11.12-13.14

Potum meum cum fletu temperábam, quia élevans allisísti me, et ego sicut fœnum áruí: tu autem, Dómine, in aetérnum pérmanes: tu exsúrgens miseréberis Sion, quia venit tempus miseréndi eius.



**Post communionem**

Largíre sénsibus nostris, omnípotens Deus, ut per temporálem Fílii tui mortem, quam mystéria veneránda testántur, vitam te nobis dedísse perpétuam confidámus. Per Dóminum.



# SACRUM TRIDUUM PASCHALE



## FERIA V IN CENA DOMINI

Lotio pedum et proclamatio integra capitum 13-16 Evangelii secundum Ioannem, qui in capitulo monasterii celebrantur, continuo antecedunt hanc Missam, cui Prior præest. In ea consecrantur hostiæ pro crastina Communione.

Introitus

Cf. Gal 6, 14

**N**OS autem gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri Iesu Christi: in quo est salus, víta, et resurréctio nostra: per quem salváti et liberáti sumus.

**Ps 66, 2:** Deus misereátur nostri, et benedícat nobis: illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

**Non dicitur** Glória Patri.

**Actus pænitentialis fit more solito.**

**Non dicitur** Glória in excélsis.

Collecta

**(Non dicitur** Flectámus génua)

Sacratíssimam, Deus, frequentántibus Cenam, in qua Unigénitus tuus, morti se traditúrus, novum in sácula sacrificium dilectionisque suæ convívium Ecclésiæ commendávit, da nobis, quæsumus, ut ex tanto mystério plenitúdinem caritátis hauriámus et vitæ. Per Dóminum.

**Responsorium Phil 2, 8-9 R/.** Christus factus est pro nobis obcédens usque ad mortem, mortem autem crucis.

**V/.** Propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi nomen quod est super omne nomen.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

**Ps 117, 16-17**

Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me; non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

**Super oblata**

Ipse tibi, quæsumus, Dómine, sancte Pater, sacrificium nostrum reddat accéptum, qui discípulis suis in sui commemoratióne hoc fferi hodiérna traditióne monstrávit, Iesus Christus Fílius tuus. Qui vivit et regnat in sácula sæculórum.

**Præfatio de Sanctissima Eucharistia, p. 252.**

**Quando adhibetur Prex eucharistica I,** Communicantes, Hanc igitur **et** Qui pridie propria.

**Ant. ad communionem**

Cf. Io 13, 12.14.15

Dóminus Iesus postquam cenávit cum discíplis suis, lavit pedes eórum, et ait illis: Scitis quid fécerim vobis, ego Dóminus et Magíster? Exémplum dedi vobis, ut et vos ita faciátis.

**Post communionem**

Concéde nobis, omnípotens Deus, ut, sicut Cena Fílii tui refícimur temporáli, ita satiári mereámur æténa. Per Christum.

**Missa conventualis absolvitur cum Amen ad orationem post communionem, quæ concluditur conclusione brevi.**

## FERIA VI IN PARASCEVE

Altare omnino nudum sit: sine cruce, sine candelabris, sine tobaleis.

Hoc Officium Prioris est. Horis postmeridianis huius diei, omnibus in ecclesiam congregatis, presbyter, vestibus coloris rubri sicut ad Missam indutus, ecclesiam ingreditur, et in gradu sanctuarii profunde inclinatus orat silentio. Quod omnes simul faciunt, super misericordias inclinati.

Postea presbyter recte vadit ad sedem, et fit actus pænitentialis more solito. Quo facto, omnes capita cooperiunt et sedent.

## PARS PRIMA

## LITURGIA VERBI

Sequitur lectio e libro Oseæ (5,15 – 6,6) prophetæ, titulo prætermisso.

Tractus

Cf. Hab 3, 2-3

Dómine, audívi audítum tuum, et tímui: considerávi ópera tua, et expávi.

*Vl.* In médio duórum animálium innotescéris: dum appropinquáverint anni, cognoscéris: dum advénerit tempus, ostendéris.

*Vl.* In eo dum conturbáta fúerit ánima mea, in ira misericórdiæ memor eris.

*Vl.* Deus a Líbano véniet, et Sanctus de monte umbróso et condénso.

*Vl.* Opéruit cælos maiéstas eius: et laudis eius plena est terra.

Presbyter surgens dicit sequentem orationem.

Oratio

Reminíscere miseratiónum tuárum, Dómine, et fámulos tuos æténa protectiõe sanctífica, pro quibus Christus, Fílius tuus, per suum cruórem instítuit paschále mystérium. Qui vivit et regnat in sácula sæculórum.

Sequitur lectio e libro Exodi (12,1-11), titulo prætermisso.

Tractus

Ps 139, 2-10.14

Eripe me, Dómine, ab hómine malo: a viro iníquo líbera me.

*Vl.* Qui cogitavérunt malítias in corde: tota die constituébant prælia.

*Vl.* Acuérunt linguas suas sicut serpéntis: venénum áspidum sub lábiis eórum.

*Vl.* Custódi me, Dómine, de manu peccatóris: et ab homínibus iníquis líbera me.

*Vl.* Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos: abscondérunt supérbi láqueum mihi.

*Vl.* Et funes extendérunt in láqueum pédibus meis: iuxta iter scándalum posuérunt mihi.

*Vl.* Dixi Dómino, Deus meus es tu: exáudi, Dómine, vocem oratiónis meæ.

*Vl.* Dómine, Dómine virtus salútis meæ, obúmbra caput meum in die belli.

**V/** . Ne tradas me, Dómine, a desiderio meo peccatóri: cogitavérunt advérsus me: ne derelínquas me, ne umquam exalténtur.

**V/** . Caput circúitus eórum: labor labiórurum ipsórum opériet eos.

**V/** . Verúmtamen iusti confitebúntur nómini tuo: et habitábunt recti cum vultu tuo.

**Sequitur Passio secundum Ioannem (18,1 – 19,42) ad quam diaconus petit benedictionem. Ante proclamationem Dóminus vobíscum non dicitur.**

### **Oratio universalis**

Liturgia verbi conclusa, presbyter versa facie ad conventum incipit orationem universalem. Dum dicit monitiones, monachi versa facie ad altare stant, detectis capitibus; postea diaconus, stans in sede servitoris, subiungit Flectámus génuá; et monachi super formas procumbunt, silentio orantes; dicente eodem Leváte, surgunt, et inclinati super misericordias collectam audiunt, quam presbyter dicit (absque Orémus).

#### **I. Pro sancta Ecclesia**

Orémus, dilectíssimi nobis, pro Ecclesiá sancta Dei, ut eam Deus et Dóminus noster pacificáre, adunáre et custodíre dignétur toto orbe terrárum, detque nobis, quiétam et tranquíllam vitam degéntibus, glorificáre Deum Patrem omnipoténtem.

**Diaconus dicit:** Flectámus génuá. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, qui glóriam tuam ómnibus in Christo géntibus revelásti: custódi ópera misericórdiæ tuæ, ut Ecclesiá tua, toto orbe diffúsa, stábili fide in confessióne tui nóminis perseveret. Per Christum Dóminum nostrum.

**R/.** Amen.

#### **II. Pro Papa**

Orémus et pro beatíssimo Papa nostro **N.**, ut Deus et Dóminus noster, qui elégit eum in órdine episcopátus, salvum atque incólumem custódiat Ecclesiæ suæ sanctæ, ad regéndum pópulum sanctum Dei.

**Diaconus dicit:** Flectámus génuá. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, cuius iudício univérsa fundántur, réspice propítius ad preces nostras, et eléctum nobis Antístitem tua pietáte consérva, ut christiána plebs, quæ te gubernátur auctóre, sub ipso Pontífice, fídei suæ méritis augeátur. Per Christum Dóminum nostrum.

**R/.** Amen.

#### **III. Pro omnibus ordinibus gradibusque fidelium**

Orémus et pro Epíscopo nostro **N.**, pro ómnibus Epíscopis, presbýteris, diáconis Ecclesiæ, et univérsa plebe fidélium.

**Diaconus dicit:** Flectámus génuá. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, cuius Spíritu totum corpus Ecclesiæ sanctificáitur et régitur, exáudi nos pro minístris tuis supplicántes, ut, grátia tuæ múnere, ab ómnibus tibi fidéliter serviáitur. Per Christum Dóminum nostrum.

**R/.** Amen.



**IV. Pro catechumenis**

Orémus et pro catechúmenis, ut Deus et Dóminus noster adapériat aures præcordiórum ipsórum ianuámque misericórdiæ, ut, per lavácrum regeneratiónis accépta remissióne ómnium peccatórum, et ipsi inveniántur in Christo Iesu Dómino nostro:

**Diaconus dicit:** Flectámus génu. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, qui Ecclésiám tuam nova semper prole fecúndas, auge fidem et intelléctum catechúmenis, ut, renáti fonte baptísmatis, adoptiúnis tuæ fíliis aggregéntur. Per Christum Dóminum nostrum.

**R/. Amen.**

**V. Pro unitate Christianorum**

Orémus et pro univérsis frátribus in Christum credéntibus, ut Deus et Dóminus noster eos, veritátem faciéntes, in una Ecclésiá sua congregáre et custodíre dignétur.

**Diaconus dicit:** Flectámus génu. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, qui dispérsa cóngregas et congregáta consérvas, ad gregem Fílii tui placátus inténde, ut, quos unum baptísma sacrávit, eos et fídei iungat intégritas et vínculum sóciét caritátis. Per Christum Dóminum nostrum.

**R/. Amen.**

**VI. Pro Iudæis**

Orémus et pro Iudæis, ut, ad quos prius locútus est Dóminus Deus noster, eis tríbuat in sui nóminis amóre et in sui fœderis fidelitáte profícere.

**Diaconus dicit:** Flectámus génu. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, qui promissiónes tuas Abrahæ eiúsque sémini contulísti, Ecclésiæ tuæ preces cleménter exáudi, ut pópulus acquisitiúnis prióris ad redemptiúnis mereátur plenitúdinem perveníre. Per Christum Dóminum nostrum.

**R/. Amen.**

**VII. Pro iis qui in Christum non credunt**

Orémus et pro iis qui in Christum non credunt, ut, luce Sancti Spíritus illustráti, viam salútis et ipsi váleant introíre.

**Diaconus dicit:** Flectámus génu. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, fac ut qui Christum non confiténtur, coram te sincéro corde ambulátes, invéniant veritátem, nosque, mútuo proficiéntes semper amóre et ad tuæ vitæ mystérium plénius percipiéndum sollícitos, perfectióres éffice tuæ testes caritátis in mundo. Per Christum Dóminum nostrum.

**R/. Amen.**

**VIII. Pro iis qui in Deum non credunt**

Orémus et pro iis qui Deum non agnóscunt, ut, quæ recta sunt sincéro corde sectántes, ad ipsum Deum perveníre mereántur.

**Diaconus dicit:** Flectámus génu. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, qui cunctos hómines condidísti, ut te semper desiderándo quærent et inveniéndó quiéscerent, præsta, quæsumus, ut inter nóxia quæque obstácula omnes, tuæ signa pietátis et in te credéntium testimónium bonórum óperum percipiéntes, te solum verum Deum nostríque géneris Patrem gáudeant confitéri. Per Christum Dóminum nostrum.

**R/.** Amen.

#### **IX. Pro rempublicam moderantibus**

Orémus et pro ómnibus rempúblicam moderántibus, ut Deus et Dóminus noster mentes et corda eórum secúndum voluntátem suam dírigat ad veram ónium pacem et libertátem.

**Diaconus dicit:** Flectámus génuá. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, in cuius manu sunt hóminum corda et iura populórum, réspice benígus ad eos, qui nos in potestáte moderántur, ut ubíque terrárum populórum prospéritas, pacis secúritas et religiónis libértas, te largiénte, consístant. Per Christum Dóminum nostrum.

**R/.** Amen.

#### **X. Pro tribulatis**

Orémus, dilectíssimi nobis, Deum Patrem omnipoténtem, ut cunctis mundum purget erróribus, morbos áuferat, famem depéllat, apériat cárceres, víncula solvat, viatóribus securitátem, peregrinántibus réditum, infirmántibus sanitátem atque moriéntibus salutem indúlgeat.

**Diaconus dicit:** Flectámus génuá. Leváte.

Omnípotens sempitérne Deus, mæstórum consolátio, laborántium fortitúdo, pervéniant ad te preces de quacúmque tribulatióne clamántium, ut omnes sibi in necessitatibus suis misericórdiam tuam gáudeant affuísse. Per Christum Dóminum nostrum.

**R/.** Amen.

### **PARS SECUNDA**

#### **ADORATIO SANCTÆ CRUCIS**

**Oratione universali expleta, presbyter, exuta casula, et diaconus in vestiario calceamenta deponunt.**

#### **Ostensio sanctæ Crucis**

**Regressus presbyter in sede stat in modum chori versus; diaconus autem Crucem gerens ecclesiam ingreditur et, inter altare et ambonem, versus in modum chori, genua flectit. Tunc monachi, capita detegentes, procumbunt super formas, presbyter vero modice se inclinat. Diaconus Crucem discooperit incipiendo antiphonam Nos autem, quam conventus prosequitur.**

**Antiphona**

**Cf. Gal 6, 14**

**Nos autem gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri Iesu Christi.**

Antiphona expleta, diaconus Crucem collocat super cilicium et linteum, in gradibus sanctuarii præparatum.

### Adoratio sanctæ Crucis

Tunc presbyter Crucem adorat, deinde diaconus et ceteri per ordinem, singulatim intra se dicentes: Adorámus te, Christe, et benedícimus tibi, quia per Crucem tuam redemísti mundum. Interim monachi, stantes versis ad altare vultibus et detectis capitibus, cantant responsoria, quæ cantor inchoat.

Presbyter Crucem veneratus redit ad sedem, ibique stat verso ad Crucem vultu detectoque, donec omnes adoraverint. Diaconus vero ad sedem servitoris revertitur.

#### Responsorium primum

Mic 6, 3-4

R/. Pópule meus, quid feci tibi, aut quid moléstus fui? respónde mihi. Quóniam edúxi te de terra Ægýpti. † Et de domo servitútis liberávi te.

V/. Et misi ante fáciem tuam Móysen, et Aaron, et Maríam.

† Et de domo servitútis.

#### Responsorium secundum

Is 65, 2.5

R/. Expándi manus meas tota die ad pópulum non credéntem, et contradicéntem mihi. † Qui ámbulant vias non bonas, et post peccáta sua.

V/. Qui dicunt: Recéde a me, ne appropínques mihi.

† Qui ámbulant.

#### Responsorium tertium

Cf. Is 53, 2.5.4

R/. Ecce vídimus eum non habéntem spéciem, neque decórem: aspéctus eius in eo non est. Hic peccáta nostra portávit, et pro nobis dolens, vulnerátus est propter iniquitátes nostras. † Cuius livóre sanáti sumus.

V/. Vere languóres nostros ipse tulit, et dolóres nostros ipse portávit.

† Cuius livóre.

#### Responsorium quartum

Is 53, 12.8

R/. Trádidit in mortem ánimam suam, et cum scelerátis reputátus est. † Et ipse peccáta multórum tulit, et pro transgressóribus rogávit.

V/. Propter scelus pópuli mei percússi eum.

† Et ipse.

#### Responsorium quintum

Cf. Ier 11, 19; Lam 3, 60.59

R/. Ego quasi agnus innocens ductus sum ad immolándum, et nesciébam. † Consílium fecerunt inimíci mei advérsus me, dicéntes: Veníte, mittámus lignum in pane eius, et conterámus eum de terra vivéntium.

V/. Vidísti, Dómine, iniquitátem eórum advérsus me: iúdica iudícium meum.

† Consílium fecerunt.

Finito cantu et Cruce per diaconum reposita, presbyter casulam induit, et ad altare vadit.

### PARS TERTIA

#### SACRA COMMUNIO

Super altare ponitur corporale et missale. Presbyter, ablutis digitis, corporale expandit. Omnes, nudatis capitibus, super formas procumbunt. Diaconus, extensa super umerum sindone, Corpus dominicum de tabernaculo educit et offert presbytero, incipiens sequentem antiphonam quam conventus prosequitur.

Ant. ad communionem

1 Co 11, 24.25

Hoc Corpus quod pro vobis tradetur: Hic Calix novi Testaménti est in meo Sanguine, dicit Dóminus. Hoc fácite quotiescúmque súmitis in meam commemoratiónem.

Antiphona cantata, monachi sumunt veniam, surgunt et, verso ad altare vultu, capita cooperiunt. Tum presbyter, manibus modo crucifixi extensis, orat silentio pro tota Ecclesia; dicere etiam potest, submissa voce, sequentem orationem.

#### Oratio

Pietáte tua, quæsumus, Dómine, nostrórum solve víncula delictórum, et intercedénte beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genetríce María, cum ómnibus Sanctis tuis, Domnum Apostólicum, Pontífices, Abbátes, et Prióres nostros, sed et omnes congregatiónes illis commíssas, Reges et Príncipes nostros, et omnem pópulum Christiánum, et nos fámulos tuos, atque locum istum, et ómnia loca nostra in omni sanctitáte custódi, omnésque affinitáte, societáte ac familiaritáte nobis coniúctos, et nos a vítiis purga, virtútibus illústra, pacem et salútem nobis tríbue, hostes visíbiles et invisíbiles rémove, carnália desidéria repélle, áerem salúbrem indúlge, amícis et inimícis nostris et nobis veram caritátem largíre, et ómnibus fidélibus tuis vivis et defúctis in terra vivéntium vitam et réquiem atérnam concéde. Per Dóminum nostrum.

Oratione completa, presbyter verbis Præcéptis salutáribus introducit Pater noster quem, una cum eo, omnes capitibus nudatis prosequuntur.

Dein presbyter dicit Libera nos et Dómine Iesu Christe, da nobis, silentio et præparat se ad Communionem. Interim conventus accedit ad sanctuarium ad recipiendum Corpus Domini sub specie panis.

Communione peracta presbyter excutit digitos super pyxidem, quam diaconus in locum repositionis extra ecclesiam defert. Deinde presbyter, digitis ablutis, plicato corporali clausoque missali, altare discoopertum relinquit.

Presbyter et diaconus in vestiario vestes sacras deponunt et ecclesiam repetunt. Gratiarum actione peracta, omnes, dato signo, surgunt et signum Crucis faciunt; deinde calceamenta resumunt et discedunt.

## SABBATO SANCTO

1. Sabbato sancto Ecclesia ad sepulcrum Domini immoratur, passionem eius et mortem, necnon ad inferos descensum meditans et eius resurrectionem exspectans, in oratione et ieiunio.
2. A sacrificio Missæ, sacra mensa denudata, Ecclesia abstinet, usque dum, post sollemnem Vigiliam seu nocturnam resurrectionis exspectationem, locus detur gaudiis paschalibus, quorum abundantia in quinquaginta dies exundat.
3. Sacra Communio hac die dari potest solummodo ad modum viatici.



TEMPUS PASCHALE

DOMINICA PASCHÆ  
IN RESURRECTIONE DOMINI





# VIGILIA PASCHALIS IN NOCTE SANCTA

Vigilia paschalis, nox sancta, est “omnium vigiliarum mater”. Locum tenet Officii Matutinorum.

Presbyter et concelebrantes induuntur, sicut ad Missam, paramentis albi coloris, diaconus vero cuculla ecclesiastica et stola indutus est.

In ecclesia omnia luminaria extinguuntur, etiam lucerna sanctuarii, sacra reservatione de tabernaculo in fine officii Parasceves remota.

## PARS PRIMA

### SOLLEMNE INITIUM VIGILIÆ SEU LUCERNARIUM

#### **Benedictio ignis**

In atrio ecclesiæ, vel in apto loco vicino, præparatur rogos ardens. Conventu congregato et detecto capite circa ignem stante, presbyter accedit cum diacono qui portat cereum paschalem. Presbyter conventum salutatur, cantans:

*V/* . Dóminus vobíscum.

*R/* . Et cum spírítu tuo.

Fit oratio in silentio. Deinde presbyter, manibus extensis, benedicit ignem dicens:

Orémus.

Deus, qui per Fílium tuum claritátis tuæ ignem fidélibus contulísti, novum hunc ignem + sanctífica, et concéde nobis, ita per hæc festa paschália cæléstibus desidériis inflammári, ut ad perpétuæ claritátis puris méntibus valeámus festa pertíngere. Per Christum Dóminum nostrum.

*R/* . Amen.

De novo igne, presbyter accendit cereum paschalem, dicens:

Lumen Christi glorióse resurgéntis díssipet ténebras cordis et mentis.

#### **Processio**

Diaconus defert cereum paschalem et ordinatur processio. Sequuntur presbyter cum concelebrantibus, et conventus.

Dum omnes procedunt, diaconus subsistit et omnes pariter. Diaconus elevat cereum paschalem et, tenens eum sublevatum, cantat:

*V/* . Lumen Christi.

*R/* . Deo grátias.

Pro opportunitate iste ritus ter repeti potest.

Cum venerit ad sanctuarium diaconus cereum paschalem deponit super candelabrum iuxta ambonem paratum.

Presbyter vadit ad sedem suam, concelebantes et conventus vero ad locos suos in choro, stantes versus sanctuarium.

### Præconium paschale

Omnibus stantibus, diaconus annuntiat ex ambone præconium paschale. Si, pro necessitate, cantor laicus præconium annuntiat, omittit Quapropter astantes vos usque ad finem invitationis, necnon salutationem Dóminus vobíscum. Præconium forma longiore aut brevior cantari potest.

#### Præconii paschalis forma longior

Exsúltet iam angélica turba cælórum,  
 exsúltent divína mystéria,  
 et pro tanti Regis victória tuba ínsonet  
 salutáris. Gáudeat et tellus tantis irradiáta  
 fulgóribus, et, ætéрни Regis splendóre illustráta,  
 totíus orbis se séntiat amisísse calíginem.  
 Lætétur et mater Ecclésia,  
 tanti lúminis adornáta fulgóribus,  
 et magnis populórum vóci bus hæc aula resúltet.  
 (Quapropter astantes vos, fratres caríssimi, ad  
 tam miram huius sancti lúminis claritátem,  
 una mecum, quæso,  
 Dei omnipoténtis misericórdiam invocáte.  
 Ut, qui me non meis méritis  
 intra Levitárum númerum dignátus est  
 aggregáre, lúminis sui claritátem infúndens, cérei  
 huius laudem implére perfíciat.

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.)

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est,  
 invisíbilem Deum Patrem omnipoténtem  
 Filiúmque eius Unigénitum,  
 Dóminum nostrum Iesum Christum,  
 toto cordis ac mentis afféctu et vocis ministério personáre.  
 Qui pro nobis ætéрно Patri Adæ débitum solvit,  
 et véteris piáculi cautió nem pio cruóre detérsit.  
 Hæc sunt enim festa paschália,  
 in quibus verus ille Agnus occíditur,  
 cuius ságuine postes fidélium consecrántur.  
 Hæc nox est,  
 in qua primum patres nostros, fílios Israel

edúctos de Ægýpto,  
Mare Rubrum sicco vestígio transíre fecísti.  
Hæc ígitur nox est,  
quæ peccatórum ténebras colúmnae illuminatióne purgávit.  
Hæc nox est,  
quæ hódie per univérsum mundum in Christo credéntes,  
a vítiis sáeculi et calígine peccatórum segregátos, reddit  
grátia, sóciat sanctitati. Hæc nox est,

in qua, destrúctis vínculis mortis,  
Christus ab ínferis victor ascéndit.  
Nihil enim nobis nasci prófuit, nisi rédimi profuísset.  
O mira circa nos tuæ pietátis dignátio!  
O inæstimábilis diléctio caritátis,  
ut servum redímeres, Fílium tradidísti!  
O certe necessárium Adæ peccátum,  
quod Christi morte delétum est!  
O felix culpa,  
quæ talem ac tantum mérui habére Redemptórem!  
O vere beáta nox,  
quæ sola mérui scire tempus et horam,  
in qua Christus ab ínferis resurréxit!  
Hæc nox est, de qua scriptum est:  
Et nox sicut dies illuminábitur:  
et nox illuminátio mea in delíciis meis.  
Huius ígitur sanctificátio noctis fugat scélera, culpas  
lavat, et reddit innocéntiam lapsis, et mæstis lætítiam.  
Fugat ódia, concórdiam parat et curvat impéria.  
In huius ígitur noctis grátia,  
súscipe, sancte Pater, laudis huius sacrificium vespertínium,  
quod tibi in hac cérei oblatiône sollémni, per ministrórum  
manus  
de opéribus apum, sacrosáncta reddit  
Ecclésia. Sed iam colúmnae huius præcónia  
nóvimus, quam in honórem Dei rútilans ignis  
accéndit. Qui, lícet sit divísus in partes,  
mutuáti tamen lúminis detriménta non novit.  
Alitur enim liquántibus ceris,  
quas in substántiam pretiósæ huius lámpadis  
apis mater edúxit.  
O vere beáta nox,  
in qua terrénis cæléstia, humánis divína iungúntur!  
Orámus ergo te, Dómine,  
ut céreus iste in honórem tui nóminis consecrátus,  
ad noctis huius calíginem destruéndam,  
indefíciens persevéret.

Et in odórem suavitátis accéptus,  
 supérnis lumináribus misceátur.  
 Flammas eius lúcifer matutínus invéniat.  
 Ille, inquam, lúcifer, qui nescit occásus,  
 Christus Fílius tuus,  
 qui, regréssus ab ínferis, humáno géneri serénus  
 illúxit, et vivit et regnat in sácula sáculórum.  
**R/.** Amen.

### Præconii paschalis forma brevior

Exsúltet iam angélica turba cælórum,  
 exsúltent divína mystéria,  
 et pro tanti Regis victória tuba ínsonet  
 salutáris. Gáudeat et tellus tantis irradiáta  
 fulgóribus, et, ætérni Regis splendóre illustráta,  
 totíus orbis se séntiat amisísse calíginem.  
 Lætétur et mater Ecclésia,  
 tanti lúminis adornáta fulgóribus,  
 et magnis populórum vóci bus hęc aula resúltet.

**V/.** Dóminus vobíscum.

**R/.** Et cum spírítu tuo.

**V/.** Sursum corda.

**R/.** Habémus ad Dóminum.

**V/.** Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/.** Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est,  
 invisíblem Deum Patrem omnipoténtem  
 Filiúmque eius Unigénitum,  
 Dóminum nostrum Iesum Christum,  
 toto cordis ac mentis afféctu et vocis ministério personáre.  
 Qui pro nobis ætérno Patri Adæ débitum solvit,  
 et véteris piáculi cautió nem pio cruóre detérsit.  
 Hęc sunt enim festa paschália,  
 in quibus verus ille Agnus occíditur,  
 cuius sánguine postes fidélium consecrántur.  
 Hęc nox est,  
 in qua primum patres nostros, fílios Israel  
 edúctos de Ægýpto,  
 Mare Rubrum sicco vestígio transíre fecísti.  
 Hęc igitur nox est,  
 quæ peccatórum ténebras colúmnae illuminatióne purgávit.  
 Hęc nox est,  
 quæ hódie per univérsum mundum in Christo credéntes,  
 a vítiis sáculi et calí gine peccatórum segregátos, reddit  
 grátia e, sóciat sanctitáti.

Hæc nox est,  
 in qua, destrúctis vínculis mortis,  
 Christus ab ínferis victor ascéndit.  
 O mira circa nos tuæ pietátis dignátio!  
 O inæstimábilis diléctio caritátis,  
 ut servum redímeres, Fílium tradidísti!  
 O certe necessárium Adæ peccátum,  
 quod Christi morte delétum est!  
 O felix culpa,  
 quæ talem ac tantum mérui habére Redemptórem!  
 Huius ígitur sanctificátio noctis fugat scélera, culpas  
 lavat, et reddit innocéntiam lapsis, et mæstis lætítiam. O  
 vere beáta nox,  
 in qua terrénis cæléstia, humánis divína iungúntur.  
 In huius ígitur noctis grátia,  
 súscipe, sanctæ Pater, laudis huius sacrificium  
 vespertínium, quod tibi in hac cérei oblatióne sollémni, per  
 ministrórum manus  
 de opéribus apum, sacrosáncta reddit Ecclésia.  
 Orámus ergo te, Dómine,  
 ut céreus iste in honórem tui nóminis consecrátus,  
 ad noctis huius calíginem destruéndam,  
 indefíciens perseveret.  
 Et in odórem suavitátis accéptus,  
 supérnis lumináribus misceátur.  
 Flammæ eius lúcifer matutínus invéniat.  
 Ille, inquam, lúcifer, qui nescit occásum,  
 Christus Fílius tuus,  
 qui, regréssus ab ínferis, humáno géneri serénus  
 illúxit, et vivit et regnat in sæcula sæculórum.  
**R/.** Amen.

**Deinde diaconus stolam deponit et ad sedem suam vadit. Monachi servant silentium, coopertis capitibus, et inclinati super misericordias.**

## PARS SECUNDA

### LITURGIA VERBI

**Peracto silentio monachi sedent et lector ad lectorium vadit.**

**Omnes lectiones de Veteri Testamento sine titulo proferuntur.**

**Post primam lectionem (De creatione: Gn 1, 1 – 2, 2) cantatur:**

**Tractus**

**Ps 99, 1-3**

**Iubiláte Deo, omnis terra, servíte Dómino in lætítia.**

**V/.** Intráte in conspéctu eius in exsultatióne.

**V/** . Scitóte quod Dóminus ipse est Deus.

**V/** . Ipse fecit nos, et non ipsi nos.

**V/** . Nos autem pópulus eius, et oves páscuæ eius.

**Tractu expleto, presbyter cantat:**

Orémus.

**Omnes orant silentio, monachi inclinati super misericordias, presbyter autem modice inclinatus. Deinde presbyter se erigens dicit orationem cum conclusione brevi.**

Omnípotens sempitérne Deus, qui es in ómnium óperum tuórum dispensatióne mirábilis, intéllegant redéempti tui, non fuisse excelléntius, quod inítio factus est mundus, quam quod in fine sæculórum Pascha nostrum immolátus est Christus. Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum.

**R/**. Amen.

**Post secundam lectionem (De sacrificio Abrahæ: Gen 22, 1-18) cantatur:**

**Tractus**

**Ps 124, 1-2**

Qui confídunt in Dómino, sicut mons Sion, non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Ierúsalem.

**V/** . Montes in circúitu eius, et Dóminus in circúitu pópuli sui, ex hoc nunc et usque in sæculum.

Orémus.

Deus, Pater summe fidélium, qui promissiόνis tuæ filios diffúsa adoptiόνis grátia in toto terrárum orbe múltiplicas, et per paschále sacraméntum Abraham púerum tuum universárum, sicut iurásti, géntium éfficis patrem, da pópulis tuis digne ad grátiam tuæ vocatiόνis intráre. Per Christum Dóminum nostrum.

**R/**. Amen.

**Post tertiam lectionem (De transitu Maris Rubri: Ex 14, 15 – 15, 1) cantatur:**

**Tractus**

**Cf. Ex 15, 1-3**

Cantémus Dómino, glorióse enim honorificátus est, equum et ascensórem proiécit in mare; adiútor et protéctor factus est mihi in salútem.

**V/** . Hic Deus meus, et honorificábo eum; Deus patris mei, et exaltábo eum.

**V/** . Dóminus cónterens bella, Dóminus nomen est illi.

Orémus.

Deus, qui primis tempóribus impléta mirácula novi testaménti luce reserásti, ut et Mare Rubrum forma sacri fontis exsisteret, et plebs a servitúte liberáta cristiáni pópuli sacraménta præférret, da, ut omnes gentes, Israëlís privilégium mérito fídei consecútæ, Spíritus tui participatióne regeneréntur. Per Christum Dóminum nostrum.

**R/**. Amen.

Post quartam lectionem (De nova Ierúsalem: Is 54, 5-14) cantatur:

Tractus

Ps 116, 1-2

Laudáte Dóminum, omnes gentes; et collaudáte eum, omnes pópuli.

**V/** . Quóniam confirmáta est super nos misericórdia eius; et véritas Dómini manet in ætérnum.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, múltiplica in honórem nóminis tui quod patrum fídei sponondísti, et promissionis fílios sacra adoptióne diláta, ut, quod prióres sancti non dubitavérunt futúrum, Ecclésia tua magna ex parte iam cognóscat implétum. Per Christum Dóminum nostrum.

**R/**. Amen.

Post quintam lectionem (De salute omnibus gratuito oblata: Is 55, 1-11) cantatur:

Tractus

Is 5, 1-2.7

Vínea facta est dilécto in cornu, in loco úberi.

**V/** . Et macériam circúmdedit, et circumfódit, et plantávit víneam Sorec; et ædificávit turrin in médio eius, et tórcular fodit in ea; vínea enim Dómini Sábaoth, domus Israel est.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, spes única mundi, qui prophetárum tuórum præcónio præsentium témporum declarásti mystéria, auge pópuli tui vota placátus, quia in nullo fidélium nisi ex tua inspiratióne provéniunt quarúmlibet increménta virtútum. Per Christum Dóminum nostrum.

**R/**. Amen.

Post sextam lectionem (De fonte sapientiæ: Bar 3, 9-15.31 – 4, 4) cantatur:

Tractus

Dt 32, 1-4

Atténde cælum, et loquar, et áudiat terra verba ex ore meo.

**V/** . Exspectétur sicut plúvia elóquium meum, et descéndant sicut ros verba mea.

**V/** . Sicut imber super grámina et sicut nix super fenum, quia nomen Dómini invocábo.

**V/** . Date magnitúdinem Deo nostro: Deus, vera ópera eius, et omnes viæ eius iudícia.

**V/** . Deus fidélis, in quo non est iníquitas: iustus et sanctus Dóminus.

Orémus.

Deus, qui Ecclésiám tuam semper géntium vocatióne múltiplicas, concéde propítius, ut, quos aqua baptísmatis ábluis, contínua protectióne tueáris. Per Christum Dóminum nostrum.

**R/**. Amen.

Post septimam lectionem (De corde novo et spiritu novo: Ez 36, 16-28) cantatur:

Tractus

Ps 41, 2-4

Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus.

*V/*. Sitivit anima mea ad Deum vivum; quando veniam, et apparebo ante faciem Dei mei?

*V/*. Fuérunt mihi lacrymae meae panes die ac nocte, dum dicitur mihi per singulos dies,  
Ubi est Deus tuus?

Orémus.

Deus, qui nos ad celebrandum paschale sacramentum utriusque Testamenti paginis instruis, da nobis intelligere misericordiam tuam, ut ex perceptione praesentium munerum firma sit expectatio futurorum. Per Christum Dominum nostrum.

*R/*. Amen.

Postea monachi, detectis capitibus, se erigunt, chorus versus chorum, presbyter vero intonat hymnum Glória in excelsis Deo. De igne cerei paschalis, minister accendit cereos altaris et luminaria sanctuarii.

Expleto hymno, presbyter dicit collectam, more solito.

Orémus.

Deus, qui hanc sacratissimam noctem gloria dominicae resurrectionis illustras, excita in Ecclesia tua adoptionis spiritum, ut, corpore et mente renovati, puram tibi exhibeamus servitum. Per Dominum.

Deinde lector profert Apostolum (Rm 6, 3-11).

*Responsorium Phil 2, 8-9 R/*. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

*V/*. Propter quod et Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen quod est super omne nomen.

Deinde omnes surgunt, nudatis capitibus, stantes chorus versus chorum. Presbyter intonat Alleluia, cantans solus usque ad versum exclusive. Conventus id repetit et versum cantat. Deinde omnes repetunt Alleluia tertio.

Alleluia

Ps 117, 1

Alleluia. *V/*. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Alleluia.

Evangelium (Mt 28, 1-7) a diacono cantatur et thus adoletur.

### PARS TERTIA

#### LITURGIA BAPTISMALIS

Omnes, concelebrantibus praecedentibus, procedunt ad sanctuarium. Quisque recipit candelam accensam de cereo paschali. Presbyter, cum sua candela, stat iuxta cereum paschalem. Concelebrantes se collocant circa presbyterum, dum conventus manet in imo sanctuarii, in hemicyclo, contra altare et cereum paschale.

Cantantur litaniae, omnibus stantibus propter tempus paschale. In litaniiis addi possunt aliqua nomina Sanctorum, praesertim vero Titularis ecclesiae vel Patronorum loci.



Kýrie, eléison (2)	
Christe, eléison (2)	
Kýrie, eléison (2)	
Sancta María, Mater Dei	ora pro nobis.
Sancte Mícheal	ora pro nobis.
Sancti Angeli Dei	oráte pro nobis.
Sancte Ioánnes Baptísta	ora pro nobis.
Sancte Ioseph	ora pro nobis.
Sancti Petre et Paule	oráte pro nobis.
Sancte Andréa	ora pro nobis.
Sancte Ioánnes	ora pro nobis.
Sancta María Magdaléna	ora pro nobis.
Sancte Stéphane	ora pro nobis.
Sancte Ignáti Antiochéne	ora pro nobis.
Sancte Laurénti	ora pro nobis.
Sanctæ Perpétua et Felícitas	oráte pro nobis.
Sancta Agnes	ora pro nobis.
Sancte Gregóri	ora pro nobis.
Sancte Augustíne	ora pro nobis.
Sancte Athanási	ora pro nobis.
Sancte Basíli	ora pro nobis.
Sancte Martíne	ora pro nobis.
Sancte Antóni	ora pro nobis.
Sancte Benedícite	ora pro nobis.
Sancte Pater Bruno	ora pro nobis.
Sancte Hugo	ora pro nobis.
Sancti Francísce et Domínice	oráte pro nobis.
Sancte Francísce Xavéri	ora pro nobis.
Sancte Ioánnes María [Vianney]	ora pro nobis.
Sancta Rossolína	ora pro nobis.
Sancta Catharína Senénsis	ora pro nobis.
Sancta Terésia a Iesu	ora pro nobis.
Sancta Terésia a Iesu infánte	ora pro nobis.
Omnes Sancti et Sanctæ Dei	oráte pro nobis.
Propítius esto,	líbera nos, Dómine.
Ab omni malo,	líbera nos, Dómine.
Ab omni peccáto,	líbera nos, Dómine.
A morte perpétua,	líbera nos, Dómine.
Per incarnatióem tuam,	líbera nos, Dómine.
Per mortem et resurrectiόem tuam,	líbera nos, Dómine.
Per effusiόem Spíritus Sancti,	líbera nos, Dómine.
Peccatóres,	te rogámus, audi nos.
Iesu, Fili Dei vivi, te rogámus, audi nos (2)	

## Benedictio aquæ

Post brevem orationem in silentio presbyter deponit candelam suam et, stans iuxta aquam benedicendam, cantat:

Dóminum Deum nostrum, fratres caríssimi, suppliciter exorémus ut hanc creatúram aquæ benedícere dignétur, super nos aspergendam in nostri memóriam baptísmit. Ipse autem nos renováre dignétur, ut Spirítui, quem accévimus, fidéles maneámus.

**Manu dextera super aquam extensa, prosequitur:**

Dómine, Deus noster, pópulo tuo hac nocte sacratíssima vigilánti adésto propítius, et nobis, mirábile nostræ creatiónis opus, sed et redemptiónis nostræ mirabílius, memorántibus, hanc aquam + benedícere tu dignáre.

Ipsam enim tu fecísti, ut et arva fecunditáte donáret, et levámen corpóribus nostris munditiámque præbéret.

Aquam étiam tuæ minístram misericórdiæ condidísti, nam per ipsam solvísti tui pópuli servitútem illiúsque sitim in desérto sedásti.

Per ipsam novum fœdus nuntiavérunt prophétæ, quod eras cum homínibus initúrus.

Per ipsam dénique, quam Christus in Iordáne sacrávit, corrúptam natúrae nostræ substántiam in regeneratiónis lavácro renovásti.

Sit ígitur hæc aqua nobis suscépti baptísmatis memória, et cum frátribus nostris, qui sunt in Pascháte baptizáti, gáudia nos tríbuas sociáre. Per Christum Dóminum nostrum.

**R/. Amen.**

## Renovatio promissionum baptismalium

**Omnibus stantibus et candelas accensas in manibus gestantibus, presbyter alloquitur conventum sequenti exhortatione:**

Ut docet Apóstolus, fratres caríssimi, “consepúlti ei in baptísmito in quo et resurréximus per fidem operatiónis Dei qui suscitávit illum a mórtuis”.

Quaprópter, fratres caríssimi, sancti baptísmatis promissiónes in hac sacratíssima nocte renovémus,

**Presbyter:** Abrenuntiátis peccáto, ut in libertáte filiórum Dei vivátis?

**Omnes:** Abrenúntio.

**Presbyter:** Abrenuntiátis seductiónibus iniquitátis, ne peccátum vobis dominétur?

**Omnes:** Abrenúntio.

**Presbyter:** Abrenuntiátis Sátanæ, qui est auctor et princeps peccáti?

**Omnes:** Abrenúntio.

**Presbyter:** Créditis in Deum Patrem omnipoténtem, creatórem cæli et terræ?

**Omnes:** Credo.

**Presbyter:** Créditis in Iesum Christum, Fílium eius únicum, Dóminum nostrum, natum ex María Vírgine, passum et sepúltum, qui a mórtuis resurréxit et sedet ad déxteram Patris?

**Omnes:** Credo.

**Presbyter:** Créditis in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiám cathólicam, sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiόnem et vitam ætérnam?

**Omnes:** Credo.

**Fit silentium ut quisque possit renovare intime suas promissiones baptismales et monasticas. Deinde presbyter concludit:**

Deus omnípotens, Pater Dómini nostri Iesu Christi, qui nos regenerásti ex aqua et Spíritu Sancto, súscipe nos in tuæ sacrificium laudis, ut, vota nostra fidéliter impléntes, salútis iter hilári corde gradiámur. Per Christum.

## Aspersio

**Presbyter intonat antiphonam Vidi aquam et statim aspergit conventum, incipiens a concelebrantibus.**

**Antiphona**

**Cf. Ez 47, 1.9**

Vidi aquam egrediéntem de templo, a latere dextro, allelúia, et omnes, ad quos pervénit aqua ista, salvi facti sunt, et dicent, allelúia, allelúia.

**Ps 117, 1:** Confitemini Dómino quóniam bonus quóniam in sáeculum misericórdia eius.

Vidi aquam.

**Aspersione finita, omnes extinguunt propriam candelam et vadunt ad locum suum: presbyter redit ad sedem suam et ceteri ad locos suos in choro. Omittuntur symbolum fidei et oratio universalis.**

## PARS QUARTA

### LITURGIA EUCHARISTICA

**Incipiente cantu offertorii, presbyter vadit ad altare et more solito prosequitur liturgiam eucharisticam.**

**Ant. ad offertorium**

**Ps 117, 16–17**

Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me; non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini, allelúia.

**Super oblata**

Súscipe, quæsumus, Dómine, preces pópuli tui cum oblatiόνibus hostiárum, ut, paschálibus initiáta mystériis, ad æternitátis nobis medélam, te operánte, proficiant. Per Christum.

Præfatio paschalis I (in hac potissimum nocte), p. 242.

Quando adhibetur Præx eucharistica I, Communicantes et Hanc igitur propria.

Ant. ad communionem

1 Co 5, 7-8

Pascha nostrum immolatus est Christus, allelúia: itaque epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis, allelúia, allelúia, allelúia.

Post communionem

Spíritum nobis, Dómine, tuæ caritátis infúnde, ut, quos sacraméntis paschálibus satiásti, tua fácias pietáte concórdes. Per Christum.

Missa conventualis absolvitur cum Amen ad orationem post communionem, quæ concluditur conclusione brevi.

## Ad Missam in die

Benedictio aquæ et aspersio, iam in nocte factæ, non iterantur.

Introitus

Ps 138, 18.5-6

**R**ESURREXI, et adhuc tecum sum, allelúia: posuísti super me manum tuam,  
allelúia: mirábilis facta est sciéntia tua, allelúia, allelúia.

Ps 138, 1-2: Dómine, probásti me, et cognovísti me: tu cognovísti sessiónem meam, et resurrectiónem meam.

Dicitur Glória in excélsis.

Collecta

Deus, qui hodiérna die, per Unigénitum tuum, æternitátis nobis áditum, devícta morte, reserásti, da nobis, quæsumus, ut, qui resurrectiónis domínicæ sollémnia cólimus, per innovatióem tui Spíritus in lúmine vitæ resurgámus. Per Dóminum.

Responsorium

Ps 117, 24.1

**R/.** Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea.

**V/.** Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in sæculum misericórdia eius.

Alleluia

1 Cor 5, 7

Allelúia. **V/.** Pascha nostrum immolátus est Christus. Allelúia.

Dicitur Credo.

Ant. ad offertorium

Ps 75, 9-10

Terra trémuit, et quiévit, dum resúrgeret in iudícium Deus, allelúia.

Super oblata

Sacrificia, Dómine, paschálibus gáudiis exsultántes offérimus, quibus Ecclésia tua mirabíliter renáscitur et nutrítur. Per Christum.

Præfatio paschalis I (in hac potissimum die), p. 242.

Quando adhibetur Prex eucharistica I, Communicántes **et** Hanc ígitur **propria**.

Ant. ad communionem

1 Cor 5, 7-8

Pascha nostrum immolátus est Christus, allelúia: ítaque epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis, allelúia, allelúia, allelúia.

Post communionem

Perpétuo, Deus, Ecclésiam tuam pio favóre tuére, ut, paschálibus renováta mystériis, ad resurrectiónis pervéniat claritátem. Per Dóminum.

## FERIA II INFRA OCTAVAM PASCHÆ

## Sollemnitatis

## Introitus

Cf. Ex 13, 5.9

**I**NTRODUXIT vos Dóminus in terram fluéntem lac et mel, allelúia: ut lex Dómini semper sit in ore vestro, allelúia, allelúia.

**Ps 117, 1:** Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in sáeculum misericórdia eius.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Semper exsúltet pópulus tuus, Deus, renováta ánimæ iuventúte, ut, qui nunc lætátur in adoptiόνis se glóriam restitútum, resurrectiόνis diem spe certæ gratulatiόνis expéctet. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 117, 24.2

**R/.** Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea.

**V/.** Dicat nunc Israel quóniam bonus: quóniam in sáeculum misericórdia eius.

## Alleluia

Lc 24, 32

Allelúia. **V/.** Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

**Non dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Mt 28, 2.5-6

Angelus Dómini descéndit de cælo et dixit muliéribus: Quem quæritis, surrexit sicut dixit, allelúia.

## Super oblata

Pérfice, Dómine, benígnus in nobis paschálium múnere votíva commércia, ut a terrénis afféctibus ad cæléste desidérium transferámur. Per Christum.

**Præfatio paschalis I** (in hac potissimum die), p. 242.

**Quando adhibetur Prex eucharistica I**, Communicántes **et** Hanc ígitur **propria**.

## Ant. ad communionem

Lc 24, 34

Surrexit Dóminus, et apparuit Petro, allelúia.

## Post communionem

Exúberet, quæsumus, Dómine, méntibus nostris paschális grátia sacraménti, ut, quos viam fecísti perpétuæ salútis intráre, donis tuis dignos effícias. Per Dóminum.

## FERIA III INFRA OCTAVAM PASCHÆ

## Introitus

Cf. Sir 15, 3-4

**A**QUA sapientiæ potávit eos, allelúia: firmábitur in illis, et non flectétur, allelúia: et exaltábit eos in ætérnum, allelúia, allelúia.

**Ps 117, 1:** Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in sæculum misericórdia eius.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Deus, qui Ecclésiám tuam nova semper prole múltiplicas, concéde fámulis tuis, ut sacraméntum vivéndo téneant, quod fide percepérunt. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 117, 24; 106, 2-3

**R/.** Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea.

**V/ .** Dicant nunc qui redémpti sunt a Dómino, quos redémit de manu inimíci, et de regiónibus congregávit eos.

## Alleluia

Mt 28, 2

Allelúia. **V/ .** Angelus Dómini descéndit de cælo: et accédens revólvit lápidem, et sedébat super eum. Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ps 17, 14.16

Intónuit de cælo Dóminus, et Altíssimus dedit vocem suam; et apparuérunt fontes aquárum, allelúia.

## Super oblata

Súscipe, Dómine, fidélium preces cum oblatiónibus hostiárum, ut, per hæc piæ devotiónis offícia, ad cæléstem glóriam transeámus. Per Christum.

**Præfatio paschalis I** (in hac potissimum die), p. 242.

**Quando adhibetur Præx eucharistica I**, Communicántes **et** Hanc ígitur **propria**.

## Ant. ad communionem

Col 3, 1-2

Si consurrexístis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, allelúia, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sápite, allelúia.

## Post communionem

Exáudi nos, omnípotens Deus, et famíliæ tuæ corda, cui perféctam baptísmatis grátiam contulísti, ad promeréndam beatitúdinem aptes ætérnam. Per Dóminum.

## FERIA IV INFRA OCTAVAM PASCHÆ

## Introitus

Mt 25, 34

**V**ENITE, benedícti Patris mei, percípíte regnum, allelúia, quod vobis parátum est ab orígine mundi, allelúia, allelúia, allelúia.

**Ps 117, 1:** Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in sáeculum misericórdia eius.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Deus, qui nobis æternitátis áditum glorificatióne Christi tui et Sancti Spíritus illuminatióne reserásti, concéde, quáesumus, ut, tanti doni párticeps, devótio nostra proficiat, et ad fídei transferámur augméntum. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 117, 24.16

**R/.** Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea.

**V/.** Déxtera Dómini fecit virtútem: déxtera Dómini exaltávit me.

## Alleluia

Cf. Mt 28, 9

Allelúia. **V/.** Surréxit Dóminus, et occúrrens muliéribus ait: Avéte; tunc accessérunt, et tenuérunt pedes eius. Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ps 77, 23-25

Portas cæli apéruit Dóminus, et pluit illis manna ut éderent; panem cæli dedit illis, panem Angelórum manducávit homo, allelúia.

## Super oblata

Súscipe, quáesumus, Dómine, hóstias redemptiόνis humánæ, et salútem nobis mentis et córporis operáre placátus. Per Christum.

**Præfatio paschalis I** (in hac potissimum die), p. 242.

**Quando adhibetur Prex eucharistica I**, Communicántes **et** Hanc ígitur **propria**.

## Ant. ad communionem

Rom 6, 9

Christus resúrgens ex mórtuis iam non móritur, allelúia: mors illi ultra non dominábitur, allelúia, allelúia.

## Post communionem

Ab omni nos, quáesumus, Dómine, vetustáte purgátos, sacraménti Filii tui veneránda percéptio in novam tránsferat creatúram. Per Dóminum.



## FERIA V INFRA OCTAVAM PASCHÆ

## Introitus

Sap 10, 20-21

**V**ICTRICEM manum tuam, Dómine, laudavérunt páriter, allelúia: quia sapiéntia apéruit os mutum, et linguas infántium fecit disértas, allelúia, allelúia.

**Ps 97, 1:** Cantáte Dómino cánticum novum: quia mirabília fecit.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Deus, qui diversitátem géntium in confessióne tui nóminis adunásti, da, ut renátis fonte baptísmatis una sit fides méntium et píetas actiónum. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 117, 24.22-23

**R/.** Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea.

**V/ .** Lápídem, quem reprobavérunt ædificántes, hic factus est in caput ánguli: a Dómino factum est istud, et est mirábile in óculis nostris.

## Alleluia

Lc 24, 32

Allelúia. **V/ .** Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ex 13, 5

In die sollemnitátis vestræ, dicit Dóminus, indúcam vos in terram fluéntem lac et mel, allelúia.

## Super oblata

Súscipe, quæsumus, Dómine, múnera populórum tuórum propítius, ut, confessióne tui nóminis et baptísmate renováti, sempitérnam beatitúdinem consequántur. Per Christum.

**Præfatio paschalis I** (in hac potissimum die), p. 242.

**Quando adhibetur Præx eucharistica I**, Communicántes **et** Hanc ígitur **propria**.

## Ant. ad communionem

Cf. 1 Petr 2, 9

Pópulus acquisitionis, annuntiáte virtútes eius, allelúia, qui vos de ténebris vocávit in admirábile lumen suum, allelúia.

## Post communionem

Exáudi, Dómine, preces nostras, ut redemptionis nostræ sacrosáncta commércia, et vitæ nobis cónferant præsentis auxiliúm, et gáudia sempitérna concílient. Per Dóminum.

## FERIA VI INFRA OCTAVAM PASCHÆ

## Introitus

Ps 77, 53

**E**DUXIT eos Dóminus in spe, allelúia: et inimícos eórum opéruit mare, allelúia, allelúia, allelúia.

**Ps 77, 1:** Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Omnípotens sempitérne Deus, qui paschále sacraméntum in reconciliatiónis humánæ féedere contulísti, da méntibus nostris, ut, quod professióne celebrámus, imitémur efféctu. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 117, 24.26.27

**R/.** Hæc dies, quam fecit Dóminus: exultémus et lætémur in ea.

**V/.** Benedíctus qui venit in nómine Dómini, Deus Dóminus et illúxit nobis.

## Alleluia

Mt 28, 2

Allelúia. **V/.** Angelus Dómini descéndit de cælo: et accédens revólvit lápidem, et sedébat super eum. Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ex 12, 14

Erit vobis hic dies memoriális, allelúia; et diem festum celebrábitis sollémnem Dómino in progéniis vestris, legítimum sempitérnium diem, allelúia, allelúia, allelúia.

## Super oblata

Hóstias, quæsumus, Dómine, placátus assúme, quas et pro renatórum expiatióne peccáti deférimus, et pro acceleratióne cæléstis auxilií. Per Christum.

**Præfatio paschalis I** (in hac potissimum die), p. 242.

**Quando adhibetur Prex eucharistica I**, Communicántes **et** Hanc ígitur **propria**.

## Ant. ad communionem

Mt 28, 18-19

Data est mihi omnis potéstas in cælo et in terra, allelúia: eúntes docéte omnes gentes, baptizántes eos in Nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti, allelúia, allelúia.

## Post communionem

Contínua, quæsumus, Dómine, quos salvásti pietáte custódi, ut, qui Fílii tui passióne sunt redémpti, eius resurrectiόne læténtur. Qui tecum.

## SABBATO INFRA OCTAVAM PASCHÆ

## Introitus

Ps 104, 43

**E**DUXIT Dóminus pópulum suum in exsultatióne, allelúia, et eléctos suos in lætítia, allelúia, allelúia.

**Ps 104, 1:** Confitémini Dómino, et invocáte nomen eius: annuntiáte inter gentes ópera eius.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Deus, qui credétes in te pópulos grátiae tuæ largitáte múltiplicas, ad electiÓNem tuam propítius intuére, ut, qui sacraménto baptísmatis sunt renáti, beáta fácias immortalitáte vestíri. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 117, 24.1

**R/.** Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea.

**V/.** Confitémini Dómino, quóniam bonus: quóniam in sáeculum misericórdia eius.

## Alleluia

Cf. Mt 28, 9

Allelúia. **V/.** Surréxit Dóminus, et occúrrens muliéribus ait: Avéte; tunc accessérunt, et tenuérunt pedes eius. Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ps 117, 26-27

Benedíctus qui venit in nómine Dómini; benedíximus vobis de domo Dómini, Deus Dóminus et illúxit nobis, allelúia, allelúia.

## Super oblata

Concéde, quæsumus, Dómine, semper nos per hæc mystéria paschália gratulári, ut continúa nostræ reparatiÓNis operátio perpétuæ nobis fiat causa lætítiæ. Per Christum.

**Præfatio paschalis I** (in hac potissimum die), p. 242.

**Quando adhibetur Prex eucharistica I**, Communicántes **et** Hanc ígitur **propria**.

## Ant. ad communionem

Gal 3, 27

Omnes qui in Christo baptizáti estis, Christum induístis, allelúia.

## Post communionem

Pópulum tuum, quæsumus, Dómine, intuére benígnus, et, quem ætérnis dignátus es renováre mystériis, ad incorruptíbilem gloriificándæ carnis resurrectiÓNem perveníre concéde. Per Dóminum.

# DOMINICA II PASCHÆ IN ALBIS

seu de Divina Misericordia

Introitus

1 Petr 2, 2

**Q**UASI modo géniti infántes, allelúia, rationábile sine dolo lac concupíscite, allelúia, allelúia, allelúia.

**Ps 80, 2:** Exsultáte Deo adiutóri nostro: iubiláte Deo Iacob.

**Dicitur** Glória in excélsis.

Collecta

Deus, per quem nobis et redémptio venit et præstátur adóptio, fílios dilectiónis tuæ benígnus inténde, ut in Christo credéntibus et vera tribuátur libértas, et heréditas æténa. Per Dóminum.

Alleluia 1.

Ps 117, 24

Allelúia. **V/** . Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea.

Alleluia 2.

Lc 24, 32

Allelúia. **V/** . Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

Mt 28, 2.5-6

Angelus Dómini descéndit de cælo et dixit muliéribus: Quem quæritis, surréxit sicut dixit, allelúia.

**Super oblata**

Súscipe múnera, quæsumus, Dómine, exsultántis Ecclésiæ, et, cui causam tanti gáudii præstitísti, perpétuæ fructum concéde lætítiæ. Per Christum.

**Præfatio paschalis I** (in hac potissimum die), p. 242.

**Quando adhibetur Præx eucharistica I**, Communicántes **et** Hanc ígitur **propria**.

**Ant. ad communionem**

Cf. Io 20, 25.27

Mitte manum tuam, et cognósce loca clavórum, allelúia: et noli esse incrédulus, sed fidélis, allelúia, allelúia.

**Post communionem**

Quæsumus, Dómine Deus noster, ut sacrosáncta mystéria, quæ pro reparatiónis nostræ munímine contulísti, et præsens nobis remédium esse fácias et futúrum. Per Dóminum.

## DOMINICA III PASCHÆ

Introitus

Ps 32, 5-6

**M**ISERICORDIA Dómini plena est terra, allelúia: verbo Dómini cæli firmáti sunt, allelúia, allelúia.

Ps 32, 1: Exsultáte iusti in Dómino: rectos decet collaudátio.

Dicitur Glória in excélsis.

Collecta

Deus, qui in Fílii tui humilitáte, iacéntem mundum erexísti, fidélibus tuis perpétuam lætítiam concéde, ut quos perpétuæ mortis eripuísti cásibus, gáudiis fácias sempitérnis pérfrui. Per Dóminum.

Alleluia 1

Ps 147, 1

Allelúia. **V/** . Lauda Ierúsalem Dóminum: lauda Deum tuum, Sion.

Alleluia 2

Mt 28, 2

Allelúia. **V/** . Angelus Dómini descéndit de cælo: et accédens revólvit lápidem, et sedébat super eum. Allelúia.

Dicitur Credo.

Ant. ad offertorium

Ps 62, 2.5

Deus, Deus meus, ad te de luce vígilo; et in nómine tuo levábo manus meas, allelúia.

Super oblata

Benedictiónem, Dómine, nobis cónferat salutárem sacra semper oblátio, ut, quod agit mystério, virtúte perfíciat. Per Christum.

Præfatio paschalis I (in hoc potissimum), p. 242, vel II, p. 243.

Ant. ad communionem

Io 16, 16.10

Módicum, et non vidébitis me, allelúia: íterum módicum, et vidébitis me, quia vado ad Patrem, allelúia, allelúia.

Post communionem

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut vivificatiónis tuæ grátiam consequétes, in tuo semper múnere gloriémur. Per Dóminum.

## DOMINICA IV PASCHÆ

## Introitus

Ps 65, 1-2

**I**UBILATE Deo, omnis terra, allelúia: psalmum dícite nómini eius, allelúia: date glóriam laudi eius, allelúia, allelúia, allelúia.

**Ps 65, 3:** Dícite Deo, Quam terribília sunt ópera tua, Dómine: in multítudine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Omnípotens sempitérne Deus, deduc nos ad societátem cæléstium gaudiórum, ut eo pervéniat humílitás gregis, quo procéssit fortitúdo pastóris. Per Dóminum.

## Alleluia 1

Ps 117, 24

Allelúia. **V/** . Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea.

## Alleluia 2

Cf. Mt 28, 9

Allelúia. **V/** . Surréxit Dóminus, et occúrrens muliéribus ait: Avéte; tunc accessérunt, et tenuérunt pedes eius. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 145, 2

Lauda, ánima mea, Dóminum: laudábo Dóminum in vita mea; psallam Deo meo quámdiu ero, allelúia.

## Super oblata

His nobis, Dómine, mystériis conferátur, quo, terréna desidéria mitigántes, discámus amáre cæléstia. Per Christum.

**Præfatio paschalis I** (in hoc potissimum), p. 242, vel II, p. 243.

## Ant. ad communionem

Io 10, 14

Ego sum pastor bonus, allelúia: et cognóscó oves meas, et cognóscunt me meæ, allelúia, allelúia.

## Post communionem

Gregem tuum, Pastor bone, placátus inténde, et oves, quas pretióso Fílii tui Sáanguine redemísti, in ætérnis páscuis collocáre dignéris. Per Dóminum.

## DOMINICA V PASCHÆ

## Introitus

Ps 97, 1-2

**C**ANTATE Dómino cánticum novum, allelúia: quia mirabília fecit Dóminus, allelúia: ante conspéctum géntium revelávit iustítiam suam, allelúia, allelúia.

**Ps 97, 1:** Salvávit sibi délixtera eius, et bráchium sanctum eius.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Spíritus tuus, quæsumus, Dómine, spiritália nobis dona poténter infúndat, ut det nobis mentem, quæ tibi sit plácita, et aptet nos tuæ propítius voluntáti. Per Dóminum.

## Alleluia 1

Ps 147, 1

Allelúia. **V/** . Lauda, Ierúsalem, Dóminum: lauda Deum tuum, Sion.

## Alleluia 2

Lc 24, 32

Allelúia. **V/** . Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 65, 1-2.16

Iubiláte Deo, univérsta terra, iubiláte Deo, univérsta terra, psalmum dícite Nómini eius: veníte et audíte, et narrábo vobis, omnes qui timétis Deum, quanta fecit Dóminus ánimæ meæ, allelúia.

## Super oblata

Deus, qui nos, per huius sacrificii veneránda commércia, unius summæque divinitátis partícipes effecísti, præsta, quæsumus, ut, sicut tuam cognóvimus veritátem, sic eam dignis móribus assequámur. Per Christum.

**Præfatio paschalis I** (in hoc potissimum), p. 242, **vel II**, p. 243.

## Ant. ad communionem

Io 16, 8

Cum vénerit Paráclitus, Spíritus veritátis, ille árguet mundum de peccáto, et de iustítia, et de iudício, allelúia, allelúia.

## Post communionem

Pópulo tuo, quæsumus, Dómine, adésto propítius, et, quem mystériis cæléstibus imbuísti, fac ad novitátem vitæ de vetustáte transíre. Per Dóminum.

**Quando in hac dominica occurrit Capitulum Generale monachorum, in tribus primis feriis hebdomadæ celebrantur in conventu Missæ quæ indicantur infra p. 500ss.**

## DOMINICA VI PASCHÆ

## Introitus

Cf. Is 48, 20

**V**OCES iucunditatis annuntiáte, et audiátur, allelúia: annuntiáte usque ad extrémum terræ: Liberávit Dóminus pópulum suum, allelúia, allelúia.

**Ps 65, 1-2:** Iubiláte Deo, omnis terra: psalmum dícite nómini eius, date glóriam laudi eius.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Omnípotens sempitérne Deus, quem patérno nómine invocáre præsumimus, pérfice in córdibus nostris spíritum adoptiÓNis filiÓrum, ut promíssam hereditátem íngredi mereámur. Per Dóminum.

## Alleluia 1

Ps 117, 24

Allelúia. **V/** . Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea.

## Alleluia 2

Mt 28, 2

Allelúia. **V/** . Angelus Dómini descéndit de cælo: et accédens revólvit lápidem, et sedébat super eum. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 65, 8-9.20

Benedícite, gentes, Dóminum Deum nostrum, et obaudíte vocem laudis eius; qui pósuit ánimam meam ad vitam, et non dedit commoveri pedes meos; benedíctus Dóminus qui non amóvit deprecatiÓNem meam, et misericórdiam suam a me, allelúia.

## Super oblata

Ascéndant ad te, Dómine, preces nostræ cum oblatiÓNibus hostiárum, ut, tua dignatiÓNem mundáti, sacraméntis magnæ pietátis aptémur. Per Christum.

**Præfatio paschalis I** (in hoc potissimum), p. 242, **vel II**, p. 243.

## Ant. ad communionem

Ps 95, 2

Cantáte Dómino, allelúia, cantáte Dómino, et benedícite nomen eius: bene nuntiáte de die in diem salutáre eius, allelúia, allelúia.

## Post communionem

Omnípotens sempitérne Deus, qui ad ætérnam vitam in Christi resurrectiÓNem nos réparas, fructus in nobis paschális múltiplica sacraménti, et fortitúdinem cibi salutáris nostris infúnde pectóribus. Per Dóminum.



IN ASCENSIONE DOMINI



## Feria IV post dominicam VI Paschæ

### VIGILIA ASCENSIONIS

#### Introitus

Ps 46, 2

**U**MNES gentes, pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exsultatiónis.

Ps 46, 6: Ascéndit Deus in iúbilo, et Dóminus in voce tubæ.

**Non dicitur** Glória in excélsis.

#### Collecta

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus Pater, ut nostræ mentis inténtio, quo sollemnitatís hodiérnæ gloriósus auctor ingrèssus est, semper inténdat, et quo fide pergit, conversatióne pervéniat. Per Dóminum.

#### Alleluia

Ps 46, 6

Allelúia. **V/** . Ascéndit Deus in iubilatióne, et Dóminus in voce tubæ. Allelúia.

#### Ant. ad offertorium

Ps 46, 6

Ascéndit Deus in iubilatióne, et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

#### Super oblata

Deus, cuius Unigénitus, Póntifex noster, semper vivens sedet ad dexteram tuam ad interpellándum pro nobis, concéde nos adíre cum fidúcia ad thronum grátia, ut misericórdiam tuam consequámur. Per Christum.

**Præfatio paschalis I** (in hoc potissimum), p. 242, **vel II**, p. 243.

**Quando adhibetur Prex eucharistica I**, Communicántes **ordinarium**.

#### Ant. ad communionem

Io 17, 12.13.15

Pater, cum essem cum eis, ego servábam eos quos dedísti mihi, allelúia; nunc autem ad te vénio: non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo, allelúia, allelúia.

#### Post communionem

Quæ ex altári tuo, Dómine, dona percépimus, accéndant in córdibus nostris cæléstis pátria desidérium, et quo præcúrsor pro nobis introívit Salvátor, fáciant nos, eius vestígia sectántes, conténdere. Qui tecum.

## Feria V post dominicam VI Paschæ

### IN ASCENSIONE DOMINI

#### Sollemnitatis

#### Introitus

Act 1, 11

**V** IRI Galilæi, quid admirâmini aspiciéntes in cælum? allelúia: quemádmódu vidístis eum ascendéntem in cælum, ita véniet, allelúia, allelúia, allelúia.

**Ps 46, 2:** Omnes gentes, pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exsultatiónis.

**Dicitur** Glória in excélsis.

#### Collecta

Fac nos, omnípotens Deus, sanctis exsultáre gáudiis, et pia gratiárum actióne lætári, quia Christi Fílii tui ascénsio est nostra provéctio, et quo procéssit glória cápitis, eo spes vocátur et córporis. Per Dóminum.

#### Alleluia 1

Ps 67, 18-19

Allelúia. **V/** . Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem.

#### Alleluia 2

Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. **V/** . Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

#### Ant. ad offertorium

Ps 46, 6

Ascéndit Deus in iubilatióne, et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

#### Super oblata

Sacrificíum, Dómine, pro Fílii tui súplices venerábili nunc ascensióne deférimus: præsta, quæsumus, ut his commérciis sacrosánctis ad cæléstia consurgámus. Per Christum.

**Præfatio de Ascensione, p. 244.**

**Quando adhibetur Prex eucharistica I, Communicántes proprium.**

#### Ant. ad communionem

Ps 67, 33-34

Psállite Dómino, qui ascéndit super cælos cælórum, ad Oriéntem, allelúia.

#### Post communionem

Omnípotens sempitérne Deus, qui in terra constitútos divína tractáre concédis, præsta, quæsumus, ut illuc tendat cristiánæ devotiónis afféctus, quo tecum est nostra substántia. Per Dóminum.

## IN FERIIS POST ASCENSIONEM

## Introitus

Ps 70, 8.23

**R**EPLEATUR os meum laude tua, allelúia, ut possim cantáre, allelúia: gaudébunt lábia mea dum cantávero tibi, allelúia, allelúia.

**Ps 70, 1-2:** In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: in iustítia tua líbera me, et éripe me.

**Non dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Mentes nostras, quæsumus, Dómine, Paráclitus qui a te procédit illúminet, et indúcat in omnem, sicut tuus promísit Fílius, veritátem. Qui tecum.

## Alleluia 1

Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. **V/** . Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum.

## Alleluia 2

Ps 103, 30

Allelúia. **V/** . Emítte Spíritum tuum, et creabúntur, et renovábis fáciem terræ. Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ps 103, 30-31

Emítte Spíritum tuum, et creabúntur, et renovábis fáciem terræ; sit glória Dómini in sæcula, allelúia.

## Super oblata

Sacrificia, Dómine, tuis obláta conspéctibus ille divínus ignis absúmat, qui discipulórum Christi Fílii tui per Spíritum Sanctum corda succéndit. Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum.

**Præfatio de Ascensione, p. 244.**

**Quando adhibetur Prex eucharistica I, Communicántes ordinarium.**

## Ant. ad communionem

Io 14, 18; 16, 22

Non vos relínquam órphanos; véniam ad vos íterum, allelúia, et gaudébit cor vestrum, allelúia, allelúia.

## Post communionem

Dómine Deus noster, qui nos vegetáre dignátus es cæléstibus aliméntis, suavitátem Spíritus tui penetrálibus nostri cordis infúnde, ut, quæ temporáli devotióne percépimus, sempitérno múnere capiámus. Per Dóminum.

## DOMINICA VII PASCHÆ

## Introitus

Ps 26, 7-9

**E**XAUDI, Dómine, vocem meam, qua clamávi ad te, allelúia: tibi dixit cor meum: Quæsívi vultum tuum: vultum tuum, Dómine, requíram: ne avértas fáciem tuam a me, allelúia, allelúia.

**Ps 26, 1:** Dóminus illuminátio mea, et salus mea, quem timébo?

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Præsta, quæsumus, omnípotens et miséricors Deus, ut Spíritus Sanctus advéniens, templum nos glóriæ suæ dignánte inhabitánte perfíciat. Per Dóminum.

## Alleluia 1

Ps 103, 30

Allelúia. **V/** . Emítte Spíritum tuum, et creabúntur, et renovábis fáciem terræ.

## Alleluia 2

Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. **V/** . Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 103, 30-31

Emítte Spíritum tuum, et creabúntur, et renovábis fáciem terræ; sit glória Dómini in sæcula, allelúia.

## Super oblata

Hóstias pópuli tui, quæsumus, Dómine, miserátus inténde, et, ut tibi reddántur accéptæ, consciéntias nostras Sancti Spíritus emúndet advéntus. Per Christum.

**Præfatio de Ascensione**, p. 244.

**Quando adhibetur Prex eucharistica I**, Communicánte **ordinarium**.

## Ant. ad communionem

Io 15, 26; 16, 14

Spíritus qui a Patre procedit, allelúia, ille me clarificábit, allelúia, allelúia.

## Post communionem

Exáudi nos, Deus, salutáris noster, ut per hæc sacrosáncta mystéria in totíus Ecclésiae confidámus córpore faciéndum, quod eius præcéssit in cápite. Per Dóminum.

IN PENTECOSTE





## Sabbato post dominicam VII Paschæ

### VIGILIA PENTECOSTES

#### Introitus

Cf. Ez 36, 23-26

**C**UM sanctificátus fúero in vobis, congregábo vos de univérsis terris: et effúdam super vos aquam mundam, et mundabímmini ab ómnibus inquinaméntis vestris: et dabo vobis Spíritum novum, allelúia.

**Ps 33, 2:** Benedícam Dóminum in omni témpore, semper laus eius in ore meo.

**Dicitur** Glória in excélsis.

#### Collecta

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut claritátis tuæ super nos splendor effúlgeat, et lux tuæ lucis corda eórum, qui per tuam grátiam sunt renáti, Sancti Spíritus illustratióne confírmet. Per Dóminum.

#### Tractus

Dt 32, 1-4

Atténde, cælum, et loquar, et áudiat terra verba ex ore meo.

**V/.** Exspectétur sicut plúvia elóquium meum, et descéndant sicut ros verba mea.

**V/.** Sicut imber super grámina, et sicut nix super fenum: quia nomen Dómini invocábo.

**V/.** Date magnitúdinem Deo nostro: Deus, vera ópera eius, et omnes viæ eius iudícia.

**V/.** Deus fidélis, in quo non est iníquitas, iustus et sanctus Dóminus.

#### Alleluia

Ps 103, 30

Allelúia. **V/.** Emítte Spíritum tuum, et creabúntur, et renovábis fáciem terræ. Allelúia.

#### Ant. ad offertorium

Ps 103, 30-31

Emítte Spíritum tuum, et creabúntur, et renovábis fáciem terræ; sit glória Dómini in sæcula, allelúia.

#### Super oblata

Præséntia múnera, quæsumus, Dómine, Spíritus tui benedictiÓne perfúnde, ut per ipsa Ecclésiæ tuæ ea diléctio tribuátur, per quam salutáris mystérii toto mundo véritas enitéscat. Per Christum.

**Præfatio I de Spiritu Sancto, p. 245.**

**Quando adhibetur Prex eucharistica I, Communicántes et Hanc ígitur propria.**

#### Ant. ad communionem

Cf. Io 7, 37.38-39

Ultimo festivitátis die dicébat Iesus: Qui in me credit, flúmina de ventre eius fluent aquæ vivæ; hoc autem dixit de Spíritu quem acceptúri erant credéntes in eum, allelúia, allelúia.

#### Post communionem

Hæc nobis, Dómine, múnera sumpta profícient, ut illo iúgiter Spíritu ferveámus, quem Apóstolis tuis ineffabíliter infudísti. Per Dóminum.

## DOMINICA PENTECOSTES

### Sollemnitas

#### Introitus

Sap 1, 7

**S**PIRITUS Dómini replévit orbem terrárum, allelúia: et hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúia, allelúia, allelúia.

**Ps 32, 6:** Verbo Dómini cæli firmáti sunt, et Spíritu oris eius omnis virtus eórum.

**Dicitur** Glória in excélsis.

#### Collecta

Deus, qui sacraménto festivitátis hodiérnæ univérsam Ecclésiám tuam in omni gente et natióne sanctíficas, in totam mundi latitúdinem Spíritus Sancti dona defúnde, et, quod inter ipsa evangélicæ prædicatiónis exórdia operáta est divína dignátio, nunc quoque per credéntium corda perfúnde. Per Dóminum.

#### Alleluia 1

Ps 103, 30

Allelúia. **V/** . Emítte Spíritum tuum, et creabúntur, et renovábis fáciem terræ.

#### Alleluia 2

Allelúia. **V/** . Veni, Sancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium, et tui amóris in eis ignem accénde. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

#### Ant. ad offertorium

Ps 67, 29-30

Confírma hoc, Deus, quod operátus es in nobis; a templo tuo, quod est in Ierúsalem, tibi ófferent reges múnera, allelúia.

#### Super oblata

Præsta, quæsumus, Dómine, ut, secúndum promissiónem Fílii tui, Spíritus Sanctus huius nobis sacrificii copiósius revélet arcánum, et omnem propítius réseret veritátem. Per Christum.

**Præfatio I de Spiritu Sancto**, p. 245.

**Quando adhibetur Præx eucharistica I**, Communicántes **et** Hanc ígitur **propria**.

#### Ant. ad communionem

Act 2, 2.4.11

Factus est repénite de cælo sonus, tamquam adveniéntis spíritus veheméntis, ubi erant sedéntes, allelúia: et repléti sunt omnes Spíritu Sancto, loquéntes magnália Dei, allelúia, allelúia.

#### Post communionem

Deus, qui Ecclésiæ tuæ cæléstia dona largírís, custódi grátiam quam dedísti, ut Spíritus Sancti vígeat semper munus infúsum, et ad ætérnæ redemptiós augméntum spiritális esca profíciat. Per Dóminum.

**Feria secunda post Pentecosten celebratur sollemnitas Beatæ Virginis Mariæ, Matris Ecclesiæ**, p. 351.

TEMPUS «PER ANNUM»  
POST PENTECOSTEN



## HEBDOMADA POST PENTECOSTEN

### Introitus

Ps 8, 3

**E**X ore infántium, Deus, et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos.

**Ps 8, 2:** Dómine, Dóminus noster, quam admirábile est nomen tuum in univérſa terra!

**Non dicitur** Glória in excélsis.

### Collecta

Deus, qui, per adoptiónem grátiae, lucis nos esse filios voluísti, praesta, quáesumus, ut errórum non involvámur ténebris, sed in splendóre veritátis semper maneámus conspícui. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 112, 5-7

**R/.** Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, et humília réspicit in caelo et in terra.

**V/.** Súscitans a terra ínopem, et de stércore érigens páuperem.

### Alleluia

Ps 80, 2-3

Allelúia. **V/.** Exsultáte Deo adiutóri nostro: iubiláte Deo Iacob: súmite psalmum iucúndum cum cíthara. Allelúia.

### Ant. ad offertorium

Ps 137, 1; 118, 17.107

Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo; retríbe servo tuo: vivam, et custódiam sermónes tuos; vivífica me secúndum verbum tuum, Dómine.

### Super oblata

Qui una semel hóstia, Dómine, adoptiónis tibi pópulum acquisísti, unitátis et pacis in Ecclésia tua propítius nobis dona concédas. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

### Ant. ad communionem

Ps 70, 16-17.18

Dómine, memorábor iustítiæ tuæ solíus: Deus, docuísti me a iuventúte mea: et usque in senéctam et sénium, Deus, ne derelínquas me.

### Post communionem

Grátias tibi, Dómine, reférimus sacro múnere vegetáti, tuam cleméntiam implorántes, ut, per infusióem Spíritus tui, in quibus cæléstis virtus introívit, sinceritátis grátia perseveret. Per Dóminum.

## Dominica I post Pentecosten

### SANCTISSIMÆ TRINITATIS

#### Sollemnitatis

#### Introitus

Cf. Tob 12, 6

**B**ENEDICTA sit Sancta Trinitas, atque indivisa Unitas: confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam.

**Ps 8, 2:** Domine, Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

**Dicitur** Glória in excelsis.

#### Collecta

Deus Pater, qui, Verbum veritatis et Spiritum sanctificationis mittens in mundum, admirabile mysterium tuum hominibus declarasti, da nobis, in confessione veræ fidei, æternæ glóriam Trinitatis agnoscere, et Unitatem adorare in potentia maiestatis. Per Dominum.

#### Responsorium

Dn 3, 55; Tob 12, 6

**R/.** Benedictus es, Domine, qui intuëris abyssos, et sedes super Chérubim.

**V/.** Benedicite Deum cæli, quia fecit nobiscum misericordiam suam.

#### Alleluia

Dn 3, 52

Alleluia. **V/.** Benedictus es, Domine Deus Patrum nostrorum, et laudabilis in sæcula.  
Alleluia.

**Dicitur** Credo.

#### Ant. ad offertorium

Cf. Tob 12, 6

Benedictus sit Deus Pater, unigenitusque Dei Filius, Sanctus quoque Spiritus; quia fecit nobiscum misericordiam suam.

#### Super oblata

Sanctifica, quæsumus, Domine Deus noster, per tui sancti nominis invocationem huius oblationis hostiam, et per eam nosmetipsos tibi perfice munus æternum. Per Christum.

**Præfatio de Sanctissima Trinitate, p. 251.**

#### Ant. ad communionem

Cf. Tob 12, 6

Benedicimus Deum cæli, et coram omnibus viventibus confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam.

#### Post communionem

Proficiat nobis ad salutem corporis et animæ, Domine Deus noster, huius sacramenti susceptio, et sempiternæ sanctæ Trinitatis eiusdemque individuæ Unitatis confessio. Per Dominum.

## HEBDOMADA POST SANCTISSIMAM TRINITATEM

### Introitus

Ps 12, 6

**D**OMINE, in tua misericórdia sperávi: exultábit cor meum in salutári tuo: cantábo Dómino, qui bona tríbuit mihi.

**Ps 12, 2:** Usquequo, Dómine, oblivísceris me in finem? úsquequo avértis fáciem tuam a me?

**Non dicitur** Glória in excélsis.

### Collecta

Salúbri timóre, Dómine, nos ad tuæ maiestátis cultum dispóne, ut omnis nostra conversátio divíno amóre contínua fiat orátio. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 40, 5.2

**R/.** Ego dixi, Dómine, miserére mei: sana ánimam meam, quóniam peccávi tibi.

**V/.** Beátus qui intéllegit super egénium et páuperem: in die mala liberábit eum Dóminus.

### Alleluia

Ps 5, 2

Allelúia. **V/.** Verba mea áuribus pércipe, Dómine, intéllege clamórem meum. Allelúia.

### Ant. ad offertorium

Ps 5, 3-4

Inténde voci oratiónis meæ, Rex meus et Deus meus, quóniam ad te orábo, Dómine.

### Super oblata

Propítius, Dómine, quæsumus, hæc dona sanctífica, et, hóstiæ spiritális oblatiône suscépta, nosmetípsos tibi pérfice munus ætérnum. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

### Ant. ad communionem

Cf. Io 4, 13-14

Qui bíberit aquam quam ego dabo ei, dicit Dóminus Samaritánæ, fiet in eo fons aquæ saliéntis in vitam ætérnam.

### Post communionem

Perficiant in nobis, Dómine, quæsumus, tua sacraménta quod cóntinent, ut, quæ nunc spécie gérimus, rerum veritáte capiámus. Per Dóminum.

**Feria V post Ss.mam Trinitatem**  
**SANCTISSIMI CORPORIS ET SANGUINIS CHRISTI**

**Sollemnitatis**

**Introitus**

Ps 80, 17

**C**IBAVIT eos ex ádipe fruménti, allelúia: et de petra, melle saturávit eos, allelúia, allelúia, allelúia.

**Ps 80, 2:** Exsultáte Deo adiutóri nostro: iubiláte Deo Iacob.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquisti, tríbue, quæsumus, ita nos Córporis et Sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiόνis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiámus. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sáecula sáeculórum.

**Responsorium**

Ps 144, 15-16

**R/.** Oculi ómnium in te sperant, Dómine: et tu das illis escam in témpore opportúno.

**V/.** Aperis tu manum tuam: et imples omne ánimam benedictióne.

**Alleluia**

Io 6, 55-56

Allelúia. **V/.** Caro mea vere est cibus, et Sanguis meus vere est potus: qui mandúcat meam Carnem, et bibit meum Sánguinem, in me manet, et ego in eo. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

Lev 21, 6

Sacerdótes incénsum Dómini et panes ófferunt Deo; et ídeo sancti erunt Deo suo, et non pólluent nomen eius, allelúia.

**Super oblata**

Ecclesiæ tuæ, quæsumus, Dómine, unitátis et pacis propítius dona concéde, quæ sub oblátis munéribus mýstice designántur. Per Christum.

**Præfatio de Sanctissima Eucharistia, p. 252.**

**Ant. ad communionem**

1 Cor 11, 26-27

Quotiescúmque manducábitis panem hunc et cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiábitis donec véniat: ítaque quicúmque manducáverit panem, vel bíberit cálicem Dómini indígne, reus erit Córporis et Sánguinis Dómini, allelúia.

**Post communionem**

Fac nos, quæsumus, Dómine, divinitátis tuæ sempitérna fruitióne repléri, quam pretiósí Córporis et Sánguinis tui temporális percéptio præfigúrat. Qui vivis et regnas per ómnia sáecula sáeculórum.



## Processio

Missa conclusa, fit processio. Unus thuriferarius vel duo ad gradum altaris accedunt, dum quattuor monachi, intorticia gerentes, gradum sanctuarii adeunt ibique in genua procumbunt. Quorum in medio stant diaconus crucem ferens et duo cerigeri utrimque ei adstantes. Ceteri monachi in suo quisque loco flexis genibus manent, cereos accensos gerentes.

Presbyter, casula indutus, custodiam in ostensorio collocat et profunde se inclinat; deinde, velo umerali albo a sacrista sibi imposito, utraque manu cooperta, reverenter Sacramentum ante faciem tenens, vertit se et illud ostendit conventui. Tunc thuriferarii Sanctissimum Sacramentum triplici ductu thurificant, facta ante et post profunda inclinatione.

Dein cantor inchoat hymnum *Pange lingua*, vel presbyter canticum *Te Deum*, post cuius primam stropham vel versum omnes surgunt processuri. Primi incedunt diaconus, crucifixi imaginem versus conventum tenens, et duo cerigeri; ceteri ita disponuntur ut Sanctissimum Sacramentum in medio eorum sit. Procedit presbyter inter quattuor monachos intorticia gerentes, præcedentibus thuriferariis.

Reversis omnibus in ecclesiam, statim cantatur hymni doxologia. Presbyter vero ascendit ad altare et ostensorium super corporale collocat. Tunc profunde se inclinat, et amoto a sacrista velo umerali, eo iuvante Sanctissimum Sacramentum exponit.

Facta iterum inclinatione, ad infimum altaris gradum descendit, incensum imponit, et stans Sacrum Corpus triplici ductu thurificat, facta ante et post profunda inclinatione. Postea vadit ad cornu altaris et dicit:

*V/* . Cibávit eos ex ádipe fruménti.

*R/* . Et de petra, melle saturávit eos.

Orémus

Deus, qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquisti, tríbue, quæsumus, ita nos Córporis et Sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptionis tuæ fructum in nobis iúgiter sentiámus. Qui vivis et regnas per ómnia sácula sæculórum. *R/* . Amen.

## DOMINICA II POST PENTECOSTEN

## Introitus

Ps 17, 19-20

**F**ACTUS est Dóminus protéctor meus, et edúxit me in latitúdinem: salvum me fecit, quóniam vóluit me.

**Ps 17, 2-3:** Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Deus, cuius Unigénitus prædilectiónem tuam in páuperes revelávit, præsta ut in spíritu paupertátis illum sequétes, ad tui contemplatióem in cælésti regno perveníre mereámur. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 119, 1-2

**R/.** Ad Dóminum, cum tribulárer, clamávi: et exaudívit me.

**V/.** Dómine, líbera ánimam meam a lábiis iníquis, et a língua dolósa.

## Alleluia

Ps 7, 12

Allelúia. **V/.** Deus iudex iustus, fortis et pátiens: numquid iráscitur per síngulos dies?  
Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 6, 5

Dómine, convértere, et éripe ánimam meam; salvum me fac propter misericórdiam tuam.

## Super oblata

Réspice, Dómine, quæsumus, nostram propítius servitútem, ut quod offérimus sit tibi munus accéptum, et nostræ caritátis augméntum. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Ps 12, 6

Cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi, et psallam Nómimi Dómini altíssimi.

## Post communionem

Súmptimus, Dómine, divínium sacraméntum, passióis Fílii tui memoriále perpétuum; tríbue, quæsumus, ut ad nostram salútem hoc munus proficiat, quod ineffábili nobis caritáte ipse donávit. Qui tecum.

## Feria VI post dominicam II post Pentecosten

### SACRATISSIMI CORDIS IESU

#### Sollemnitatis

Introitus

Cf. Is 55, 1

**S**ITIENTES, veníte ad aquas, dicit Dóminus: et qui non habétis prétium, veníte, et bíbite cum lætítia.

**Ps 77, 1:** Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei.

**Dicitur** Glória in excélsis.

Collecta

Fac nos, Dómine Iesu, sanctíssimi Cordis tui virtútibus índui, et afféctibus inflammári, ut, et imágini bonitátis tuæ confórmes, et tuæ redemptiónis mereámur esse partícipes. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Responsorium

Eph 3, 17-19

**R/.** Det vobis Pater Christum habitáre per fidem in córdibus vestris, in caritáte radicáti et fundáti: ut possítis comprehéndere cum ómnibus Sanctis, quæ sit latitúdo et longitúdo, et sublímities et profúndum.

**V/ .** Scire étiam supereminéntem sciéntiæ caritátem Christi: ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei.

Alleluia

Phil 2, 5

Allelúia. **V/ .** Hoc sentíte in vobis, quod et in Christo Iesu. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

Ant. ad offertorium

Ps 19, 4-5

Memor sit Dóminus omnis sacrificii tui, et holocáustum tuum pingue fiat; tríbuat tibi secúndum Cor tuum, et omne consílium tuum confírmet.

Super oblata

Illo nos igne, quæsumus, Dómine, Spíritus Sanctus inflámmet, quem Dóminus noster Iesus Christus e penetrálibus Cordis sui misit in terram, et vóluit veheménter accénderi. Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum.

**Præfatio de Sacratissimo Corde Iesu, p. 253.**

Ant. ad communionem

Gal 2, 20

Vivo ego, iam non ego: vivit vero in me Christus qui diléxit me, et trádedit semetípsum pro me.

**Post communionem**

Sacraméntum caritátis, Dómine, sancta nos fáciat dilectióne fervére, qua, ad Fílium tuum semper attrácti, ipsum in frátribus agnóscere discámus. Qui tecum.

**Sabbato post sollemnitatem SS. Cordis Iesu celebratur festum Immaculati Cordis Beatæ Virginis Mariæ, p. 353.**

## DOMINICA III POST PENTECOSTEN

## Introitus

Ps 24, 16-18

**R**ESPICE in me, et miserere mei, Dómine, quóniam únicus et pauper sum ego: vide humilitátem meam et labórem meum, et dimítte ómnia peccáta mea, Deus meus.

**Ps 24, 1-2:** Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Deus, cuius tanta est excelléntia pietátis, ut, uno peccatóre convérso, máximum gáudium fácias in cælis habéri, respice in exíguam pópuli portiónem, ut, omni vexatióne depúlso, heréditas tua in número augeátur, et devotióne profíciat. Per Dóminum.

## Responsorium

Cf. Ps 54, 23.17.18.19

**R/.** Iacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet.

**V/.** Dum clamárem ad Dóminum, exaudívit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi.

## Alleluia

Ps 17, 2-3

Allelúia. **V/.** Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 9, 11-13

Sperent in te omnes qui novérunt nomen tuum, Dómine, quóniam non derelínquis quæréntes te: psállite Dómino qui hábitat in Sion, quóniam non est oblítus oratiónes páuperum.

## Super oblata

Ecclésiæ tuæ, Dómine, múnera placátus assúme, quæ et miséricors offerénda tribuísti, et in nostræ salútis poténter éfficis transíre mystérium. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Lc 15, 10

Dico vobis, gáudium est Angelis Dei super uno peccatóre pæniténtiam agénte.

## Post communionem

Sancta tua nos, Dómine, sumpta vivíficent, et misericórdiæ sempitérnæ præparent expiátos. Per Dóminum.

## DOMINICA IV POST PENTECOSTEN

## Introitus

Ps 26, 1-2

**D**OMINUS illuminatio mea, et salus mea, quem timébo? Dóminus defénsor vitæ meæ, a quo trepidábo? qui trébulant me inimíci mei, infirmáti sunt et cecidérunt.

**Ps 26, 3:** Si consístant advérsus me castra, non timébit cor meum.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Tua nos, Dómine, quæsumus, grátia semper et prævéniat et sequátur, ac bonis opéribus iúgiter præstet esse inténtos. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 78, 9.10

**R/.** Propítius esto, Dómine, peccátis nostris: nequándo dicant gentes, Ubi est Deus eórum?

**V/.** Adiuva nos Deus salutáris noster: et propter honórem nóminis tui, Dómine, líbera nos.

## Alleluia

Ps 30, 2-3

Allelúia. **V/.** In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: in tua iustítia líbera me, et éripe me: inclína ad me aurem tuam, accélera ut erípias me. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 12, 4-5

Illúmina óculos meos, nequándo obdórmiam in morte; nequándo dicat inimícus meus: Præválui advérsus eum.

## Super oblata

Concéde, quæsumus, Dómine, ut óculis maiestátis tuæ munus oblátum, et grátiam nobis piæ devotiónis obtíneat, et efféctum beátæ perennitátis acquirat. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Ps 17, 3

Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus: Deus meus, adiútor meus.

## Post communionem

Tua nos, Dómine, medicinális operátio, et a nostris perversitatibus cleménter expédiat, et ad ea quæ sunt recta perdúcat. Per Dóminum.

## DOMINICA V POST PENTECOSTEN

## Introitus

Ps 26, 7.9

**E**XAUDI, Dómine, vocem meam, qua clamávi ad te: adiutor meus esto: ne derelínquas me, neque despicias me, Deus salutáris meus.

**Ps 26, 1:** Dóminus illuminátio mea, et salus mea, quem timébo?

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Omnípotens et miséricors Deus, de cuius múnere venit, ut tibi a fidélibus tuis digne et laudabíliter serviátur, tríbue, quæsumus, nobis, ut ad promissiónes tuas sine offensióne currámus. Per Dóminum.

## Responsorium

Cf. Ps 83, 10.9

**R/.** Protéctor noster áspice, Deus: et réspice super servos tuos.

**V/.** Dómine Deus virtútum, exáudi preces servórum tuórum.

## Alleluia

Ps 46, 2

Allelúia. **V/.** Omnes gentes, pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exsultatiónis.  
Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 15, 7-8

Benedícam Dóminum qui mihi tríbuit intelléctum, providébam Dóminum in conspéctu meo semper, quóniam a dextris est mihi ne commóvear.

## Super oblata

Propitiáre, Dómine, supplicatióibus nostris, et has oblatiões famulórum tuórum benígnus assúme, ut quod sínguli obtulérunt ad honórem nóminis tui, cunctis profíciat ad salútem. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Ps 26, 4

Unam pétii a Dómino, hanc requíram, ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ.

## Post communionem

Fámulos tuos, Dómine, spiritáli cibo potúque confírma, ut, evangélicæ semper vocatióni fidéles, vivam ubíque Fílii tui imáginem repræséntent. Qui tecum.

## DOMINICA VI POST PENTECOSTEN

## Introitus

Ps 27, 8-9

**D**OMINUS fortitúdo plebis suæ, et protéctor salutárium Christi sui est: salvum fac pópulum tuum, Dómine, et bénedic hereditáti tuæ, et rege eos usque in sáeculum.

**Ps 27, 1:** Ad te, Dómine, clamábo, Deus meus, ne síleas a me: nequándo táceas a me, et assimilábor descendéntibus in lacum.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Omnípotens sempitérne Deus, da nobis fídei, spei et caritátis augméntum, et, ut mereámur ássequi quod promíttis, fac nos amáre quod præcipis. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 89, 13.1

**R/.** Convértere, Dómine, aliquántulum: et deprecáre super servos tuos.

**V/.** Dómine, refúgium factus es nobis, a generatióne et progénie.

## Alleluia

Ps 58, 2

Allelúia. **V/.** Eripe me de inimícis meis, Deus meus: et ab insurgéntibus in me líbera me. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 16, 5-7

Pérfice gressus meos in sémitis tuis, ut non moveántur vestígia mea; inclína aurem tuam, et exáudi verba mea; mirífica misericórdias tuas, qui salvos facis sperántes in te, Dómine.

## Super oblata

Múnera quæ tibi offérimus, Pater sancte, súscipe miserátus, et ómnibus, qui Fílium tuum per arctam viam imitári læta sibi mente propónunt, communióne concéde fratérnam et spiritálem libertátem. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Ps 26, 6

Circuíbo et immolábo in tabernáculo eius hóstiam iubilatiónis; cantábo et psalmum dicam Dómino.

## Post communionem

Præsta, quæsumus, Dómine, ut, Carnis et Sanguinis Fílii tui præditi sacraménto, in communióne Spíritus eius fratrumque dilectiÓne ita crescámus, quátenus ad plenam Córporis Christi mensúram caritáte vívida dilatémur. Qui tecum.



## DOMINICA VII POST PENTECOSTEN

## Introitus

Ps 46, 2

**O**MNES gentes pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exsultatiónis.

Ps 46, 4: Subiécit pópulos nobis, et gentes sub pédibus nostris.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Custódi, Dómine, quæsumus, Ecclésiám tuam propitiatióne perpétua, et quia sine te lábitur húmana mortálitás, tuis semper auxiliis et abstrahátur a nóxiis, et ad salutária dirigátur. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 33, 12.6

**R/.** Veníte, fílii, audíte me: timórem Dómini docébo vos.

**V/.** Accédite ad eum, et illuminámini: et fácies vestræ non confundéntur.

## Alleluia

Ps 64, 2

Alleluía. **V/.** Te decet hymnus, Deus, in Sion: et tibi reddétur votum in Ierúsalem.

Alleluía.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Dn 3, 39-40

Sicut in holocáustis aríetum et taurórum, et sicut in mílibus agnórum pínguim, sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi; quia non est confúsió confidéntibus in te, Dómine.

## Super oblata

Deus, qui legálium differéntiam hostiárum uníus sacrificii perfectióne sanxísti, áccipe sacrificium a devótiis tibi fámulis, et pari benedictióne, sicut múnera Abel, sanctífica, ut, quod sínguli obtulérunt ad maiestátis tuæ honórem, cunctis proficiat ad salútem. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Ps 30, 3

Inclína aurem tuam: accélera ut éruas nos.

## Post communionem

Da fidélibus tuis, Dómine, quos et verbi tui et cæléstis sacraménti pábulo nutris et vivíficas, ita dilécti Fílii tui tantis munéribus profícere, ut eius vitæ semper consórtes éffici mereámur. Qui tecum.

## DOMINICA VIII POST PENTECOSTEN

## Introitus

Ps 47, 10-11

**S**USCEPIMUS, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Deus, ita et laus tua in fines terræ: iustítia plena est dextera tua.

**Ps 47, 2-3:** Magnus Dóminus, et laudábilis valde in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Effice, quæsumus, Dómine, ut verbum tuum die ac nocte meditántes, tibi fructum divínæ cultúræ reddámus. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 30, 3.2

**R/.** Esto mihi in Deum protectórem, et in locum refúgii: ut salvum me fácias.

**V/.** Deus, in te sperávi: Dómine, non confúndar in ætérnum.

## Alleluia

Ps 80, 2-3

Allelúia. **V/.** Exsultáte Deo adiutóri nostro: iubiláte Deo Iacob: súmíte psalmum iucúndum cum cíthara. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 17, 28.32

Pópulum húmitem salvum fácies, Dómine, et óculos superbórum humiliábis; quóniam quis Deus præter te, Dómine?

## Super oblata

Oblátio nos, Dómine, tuo nómini dicáta puríficet, et de die in diem ad cæléstis vitæ transférat actiónem. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Ps 33, 9

Gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus: beátus vir qui sperat in eo.

## Post communionem

Quos cælésti récreas múnere, perpétuo, Dómine, comitáre præsidio, et, quos fovére non désinis, dignos fieri sempitérna redemptióne concéde. Per Dóminum.

## DOMINICA IX POST PENTECOSTEN

## Introitus

Ps 53, 6-7

**E**CCE Deus ádiuvat me, et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ: avérte mala inimícis meis, et in veritate tua dispérde illos, protéctor meus, Dómine.

**Ps 53, 3:** Deus, in nómine tuo salvum me fac: et in virtúte tua iúdica me.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Protéctor in te sperántium, Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum, múltiplica super nos misericórdiam tuam, ut, te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, ut non amittámus æténa. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 8, 2

**R/.** Dómine Dóminus noster, quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra! **V/.** Quóniam eleváta est magnificéntia tua super cælos, Deus.

## Alleluia

Ps 89, 1

Allelúia. **V/.** Dómine, refúgium factus es nobis a generatióne et progénie. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 18, 9.11-12

Iustítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda, et dulcióres super mel et favum; nam et servus tuus custódiat eas.

## Super oblata

Súscipe múnera, quæsumus, Dómine, quæ tibi de tua largitate deférimus, ut hæc sacrosáncta mystéria, grátia tuæ operánte virtúte, præsentis vitæ nos conversatióne sanctíficent, et ad gáudia æténa perdúcant. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Ps 2, 11-12

Servíte Dómino in timóre, et exsultáte ei cum tremóre: apprehéndite disciplínam, ne pereátis de via iusta.

## Post communionem

Deus, Pater omnípotens, súplices te rogámus, ut panis vivus, qui de cælo descéndit, ad fratres ínopes nos róboret sublevándos. Per Dóminum.

## DOMINICA X POST PENTECOSTEN

## Introitus

Cf. Ps 54, 17.19-20.23

**D**UM clamárem ad Dóminum, exaudivit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi: et humiliávit eos, qui est ante sáecula, et manet in aetérnum: iacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet.

**Ps 54, 2-3:** Exáudi, Deus, oratióem meam, et ne despéxeris deprecatióem meam: inténde mihi, et exáudi me.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Deus, qui te in rectis et sincéris manére pectóribus ásseris, da nobis tua grátia tales exsístere, in quibus habitáre dignéris. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 16, 8.2

**R/.** Custódi me, Dómine, ut pupíllam óculi: sub umbra alárum tuárum prótege me.

**V/.** De vultu tuo iudícium meum pródeat: óculi tui vídeant aequitátes.

## Alleluia

Ps 92, 1

Allelúia. **V/.** Dóminus regnávít, decórem índuit: índuit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se virtúte. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 24, 1-3

Ad te, Dómine, levávi ánimam meam; Deus meus, in te confído, non erubéscam; neque irrídeant me inimíci mei; étenim univérsti qui te expéctant non confundéntur.

## Super oblata

Réspice, quásumus, Dómine, múnera quæ tuæ offérimus maiestáti, ut, quod nostro servítio géritur, ad tuam glóriam pótius dirigátur. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Mt 23, 37

Ierúsalem, Ierúsalem, quæ occídís Prophétas, et lápidas eos qui ad te missi sunt: quóties vólui congregáre fílios tuos quemádmódu gallína cóngregat pullos suos sub alas, et nolúisti?

## Post communionem

Quásumus, omnípotens Deus, ut, quos divína tríbuis participatióne gaudére, a te numquam separári permíttas. Per Dóminum.

## DOMINICA XI POST PENTECOSTEN

## Introitus

Ps 67, 6-7.36

**D**EUS in loco sancto suo: Deus qui inhabitare facit unánimes in domo, ipse dabit virtútem et fortitúdinem plebi suæ.

**Ps 67, 16-17:** Mons Dei, mons in quo beneplácitum est Deo habitare in eo.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Deus, in te sperántium fortitúdo, adésto propítius invocatióibus nostris, et, quia sine te nihil potest mortális infírmitas, præsta auxiliúm grátiae tuæ, ut in exsequéndis mandátis tuis, et voluntáte tibi et actiône placeámus. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 27, 7.1

**R/.** In Deo sperávit cor meum, et adiútus sum: et reflóruit caro mea: et ex voluntáte mea confitébor illi.

**V/.** Ad te, Dómine, clamávi, Deus meus, ne síleas: ne discédas a me.

## Alleluia

Ps 94, 1

Alleluia. **V/.** Veníte, exsultémus Dómino; iubilémus Deo salutári nostro. Alleluia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 29, 2-3

Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me, nec delectásti inimícos meos super me. Dómine, clamávi ad te, et sanásti me.

## Super oblata

Grata tibi sit, quáesumus, Dómine, tuæ plebis oblátio, per quam et sanctificatiónem réferat, et quæ pie precátur obtíneat. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Prov 3, 9-10

Honóra Dóminum de tua substántia, et de primítiis frugum tuárum, et implebúntur hórrea tua saturitáte, et vino torcularia redundábunt.

## Post communionem

Concéde nobis, Dómine, quáesumus, ut per sacraméntum quod sumpsimus, quidquid in nostra mente vitiósum est, ipsíus medicatiónis dono curétur. Per Dóminum.

## DOMINICA XII POST PENTECOSTEN

## Introitus

Ps 80, 2-3-4.5

**E**XSULTATE Deo adiutóri nostro, iubiláte Deo Iacob: súmite psalmum iucúndum cum cíthara, cánite inítium mensis tuba: quia præcéptum in Israel est, et iudícium Deo Iacob.

**Ps 80, 3:** Súmite psalmum, et date týmpanum, psaltérium iucúndum cum cíthara.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Dírigat corda nostra, Dómine, quæsumus, tuæ miseratiónis operátio, quia tibi sine te placére non póssumus. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 33, 2-3

**R/.** Benedícam Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo.

**V/.** In Dómino laudábitur ánima mea: áudiant mansuéti, et læténtur.

## Alleluia

Ps 46, 3

Allelúia. **V/.** Quóniam Deus magnus Dóminus, et Rex magnus super omnem terram. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 118, 154.125

Dómine, vivífica me secúndum elóquium tuum, ut sciam testimónia tua.

## Super oblata

In tua pietáte confidéntes, Dómine, cum munéribus ad altária veneránda concúrrimus, ut, tua purificánte nos grátia, íisdem quibus famulámur mystériis emundémur. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Ps 103, 13.14.15

De fructu óperum tuórum, Dómine, satiábitur terra: ut edúcas panem de terra, et vinum lætíficet cor hóminis: ut exhílalet fáciem in óleo, et panis cor hóminis confírmet.

## Post communionem

Mentes nostras et córpora possídeat, quæsumus, Dómine, doni cæléstis operátio, ut non noster sensus in nobis, sed iúgiter eius prævéniat efféctus. Per Dóminum.

## DOMINICA XIII POST PENTECOSTEN

## Introitus

Ps 73, 20.19.22.23

**R**ESPICE, Dómine, in testaméntum tuum, et ánimas páuperum tuórum ne derelínquas in finem: exsúrge, Dómine, et iúdica causam tuam, et ne obliviscáris voces quæréntium te.

**Ps 73, 1:** Ut quid, Deus, repulísti in finem, irátus est furor tuus super oves páscuæ tuæ? **Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Concéde nobis, Dómine Deus noster, ut te tota mente venerémur, et omnes hómnes rationábili diligámus afféctu. Per Dóminum.

## Responsorium

Cf. Ps 73, 20.19.22

**R/.** Réspice, Dómine, in testaméntum tuum: et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

**V/.** Exsúrge, Dómine, et iúdica causam tuam: memor esto oppróbrii servórum tuórum.

## Alleluia

Ps 96, 1

Allelúia. **V/.** Dóminus regnávít, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 30, 15-16

In te sperávi, Dómine; dixi: Tu es Deus meus, in mánibus tuis témpora mea.

## Super oblata

Réspice, Dómine, oblatiónem, quam tibi de tuis datis óptimis exhibémus, ut, quæ divínæ abundántiam vitæ et unitátem in caritáte significat, ad æquam nos partitióem mutuúmque impéllat fraternitátis offícium. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Cf. Sap 16, 20

Panem de cælo dedísti nobis, Dómine, habéntem omne delectaméntum et omnem sapórem suavitátis.

## Post communionem

Pane mensæ cælestis refécti, te, Dómine, deprecámur, ut hoc nutríméntum caritátis corda nostra confírmet, quátenus ad tibi ministrándum in frátribus excitémur. Per Dóminum.

## DOMINICA XIV POST PENTECOSTEN

## Introitus

Ps 83, 10-11

**P**ROTECTOR noster aspice, Deus, et respice in faciem Christi tui: quia melior est dies una in atris tuis super milia.

**Ps 83, 2-3:** Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini.

**Dicitur** Glória in excelsis.

## Collecta

Deus, Pater donorum omnium, a quo descendere confitemur quidquid habemus aut sumus, beneficia doce nos immensae tuae pietatis agnoscere, ac te sincero corde totaque nostra virtute diligere. Per Dominum.

## Responsorium

Ps 91, 2-3

**R/.** Bonum est confiteri Domino, et psallere nomini tuo, Altissime.

**V/.** Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem.

## Alleluia

Ps 104, 1

Alleluia. **V/.** Confitemini Domino, et invocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius. Alleluia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 33, 8-9

Immittet Angelus Domini in circuitu timantium eum, et eripiet eos; gustate et videte quoniam suavis est Dominus.

## Super oblata

Suscipe, Domine, sacrificium placationis et laudis, et praesta, ut, huius operatione mundati, beneplacitum tibi nostrae mentis offeramus affectum. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Io 6, 51

Panis, quem ego dederò, caro mea est pro sæculi vita.

## Post communionem

Deus, qui diligendo castigas, et castigando nos refoves, praesta, ut, his sacramentis refecti, tibi gratias semper referre valeamus. Per Dominum.



## DOMINICA XV POST PENTECOSTEN

## Introitus

Ps 85, 1-3

**I**NCLINA, Dómine, aurem tuam ad me, et exáudi me: salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te: miserére mihi, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die.

**Ps 85, 4:** Lætífica ánimam servi tui, quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Deus, cuius providéntia in sui dispositiône non fállitur, te súpplīces exorámus, ut nóxia cuncta submóveas, et ómnia nobis profutúra concédas. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 117, 8-9

**R/.** Bonum est confídere in Dómino, quam confídere in hómīne.

**V/.** Bonum est speráre in Dómino, quam speráre in princípibus.

## Alleluia

Ps 107, 2

Allelúia. **V/.** Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: cantábo, et psallam tibi in glória mea. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 39, 2-4

Exspéctans expectávi Dóminum, et respéxit me, et exaudívit deprecationem meam, et immísit in os meum cánticum novum, hymnum Deo nostro.

## Super oblata

Concéde nobis, miséricors Deus, ut hæc nostra oblátio tibi sit accépta, et per eam nobis fons omnis benedictiōnis aperiátur. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Mt 6, 33

Primum quærīte regnum Dei, et ómnia adiciéntur vobis, dicit Dóminus.

## Post communionem

Tantis, Dómine, repléti munérībus, præsta, quæsumus, ut et salutária dona capiámus, et a tua numquam laude cessémus. Per Dóminum.

## DOMINICA XVI POST PENTECOSTEN

## Introitus

Ps 85, 3.5

**M**ISERERE mihi, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: quia tu, Dómine, suávis ac mitis es, et copiósus in misericórdia ómnibus invocántibus te.

**Ps 85, 1:** Inclína, Dómine, aurem tuam, et exáudi me: quóniam inops, et pauper sum ego.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Deus, glória fidélium et vita iustórum, cuius Fílii morte et resurrectione redempti sumus, propitiáre nobis, ut, qui resurrectionis nostræ mystérium agnóvimus, æternæ beatitúdinis gáudia percípere mereámur. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 101, 16-17

**R/.** Timébunt gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terræ glóriam tuam.

**V/.** Quóniam ædificávit Dóminus Sion: et vidébitur in maiestáte sua.

## Alleluia

Ps 110, 9

Allelúia. **V/.** Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 39, 14.15

Dómine, in auxiliúm meum réspice; confundántur et revereántur qui quærunt ánimam meam, ut áuferant eam.

## Super oblata

Múnera, quæsumus, Dómine, tuæ plebis propitiátus assúme, ut, quæ fidei pietáte profiténtur, sacraméntis cæléstibus apprehéndant. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Ps 70, 16-17.18

Dómine, memorábor iustítiæ tuæ solús: Deus, docuísti me a iuventúte mea: et usque in senéctam et sénium, Deus, ne derelínquas me.

## Post communionem

Sanctíficet nos, quæsumus, Dómine, mensæ Christi participátio, ut, eius membra effécti, simus quod accépimus. Per Dóminum.

## DOMINICA XVII POST PENTECOSTEN

## Introitus

Ps 118, 137.124

**I**USTUS es, Dómine, et rectum iudícium tuum: fac cum servo tuo secúndum misericórdiam tuam.

**Ps 118, 1:** Beáti immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dómini.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Deus, qui nos in vitam mundo abscónditam misericórditer duxísti, exáudi nos propítius et concéde, ut omnem vanitátem fugiéntes, in novíssimo loco recúmbere gaudeámus. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 32, 12.6

**R/.** Beáta gens, cuius est Dóminus Deus eórum: pópulus, quem elégit Dóminus in hereditátem sibi.

**V/.** Verbo Dómini cæli firmáti sunt: et Spíritu oris eius omnis virtus eórum.

## Alleluia

Ps 112, 1

Alleluia. **V/.** Laudáte, púeri, Dóminum: laudáte nomen Dómini. Alleluia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Dn 9, 17-19

Orávi Deum meum ego Dániel, dicens: Exáudi, Dómine, preces servi tui; illúmina fáciem tuam super sanctuárium tuum; et propítius inténde pópulum istum, super quem invocátum est nomen tuum, Deus.

## Super oblata

Fiat hoc sacrificium, Dómine, oblátio tibi munda, et nobis misericórdiæ tuæ sancta largítio. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Ps 75, 12-13

Vovéte, et réddite Dómino Deo vestro, omnes qui in circúitu eius affértis múnera: terríbili et ei qui aufert spíritum princípum, terríbili apud omnes reges terræ.

## Post communionem

Súmptimus, Dómine, sacri dona mystérii, humíliter deprecántes, ut, quæ in sui commemoratióne nos Fílius tuus fácere præcépit, in nostræ profícient caritátis augméntum. Per Dóminum.

## DOMINICA XVIII POST PENTECOSTEN

## Introitus

Cf. Sir 36, 18

**D**A pacem, Dómine, sustinéntibus te, ut Prophétæ tui fidéles inveniántur: exáudi preces servi tui, et plebis tuæ Israel.

**Ps 114, 1:** Diléxi: quóniam exáudiet Dóminus vocem oratiónis meæ.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Deus, qui sacræ legis ómnia constitúta in tua et próximi dilectiône posuísti, da nobis, ut, tua præcépta servántes, ad vitam mereámur perveníre perpétuam. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 121, 1.7

**R/.** Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Dómini íbimus.

**V/.** Fiat pax in virtúte tua: et abundántia in túrribus tuis.

## Alleluia

Ps 113, 19

Allelúia. **V/.** Qui timent Dóminum sperent in eum: adiútor et protéctor eórum est.  
Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ex 24, 4-5

Sanctificávit Móyses altáre Dómino, ófferens super illud holocáusta; et ímmolans víctimas, fecit sacrificium vespertinum in odórem suavitátis Dómino Deo in conspéctu filiórum Israel.

## Super oblata

Deus, auctor sincéræ devotiónis et pacis, da, quæsumus, ut et maiestátem tuam conveniénter hoc múnere venerémur, et sacri participatióne mystérii fidéliter sénsibus uniámur. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Ps 95, 8-9

Tóllite hóstias, et introíte in átria eius: adoráte Dóminum in aula sancta eius.

## Post communionem

Vivíficet nos, quæsumus, Dómine, divína quam obtúlimus et sumpsimus hóstia, ut, perpétua tibi caritáte coniúcti, fructum qui semper máneat afferámus. Per Dóminum.

## DOMINICA XIX POST PENTECOSTEN

## Introitus

**S**ALUS pópuli ego sum, dicit Dóminus: de quacúmque tribulatióne clamáverint ad me, exáudiam eos: et ero illórum Dóminus in perpétuum.

**Ps 77, 1:** Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Deus, qui omnipoténtiam tuam parcéndo máxime et miserándo maniféscas, múltiplica super nos misericórdiam tuam, ut ad tua promíssa currétes, cæléstium bonórum fácias esse consórtes. Per Dóminum.

## Responsorium

**Ps 140, 2**

**R/.** Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo, Dómine.

**V/.** Elevátio mánuum meárum sacrificium vespertinum.

## Alleluia

**Ps 121, 1**

Allelúia. **V/.** Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Dómini íbimus. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

**Ps 137, 7**

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me, Dómine, et super iram inimicórum meórum exténdes manum tuam, et salvum me fáciat dextera tua.

## Super oblata

Hóstias, quæsumus, Dómine, propítius inténde, quas sacris altáribus exhibémus, ut nobis indulgéntiam largiéndo, tuo nómini dent honórem. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

**Ps 118, 4-5**

Tu mandásti mandáta tua custodíri nimis: útinam dirigántur viæ meæ ad custodiéncias iustificatiónes tuas.

## Post communionem

Sentiámus, Dómine, quæsumus, tui perceptiÓne sacraméti, subsidiúm mentis et córporis, ut, in utrÓque salváti, cæléstis remédii plenitúdine gloriémur. Per Dóminum.

## DOMINICA XX POST PENTECOSTEN

## Introitus

Cf. Dn 3, 31.29.30.43.42

**O**MNIA quæ fecísti nobis, Dómine, in vero iudício fecísti: quia peccávimus tibi, et mandátis tuis non obœdívimus: sed da glóriam nómini tuo, et fac nobíscum secúndum multitudínem misericórdiæ tuæ.

**Ps 47, 2-3:** Magnus Dóminus, et laudábilis valde in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Præcíngē, quæsumus, Dómine Deus noster, lumbos mentis nostræ divína tua virtúte poténter, ut, veniēte Dómino nostro Iesu Christo Fílio tuo, digni inveniámur æternæ vitæ convívio et vota cælestium dignitátum ab ipso percípere mereámur. Qui tecum.

## Responsorium

Ps 144, 15-16

**R/.** Oculi ómnium in te sperant, Dómine: et tu das illis escam in témpore opportúno.

**V/.** Aperis tu manum tuam: et imples omne ánimam benedictióne.

## Alleluia

Ps 145, 1-2

Allelúia. **V/.** Lauda, ánima mea, Dóminum: laudábo Dóminum in vita mea: psallam Deo meo quám diu ero. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 136, 1

Super flúmina Babylónis, illic sédimus, et flévimus, dum recordarémur tui, Sion.

## Super oblata

Munda nos, Dómine, quæsumus, sacrificii præsentis efféctu, et pérfice miserátus in nobis, ut eius mereámur esse partícipes. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Ps 118, 49-50

Meménto verbi tui servo tuo, Dómine, in quo mihi spem dedísti: hæc me consoláta est in humilitáte mea.

## Post communionem

Purífica, Dómine, quæsumus, mentes nostras benígnus, et rénova cælestibus sacraméntis, ut consequénter et córporum præsens, páriter et futúrum capiámus auxílium. Per Dóminum.

## DOMINICA XXI POST PENTECOSTEN

## Introitus

Cf. Est 4, 17

**I**N voluntate tua, Dómine, univérſa sunt pósito, et non est qui possit resistere voluntati tuæ: tu enim fecisti ómnia, cælum et terram, et univérſa quæ cæli ámbitu continéntur:  
Dóminus universórum tu es.

**Ps 118, 1:** Beáti immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dómini.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Tuére, quæsumus, Dómine, famíliam tuam, ut salútis æternæ remédia, quæ te inspiránte requírimus, te largiénte consequámur. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 89, 1-2

**R/.** Dómine, refúgium factus es nobis, a generatióne et progénie.

**V/.** Priúsqvam montes fierent, aut formarétur terra et orbis, a sáeculo et in sáeculum tu es, Deus.

## Alleluia

Ps 146, 3

Allelúia. **V/.** Qui sanat contrítos corde, et álligat contritiónes eórum. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 102, 2.5

Bénédic, ánima mea, Dómino, et noli oblivíſci omnes retributiónes eius, et renovábitur sicut áquilæ iuventus tua.

## Super oblata

Deus, qui humáni géneris utrámque substántiam præſéntium múnere et aliménto végetas et rénovas sacraménto, tríbue, quæsumus, ut eórum et corpóribus nostris subsidiúm non desit et méntibus. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Io 6, 56

Qui mandúcat meam carnem, et bibit meum sánguinem, in me manet, et ego in eo, dicit Dóminus.

## Post communionem

Fidèles tui, Deus, per tua dona firméntur, ut éadem et percipiéndó requírant, et quæréndó sine fine percípiant. Per Dóminum.

## DOMINICA XXII POST PENTECOSTEN

## Introitus

Cf. Ier 29, 11.12.14

**D**ICIT Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis: invocábitis me,  
et ego exáudiam vos: et reducám captivitátem vestram de cunctis locis.

**Ps 84, 2:** Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Iacob.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Omnípotens sempitérne Deus, qui abundántia pietátis tuæ et mérita súpplícum excédis et vota, effúnde super nos misericórdiam tuam, ut dimíttas quæ consciéntia méruit, et adícias quod orátio non præsúmit. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 43, 8-9

**R/.** Liberásti nos, Dómine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confudísti.

**V/.** In Deo laudábimur tota die: et in nómine tuo confitébimur in sácula.

## Alleluia

Ps 147, 1

Allelúia. **V/.** Lauda, Ierúsalem, Dóminum: lauda Deum tuum, Sion. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Est 14, 12-13 (LXX)

Recordáre mei, Dómine, omni potentátui dóminans: da sermónem rectum et benesonántem in os meum, ut pláceant verba mea in conspéctu princípis; et verte cor eius in ódium repugnántium nobis, et in eos qui conséntiunt eis; nos autem líbera in manu tua, Deus noster in aetérnum.

## Super oblata

Réspice, Dómine, múnera supplicántis Ecclésiæ, et salúti credéntium perpétua sanctificatióne suménda concéde. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Ps 16, 6

Ego clamávi, quóniam exaudísti me, Deus: inclína aurem tuam, et exáudi verba mea.

## Post communionem

Quos réficis, Dómine, sacraméntis, attólle benígnus auxiliis, ut tuæ salvatiónis efféctum et mystériis capiámus et móribus. Per Dóminum.



## DOMINICA XXIII POST PENTECOSTEN

## Introitus

Ps 129, 3-4

I iniquitátes observáveris, Dómine: Dómine, quis sustinébit? quia apud te  
**S** propitiátio est, Deus Israel.

Ps 129, 1-2: De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi vocem meam.

Dicitur Glória in excélsis.

## Collecta

Omnípotens sempitérne Deus, qui cæléstia simul et terréna moderáris, supplicatiónes pópuli tui cleménter exáudi, et pacem tuam nostris concéde tempóribus. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 132, 1-2

R/. Ecce quam bonum, et quam iucúndum habitáre fratres in unum.

V/. Sicut unguéntum in cápite, quod descéndit in barbam, barbam Aaron.

## Alleluia

Ps 147, 3

Allelúia. V/. Qui pósuit fines tuos pacem: et ádipe fruménti sátiat te. Allelúia.

Dicitur Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 129, 1-2

De profúndis clamávi ad te, Dómine; Dómine, exáudi oratióem meam.

## Super oblata

Súscipe, Dómine, sacra múnera, quæ tuo nómini iussísti dicánda, et, ut per ea tuæ pietáti reddámur accépti, fac nos tuis semper obcædíre mandátis. Per Christum.

Præfatio temporis per annum, p. 247-250.

## Ant. ad communionem

Cf. Lc 4, 22

Mirabántur omnes de his, quæ procedébant de ore Dei.

## Post communionem

Rege nos Spíritu tuo, quæsumus, Dómine, quos pascis Fílii tui Córporis et Sánguine, ut te, non solum verbo neque lingua, sed ópere et veritáte confiténtes, intráre mereámur in regnum cælórum. Per Dóminum.

## DOMINICA XXIV POST PENTECOSTEN

## Introitus

Ps 24, 15-16

**O** CULI mei semper ad Dóminum, quia ipse evéllit de láqueo pedes meos: réspice in me et miserére mei, quóniam únicus et pauper sum ego.

**Ps 24, 1-2:** Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Famíliam tuam, quæsumus, Dómine, contínua pietáte custódi, ut, quæ in sola spe grátiae cæléstis innítitur, tua semper protectióne muniátur. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 82, 19.14

**R/.** Sciant gentes quóniam nomen tibi Deus: tu solus Altíssimus super omnem terram.

**V/.** Deus meus, pone illos ut rotam: et sicut stípulam ante fáciem venti.

## Alleluia

Ps 46, 2

Allelúia. **V/.** Omnes gentes, pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exsultatiónis. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

## Ant. ad offertorium

Ps 17, 3

Factus est Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus; sperábo in eum.

## Super oblata

Tibi, Dómine, sacrificia dicáta reddántur, quæ sic ad honórem nóminis tui deferénda tribuísti, ut éadem remédia fieri nostra præstáres. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

## Ant. ad communionem

Ps 17, 3

Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus: Deus meus, adiútor meus.

## Post communionem

Concéde nobis, omnípotens Deus, ut de percéptis sacraméntis inebriémur atque pascámur, quátenus in id quod súmimus transeámus. Per Dóminum.

**Si evenerit dominica XXV post Pentecosten, in ea dominica dicitur Missa de dominica V post Epiphaniam, p. 74.**

**Si evenerit dominica XXVI post Pentecosten, in ea dominica dicitur Missa de dominica IV post Epiphaniam, p. 73.**

Si evenerit dominica **XXVII** post Pentecosten, in ea dominica dicitur Missa de dominica **III** post Epiphaniam, p. 73.

**Dominica ultima post Pentecosten**  
**DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI UNIVERSORUM REGIS**  
**Sollemnitatis**

Introitus

Cf. Mal 3, 1; 1 Chr 29, 12

**E**CCE advénit dominátor Dóminus: et regnum in manu eius, et potéstas, et impérium.

**Ps 71, 1:** Deus, iudícium tuum regi da: et iustítiam tuam fílio regis.

**Dicitur** Glória in excélsis.

Collecta

Omnípotens sempitérne Deus, qui in dilécto Fílio tuo, universórum Rege, ómnia instauráre voluísti, concéde propítius, ut tota creatúra, a servitúte liberáta, tuæ maiestáti desérviat ac te sine fine colláudet. Per Dóminum.

Responsorium

Phil 2, 8-9

**R/.** Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis.

**V/.** Propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi nomen quod est super omne nomen.

Alleluia

Ap 5, 12

Allelúia. **V/.** Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

Ant. ad offertorium

Zac 9, 9

Exsúlta satis, filia Sion, prædica, filia Ierúsalem; ecce Rex tuus venit tibi Sanctus et Salvátor.

Super oblata

Hóstiam tibi, Dómine, humánæ reconciliatiónis offeréntes, suppliciter deprecámur, ut ipse Fílius tuus cunctis géntibus unitátis et pacis dona concédatur. Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum.

**Præfatio de Domino nostro Iesu Christo, p. 254, vel Præfatio de Nativitate, p. 236.**

Ant. ad communionem

Ps 23, 10

Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

Post communionem

Immortalitátis alimóniam consecúti, quæsumus, Dómine, ut, qui Christi Regis universórum gloriámur obcedíre mandátis, cum ipso in cælesti regno sine fine vívere valeámus. Qui tecum.

## HEBDOMADA ULTIMA POST PENTECOSTEN

### Introitus

Ps 83, 10-11

**P**ROTECTOR noster, aspice, Deus, et respice in faciē Christi tui: quia melior est dies una in atris tuis super milia.

**Ps 83, 2-3:** Quam dilecta tabernacula tua, Dōmine virtutum! Concupiscit et deficit anima mea in atria Dōmini.

**Non dicitur** Glória in excelsis.

### Collecta

Mentibus nostris, quæsumus, Dōmine, Spīritum Sanctum benīgus infūde, cuius et sapiētia cōnditi sumus, et providētia gubernāmur. Per Dōminum.

### Responsorium

Ps 84, 8.2

**R/.** Ostēde nobis, Dōmine, misericōrdiam tuam, et salutāre tuum da nobis.

**V/.** Benedixisti, Dōmine, terram tuam: avertisti captivitatem Iacob.

### Alleluia

Ps 46, 3

Allelūia. **V/.** Quoniam Deus magnus Dōminus, et Rex magnus super omnem terram. Allelūia.

### Ant. ad offertorium

Ps 108, 21

Dōmine, fac mecum misericōrdiam tuam propter nomen tuum, quia suavis est misericōrdia tua.

### Super oblata

Propitius esto, Dōmine, supplicatiōibus nostris, et pōpuli tui oblatiōibus precibusque susceptis, omnium nostrum ad te corda convertē, ut a terrēnis cupiditatibus liberi, ad cælestia desidēria transeāmus. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247-250.**

### Ant. ad communionem

Mt 13, 47-48

Simile est regnum cælōrum sagēnæ missæ in mare, et ex omni gēnere piscium congregānti; quam, cum implēta esset, educētes, et secus litus sedētes elegērunt bonos in vasa sua, malos autem foras misērunt.

### Post communionem

Maiestatem tuam, Dōmine, suppliciter deprecāmur, ut, sicut nos Cōrporis et Sāguinis sacrosānti pascis alimēto, ita divīnæ naturæ faciās esse consōrtes. Per Dōminum.



# ORDO MISSÆ





# ORDO MISSÆ CONVENTUALIS

1. Antequam conventus in ecclesia congregetur, presbyter in gradu sanctuarii prostratus orat silentio; deinde in vestiario vestes sacerdotales induit. Diaconus et acolythus autem cucullam induunt et ad sedes servitorum procedunt.

## Ritus initiales

2. Conventu congregato, presbyter, dum incipitur cantus ad introitum, solus ad gradum sanctuarii accedit. Ante medium altaris per aliquod tempus orat profunde inclinatus, manibus iunctis, mentem elevans ad Deum. Deinde ipsum altare osculo veneratur.

Cantus ad introitum, qui a monachis coopertis et super misericordias innixis, cantatur, ex antiphona et versiculo, cui subiungitur Glória Patri ... Sicut erat ..., necnon ex eadem antiphona iterata constat. Ad verba Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto monachi profunde se inclinant.

---

3. Cantu introitus absoluto, monachi detectis capitibus ad altare convertuntur. Omnes simul signant se signaculo crucis, dum presbyter solus submissa voce dicit:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.

et modice se inclinant.

Deinde presbyter, versa facie ad conventum, manus extendens et iungens, eum salutat dicens:

Dóminus vobíscum.

Monachi modice se inclinantes respondent:

Et cum spíritu tuo.

Presbyter hoc responsum modice se inclinans recipit, deinde sedem petit.

4. Super misericordias inclinati, monachi ad actum pænitentialem se præparant. Primum unusquisque conscientiam suam secreto examinat. Deinde presbyter dicit:

Adiutórium nostrum in nómine Dómini.

Conventus respondet:

Qui fecit cælum et terram.

Postea presbyter, modice inclinatus, manibus iunctis, una cum conventu dicit:

Confíteor Deo et vobis, fratres,  
quia peccávi nimis, mea culpa, per supérbiam

et omnes ter percutientes sibi pectus dicunt:

cogitatióne, locutióne, ópere et omissiÓne;  
precor beátam Maríam, omnes sanctos  
et vos, fratres: oráte pro me.

**Presbyter erigens se dicit:**

Misereatur nostri omnipotens Deus,  
per intercessionem beatae Mariae et omnium  
Sanctorum, et dimittat nobis omnia peccata nostra, et  
perducatur ad vitam aeternam.

**Conventus respondet:**

Amen.

Actus penitentialis omittitur quotiescumque aliquod Officium in ecclesia Missam  
praecedat, vel quando fit aliqua benedictio.

**5.** Diebus dominicis et sollemnibus, concluso officio Tertiae quod presbyter in choro moderatur, dum incipitur cantus ad introitum, ipse solus ad gradum sanctuarii accedit. Ante medium altaris per aliquod tempus orat profunde inclinatus, manibus iunctis, mentem elevans ad Deum. Deinde ipsum altare osculo veneratur et sedem celebrantis petit.

Diebus dominicis, loco actus penitentialis, fit benedictio et aspersio aquae benedictae in memoriam baptismi. Post introitum monachi stant cooperti versa facie ad altare. Presbyter exorditur:

Adiutorium nostrum in nomine Domini.

**Conventus respondet:**

Qui fecit caelum et terram.

**Postea presbyter conventum his verbis ad orandum invitat:**

Domini Deum nostrum, fratres carissimi, suppliciter deprecemur, ut hanc creaturam aquae benedicere dignetur, super nos aspergendam in nostri memoriam baptismi. Ipse autem nos adiuvare dignetur, ut fideles Spiritui, quem accepimus, maneamus.

**Post brevem pausam silentii dicit, manu dextera super sal extensa:**

Supplices te rogamus, omnipotens Deus,  
ut hanc creaturam salis  
benedicere + tua pietate digneris,  
qui per Elisum prophetam in aquam mitti eam iussisti,  
ut sanaretur sterilitas aquae.  
Praesta, Domine, quaesumus,  
ut ubicumque haec salis et aquae commixtio fuerit aspersa,  
omni impugnatione inimici depulsa,  
praesentia Sancti tui Spiritus nos iugiter custodiat.  
Per Christum Dominum nostrum.

**Conventus respondet:**

Amen.

**Presbyter prosequitur, manu dextera super aquam extensa:**

Omnipotens sempiterna Deus, qui voluisti ut per aquam,

fontem vitæ ac purificatiónis princípium,  
 étiam ánimæ mundaréntur,  
 æternæque vitæ munus excíperent,  
 dignáre, quæsumus, hanc aquam + benedícere,  
 qua vólumus hac die tua, Dómine, comuníri.  
 Fontem vivum in nobis tuæ grátia renovári et  
 ab omni malo spíritus et córporis per ipsam  
 nos deféndi concédas,  
 ut mundis tibi córdibus propinquáre  
 tuámque digne salútem valeámus accíperere.  
 Per Christum Dóminum nostrum.

**Conventus respondet:**

Amen.

**Deinde presbyter sal immittit in aquam. Tunc ad medium sanctuarii accedit, ubi incipit antiphonam:**

Aspérges me, Dómine, hyssópo et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.

**Vel tempore paschali:**

Vidi aquam egrediéntem de templo, a látere dextro, allelúia; et omnes, ad quos pervénit aqua ista, salvi facti sunt, et dicent: Allelúia, allelúia.

**Presbyter aspergit sanctuarium hoc modo: ante faciem altaris, ad cornu dexterum, ad cornu sinistrum. Facta profunda inclinatione, aspergendo circuit altare incipiens a parte sinistra, deinde redit ad gradum sanctuarii.**

**Cantu inchoato, monachi caput se detegunt et accedunt ad ipsum gradum. Singuli, profunde inclinati, asperguntur a presbytero. Ad sedes reversi, discooperti super misericordias innituntur.**

**Donec aspersio finiatur, versus Miserére mei, Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam et insequens, vel tempore paschali versus Confitémini Dómino quóniam bonus, quóniam in sáeculum misericórdia eius subiungi potest. Deinde antiphona repetitur.**

**Presbyter ultimo semetípsum aspergit; deinde, aspersorio ministro tradito, sedem petit.**

**6. Post actum pænitentialem aut benedictionem aut diebus sollemnibus post introitum, monachi stantes ad alterum chorum versi cantant alternatim per choros:**

Kýrie, eléison. Kýrie, eléison. Kýrie, eléison.

Christe, eléison. Christe, eléison. Christe, eléison.

Kýrie, eléison. Kýrie, eléison. Kýrie, eléison.

**7. Post ipsam supplicationem cantatur hymnus Glória in excélsis in omnibus sollemnitatibus; in diebus dominicis et festis duodecim lectionum necnon festis trium lectionum et memoriis de B. V. Maria extra tempus Adventus et Quadragesimæ; in diebus infra octavas et in vigilia Pentecostes. Cantatur etiam, extra tempus Adventus et Quadragesimæ, in Missis votivis de Domino, præter Missam de Cruce et de Passione, in Missis votivis de Sanctissima Trinitate et de Spiritu Sancto, in Missis votivis de**

B. V. Maria, præter Missam de Compassione, de sancto Ioseph et de sancto Patre nostro Brunone, de sanctis Angelis, necnon in Missa pro gratiarum actione. Presbyter incipit:

Glória in excélsis Deo

Cantor prosequitur, postea presbyter et conventus pergunt:

et in terra pax homínibus bonæ voluntátis.

Laudámus te,

benedícimus te,

adorámus te,

glorificámus te,

grátias ágimus tibi propter glóriam tuam  
magnam, Dómine Deus, Rex cæléstis, Deus Pater  
omnípotens.

Dómine Fili Unigénite Iesu Christe,

Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris,

qui tollis peccáta mundi, miserére nobis;

qui tollis peccáta mundi, súscipe deprecationem nostram.

Qui sedes ad dexteram Patris, miserére nobis.

Quóniam tu solus Sanctus, tu solus Dóminus, tu solus

Altíssimus, Iesu Christe, cum Sancto Spíritu in glória Dei Patris.

Amen.

Dum adorámus te atque súscipe deprecationem nostram cantantur, presbyter modice se inclinatur, alii vero super misericordias se inclinant.

**8. Deinde presbyter, manus iungens,**

dicit: Orémus.

Modice inclinatus paulisper orat silentio, monachi autem capita cooperiunt et super misericordias inclinati silentes cum ipso orant. Presbyter se erigit et, manibus insertis, dicit collectam, quæ concluditur hoc modo:

- **si dirigitur ad Patrem:** Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum;
- **si dirigitur ad Patrem, sed in fine ipsius fit mentio Filii:** Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum;
- **si dirigitur ad Filium:** Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Collecta expleta conventus acclamat:

Amen.

**9. In Missis infra hebdomadas Quadragesimæ, dicto a presbytero Orémus, diaconus in choro stans dicit Flectámus gēna. Tunc monachi detecti super formas procumbunt et per aliquod temporis spatium silentio orant. Postea diaconus surgens subiungit Leváte; tunc surgunt, et capita cooperiunt et super misericordias inclinati collectam auscultant.**

## Liturgia verbi

- 10.** Collecta conclusa, omnes sedent cooperti. Lector in lectorio profert lectionem, quam omnes attente audiunt.
- 11.** Post lectionem sequitur responsorium, quod a conventu cantatur. Deinde conventus canit Allelúia vel tractum, prout tempus liturgicum postulat.
- Allelúia cantatur omni tempore extra Quadragesimam, nisi aliter notetur.
  - In Quadragesima, in dominicis et aliquibus feriis loco Allelúia cantatur tractus, sicut et in sollemnitatibus festisque duodecim lectionum; non autem in festis trium lectionum.
  - Tempore paschali, a dominica in albis, plerumque pro responsorio cantatur Allelúia post quod sequitur Allelúia secundum.  
Postea omnes surgunt.

**12.** Ante finem Allelúia vel tractus diaconus pergat ad presbyterum, qui caput discooperit et surgit.

Si incensum adolendum est, diaconus naviculam porrigit presbytero, qui incensum in thuribulo imponit.

Deinde diaconus, stolam explicatam tenens, modice inclinatus submissa voce dicit:

Iube, domne, benedícere.

Presbyter autem submissa voce dicit:

Dóminus sit in corde tuo et in lábiis tuis, ut recte nobis pronúnties Evangélium pacis.

Diaconus respondet:

Amen.

Tunc stolam, adiuvante presbytero si opus est, induit. A diacono stola ita induitur ut super umerum sinistrum et a tergo per dexterum latus recepta sinistro brachio involvatur.

**13.** Diaconus ante medium altaris paulisper silentio orat, atque illud osculo veneratur in eo loco, ubi presbyter celebrabit.

Canto absoluto, omnes stant capitibus detectis versa facie ad sanctuarium. Diaconus stans in ambone, manibus insertis, dicit:

Dóminus vobíscum.

Conventus respondet:

Et cum spíritu tuo.

Diaconus:

Léctio sancti Evangélii secúndum N.,

Conventus acclamat:

Glória tibi, Dómine.

Omnes se signant et inclinant modice. Verbum Vitæ diaconus proclamat manibus insertis, presbyter autem manibus iunctis auscultat.

Diebus dominicis et sollemnitatibus, thuriferarius, post conventus responsum Glória tibi, Dómine, et pariter post Evangelii proclamationem, Evangelii librum triplici ductu thurificat.

Proclamatione Evangelii peracta, diaconus ipsum librum osculo veneratur. Sacrum silentium habetur. Postea diaconus stolam reponit.

**14.** Audito Evangelio, professio fidei cantatur diebus dominicis et sollemnitatibus (præterquam feria II Paschæ et sollemnitate S. Stephani protomartyris, nisi in dominica celebretur), feria V Hebdomadæ sanctæ, necnon festis duodecim lectionum Domini, de B. V. Maria et de Apostolis et Evangelistis (exceptis eorum vigiliis).

Monachi stant ad alterum chorum versi, diaconusque vadit ad sedem servitoris, presbyter vero incipit:

Credo in unum Deum,

Cantor prosequitur, postea presbyter et conventus pergunt:

Patrem omnipoténtem,  
factórem cæli et terræ,  
visibílium ómnium et invisibílium.  
Et in unum Dóminum Iesum Christum,  
Fílium Dei Unigénitum,  
et ex Patre natum ante ómnia sæcula.

Deum de Deo, lumen de lúmine: Deum verum de Deo  
vero, génitum non factum, consubstantiálem Patri: per  
quem ómnia facta sunt.

Qui propter nos hómines, et propter nostram salútem descéndit de cælis.  
Et incarnátus est de Spíritu Sancto  
ex María Vírgine, et homo factus est.

Presbyter modice se inclinatur, monachi vero veniam sumunt.

Crucifíxus étiam pro nobis, sub Póntio  
Piláto, passus et sepúltus est,  
et resurréxit tértia die secúndum Scriptúras,  
et ascéndit in cælum, sedet ad déxteram Patris.  
Et íterum ventúrus est cum glória iudicáre vivos et mórtuos,  
cuius regni non erit finis.  
Et in Spíritum Sanctum Dóminum, et vivificántem:  
qui ex Patre Filióque procedit.  
Qui cum Patre et Fílio simul adorátur et conglorificátur:  
qui locútus est per prophétas.

Ad simul adorátur, presbyter modice se inclinatur, monachi vero super misericordias se inclinant.

Et unam sanctam, cathólicam et apostólicam Ecclésiám.  
Confíteor unum baptísma in remissionem peccatórum.  
Et exspécto resurrectionem mortuórum,  
et vitam futúri sæculi. Amen.

**15.** Si oratio universalis habenda est, finito symbolo, monachi ad altare convertuntur. Presbyter, stans in sede, brevi monitione invitat ad orandum, deinde diaconus in ambone, vel lector in lectorio, intentiones proponit; post unamquamque omnes orant silentio vel brevis responsio datur. Post ultimam intentionem, monachi pro universo mundo deprecantur silentes, super misericordias inclinati. Presbyter precationem conventus oratione concludit. Responso Amen, monachi capita cooperiunt et sedent.

Oratio universalis fit diebus dominicis et diebus sollemnibus quibus Credo cantatur; omittitur autem in Missis primæ professionis temporariæ vel professionis sollemnis.

### Liturgia eucharistica

**16.** His absolutis, diaconus, disposito Missali super altare, vadit ad piscinam. Tecti ac sedentes monachi antiphonam ad offertorium incipiunt. Presbyter ad medium sanctuarii pergat et, facta profunda inclinatione, accedit ad altare.

**17.** Presbyter corporale explicat. Diaconus, sindone umero applicata, ad cornu altaris procedit et, interposita sindonis extremitate, calicem cum vino infuso et patenam cum pane, super calicem positam, elevata tenet et presbytero præsentat.

Presbyter vadit ad cornu altaris oblationemque accipit de manibus diaconi, qui postea sindonem deponit.

Diacono paululum aquæ cochleari in calicem infundente, presbyter submissa voce dicit:

De látere Dómini nostri Iesu Christi  
exívit Sanguis et aqua in remissionem peccatórum.

Cum ad convivium eucharisticum complura requiruntur vasa, diaconus, sindone umero applicata, unumquodque præsentat; presbyter in cornu altaris ea deponit. Postea, diaconus in unumquemque calicem aquam infundit dum presbyter semel dicit: De látere, etc.

**18.** Postea, nisi incensum adoleatur (*cf. infra, n. 20*), diaconus manus lavat presbytero, qui interea submissa voce dicit:

Lavábo inter innocéntes manus meas,  
et circúmdabo altáre tuum, Dómine.

**Et duos vel tres versus sequentes:**

Ut áudiam vocem laudis, et enárrem univérsa mirabília tua.  
Dómine, diléxi decórem domus tuæ, et locum habitatiónis glóriæ tuæ.  
Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam, et cum viris sánguinem vitam meam.

**19.** Presbyter, stans in medio altaris, calicem cum patena superposita ambabus manibus aliquantulum elevatum tenens offert, dicens secreto:

In spíritu humilitátis et in ánimo contríto suscipiámur a te, Dómine;  
et sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus.

**Signat crucem cum ipso calice supra corporale, dicens:**

In nómine Patris et Fílii et Spíritus Sancti. Amen.

Quo facto, calicem super corporale deponit, et ante eum patenam cum hostia. Calicem parte superiore corporalis cooperit.

Cantu offertorii persoluto, versa facie ad conventum, manus extendens atque iungens, eum invitat ut magnæ Preci eucharisticæ se consociet, dicens:

Oráte, fratres.

---

**20.** Si incensum adoleri debet, aqua in calicem infusa, statim elevationem facit (*cf.* supra *n.* 19). Deinde diaconus ad presbyteri latus pergat et naviculam ei præsentat ut incensum in thuribulo imponat. Quo tradito a diacono, presbyter supra oblata thuribulum elevatum tenet submissa voce dicens:

Dirigátur, Dómine, orátio mea sicut incensum in conspéctu tuo.

Tunc thurificat semel supra oblata in modum crucis, dicens:

In nómine Patris et Fílii et Spíritus Sancti. Amen.

Et semel in modum coronæ, ac deinde ad crucem altaris, ad cornu dexterum, ad cornu sinistrum, ter inferius ante faciem altaris. Postea presbyter thuribulum reddit diacono, qui ei manus lavat in cornu altaris.

Deinde, dum presbyter stat manibus iunctis in cornu altaris, diaconus, ante medium altaris stans versa facie ad crucem, ter eam thurificat. Postea, presbytero manibus insertis ante medium altaris redeunte, diaconus idem altare circuit thurificans. Postremo, cantu offertorii persoluto, catenis extensis thurificat presbyterum ad conventum versum dicentem: Oráte, fratres.

---

**21.** Dicto Oráte, fratres, presbyter versa facie ad altare, modice inclinatus, iunctis manibus, paulisper silentio orat. Monachi autem surgunt et, super misericordias inclinati, silentio deprecantur.

Deinde presbyter erectus, manibus insertis, orationem super oblata dicit, quæ concluditur conclusione brevior, id est: Per Christum Dóminum nostrum; si vero in fine ipsius fit mentio Filii: Qui vivit et regnat in sácula sæculórum.

Oratione expleta conventus acclamat:

Amen.

Diaconus chori dexteri servitoris sedem petit, thuribulo reposito, si incensum adhibitum est.



## PREX EUCHARISTICA

**22.** Post orationem super oblata monachi erecti stant versus altare.

Presbyter exspectat donec omnes quiescant; tum manus ante umeros tenens, Precem eucharisticam incipit.

Dóminus vobíscum.

Conventus respondet:

Et cum spírítu tuo.

Presbyter prosequitur:

Sursum corda.

Conventus respondet:

Habémus ad Dóminum.

Presbyter subdit:

Grátias agámus Dómino Deo nostro.

Conventus respondet:

Dignum et iustum est.

Postea presbyter prosequitur præfationem.

In fine autem præfationis presbyter modice se inclinat et iungit manus.

Monachi, super misericordias inclinati, ipsam præfationem concludunt, canentes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cæli et terra glória tua.

Hosánna in excélsis.

Benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Hosánna in excélsis.

Dum Sanctus cantatur campana pulsatur.

**23.** Præfatio dicitur propria, cum assignata est festo, festorum generi, vel mysterio; præfatio etiam de defunctis propria est. In Missis, quæ præfatione carent propria, præfatio de tempore sumitur.

In Missis votivis sumi potest sive præfatio propria mysterii vel sancti, sive præfatio de tempore.

## PRÆFATIO I DE ADVENTU

**24.** Sequens præfatio dicitur tempore Adventus in omnibus Missis, quæ præfatione carent propria, usque ad diem 24 decembris inclusive.

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est te, Deus,  
et cæléstia et terréna collaudáre:  
per Christum Dóminum nostrum.

Qui, primo in humilitáte carnis advéniens,  
expectatiónem sæculórum explévit.  
In consummatione vero témporis rédiens,  
Rex glóriæ ómnia restaurábit.

Unde, salutári tuo in gáudiis occurréntes,  
cum Angelis et Sanctis te laudámus, sine fine dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO II DE ADVENTU

**25.** Sequens præfatio dicitur tempore Adventus in omnibus Missis, quæ præfatione carent propria, usque ad diem 24 decembris inclusive.

**V/.** Dóminus vobíscum.

**R/.** Et cum spírítu tuo.

**V/.** Sursum corda.

**R/.** Habémus ad Dóminum.

**V/.** Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/.** Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere:  
Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne  
Deus: per Christum Dóminum nostrum.

Quem prædixerunt cunctórum præcónia prophetárum,  
Virgo Mater ineffábili dilectióne sustínuit,  
Ioánnes cécinit affutúrum et adesse monstrávit.  
Qui suæ nativitátis mystérium  
tríbuit nos præveníre gaudéntes,  
ut et in oratióne pervígiles  
et in suis invéniat láudibus exsultántes.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis,  
cum Thronis et Dominatió nibus,  
cumque omni milítia cæléstis exércitus,  
hymnum glóriæ tuæ cánimus,  
sine fine dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO DE NATIVITATE DOMINI

**26.** Sequens præfatio dicitur in Missis de Nativitate Domini, singulis diebus infra octavam Nativitatis, etiam in Missis, quæ secus præfationem propriam haberent, et in dominica et in diebus ferialibus temporis Nativitatis usque ad diem 5 ianuarii inclusive, necnon in festo Sanctissimi Nominis Iesu et in festo Sanctæ Familiæ. Hæc præfatio etiam dici potest in aliis Domini sollemnitatibus et festis, quæ præfatione carent propria.

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine,  
sancte Pater, omnípotens ætérne Deus:

Quia per incarnáti Verbi mystérium  
nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit:  
ut, dum visibíliter Deum cognóscimus,  
per hunc in invisibílium amórem rapiámur.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum  
Thronis et Dominatió nibus, cumque omni  
milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ  
cánimus, sine fine dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO DE EPIPHANIA DOMINI

**27.** Sequens præfatio dicitur a sollemnitate Epiphaniæ usque ad festum Baptismatis Domini inclusive, præterquam in festo S. Familiæ.

**V/.** Dóminus vobíscum.

**R/.** Et cum spírítu tuo.

**V/.** Sursum corda.

**R/.** Habémus ad Dóminum.

**V/.** Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/.** Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine,  
sancte Pater, omnípotens ætérne Deus:

Quia cum Unigénitus tuus  
in substántia nostræ mortalitátis appáruit,  
nova nos immortalitátis suæ luce reparávit.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum  
Thronis et Dominatióibus, cumque omni  
milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ  
cánimus, sine fine dicétes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO I DE QUADRAGESIMA

**28.** Sequens præfatio dicitur in Missis de tempore a feria IV Cinerum usque ad dominicam V in Quadragesima exclusive.

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine,  
sancte Pater, omnípotens ætérne Deus:

Qui corporáli ieiúnio vítia cómprimis, mentem  
élevas, virtútem largírís et præmia:  
per Christum Dóminum nostrum.

Per quem maiestátem tuam laudant Angeli,  
adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes.  
Cæli cælorúmque Virtútes, ac beáta  
Séráphim, sócia exsultatióne concélebrant.

Cum quibus et nostras voces ut admítteri iúbeas, deprecámur,  
súpplíci confessiόne dicétes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO II DE QUADRAGESIMA

**29.** Sequens præfatio dicitur in Missis de tempore a feria IV Cinerum usque ad dominicam V in Quadragesima exclusive.

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere:  
Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne  
Deus: per Christum Dóminum nostrum.

Quia fidélibus tuis dignánte concédís  
quotánnis paschália sacraménta  
in gáudio purificátis méntibus exspectáre:  
ut, pietátis offícia et ópera caritátis propénsius  
exsequéntes, frequentatióne mysteriórum, quibus renáti  
sunt, ad grátiae filiórum plenitúdinem perducántur.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis,  
cum Thronis et Dominatió nibus,  
cumque omni milítia cæléstis exércitus,  
hymnum glóriæ tuæ cánimus,  
sine fine dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO I DE PASSIONE DOMINI

**30.** Sequens præfatio dicitur in Missis de tempore a dominica V in Quadragesima usque ad feriam IV Hebdomadæ Sanctæ inclusive, necnon in festo Exaltationis Sanctæ Crucis.

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine,  
sancte Pater, omnípotens ætérne Deus:

Qui salútem humáni géneris in ligno crucis constituísti,  
ut unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret;  
et, qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur:  
per Christum Dóminum nostrum.

Per quem maiestátem tuam laudant Angeli,  
adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes.  
Cæli cælorúmque Virtútes, ac beáta  
Séráphim, sócia exsultatióne concélebrant.

Cum quibus et nostras voces ut admítte iúbeas, deprecámur,  
súpplíci confessiόne dicétes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.



## PRÆFATIO II DE PASSIONE DOMINI

**31.** Sequens præfatio dicitur in Missis de tempore a dominica V in Quadragesima usque ad feriam IV Hebdomadæ Sanctæ inclusive, necnon in festo Exaltationis Sanctæ Crucis.

*V/* . Dóminus vobíscum.

*R/* . Et cum spírítu tuo.

*V/* . Sursum corda.

*R/* . Habémus ad Dóminum.

*V/* . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

*R/* . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tuæ pietáti semper grátias ágere: miséricors Pater, omnípotens Deus: per Iesum Christum Dóminum nostrum.

Qui factus obœdiens usque ad mortem in cruce nos redémit, et seípsum per Spírítum Sanctum tibi ófferens idem sacérdos et agnus exhibuit.

Et ídeo, cum Angelórum atque Sanctórum turba hymnum laudis tibi cánimus, sine fine dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cæli et terra glória tua.

Hosánna in excélsis.

Benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO PASCHALIS I

**32.** Sequens præfatio dicitur tempore paschali usque ad vigiliam Ascensionis inclusive.

In Missa Vigiliæ paschalis dicitur: in hac potíssimum nocte; in die Paschæ et per totam Octavam: in hac potíssimum die; post Octavam: in hoc potíssimum.

V/. Dóminus vobíscum.

R/. Et cum spírítu tuo.

V/. Sursum corda.

R/. Habémus ad Dóminum.

V/. Grátias agámus Dómino Deo nostro.

R/. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre:  
Te quidem, Dómine, omni témpore confitéri,  
sed in hac potíssimum nocte (die) gloriósius prædicáre,  
(sed in hoc potíssimum gloriósius prædicáre), cum  
Pascha nostrum immolátus est Christus.

Ipse enim verus est Agnus,  
qui ábstulit peccáta mundi.  
Qui mortem nostram moriéndo destrúxit,  
et vitam resurgéndo reparávit.

Quaprópter, profúsis paschálibus gáudiis,  
totus in orbe terrárum mundus exsúltat.  
Sed et supérnæ virtútes atque angélicæ potestátes  
hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicétes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO PASCHALIS II

**33.** Sequens præfatio dicitur a Feria II post dominicam in Albis usque ad vigiliam Ascensionis inclusive.

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre:  
Te quidem, Dómine, omni témpore confitéri,  
sed in hoc potíssimum gloriósius prædicáre,  
cum Pascha nostrum immolátus est Christus.

Qui se pro nobis offérre non désinit,  
nosque apud te perénni advocatióne deféndit;  
qui immolátus iam non móritur, sed semper  
vivit occísus.

Quaprópter, profúsis paschálibus gáudiis,  
totus in orbe terrárum mundus exsúltat.  
Sed et supérnæ virtútes atque angélicæ potestátes  
hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO DE ASCENSIONE DOMINI

**34.** Sequens præfatio dicitur in sollemnitate Ascensionis Domini et in dominica et in diebus ferialibus inter Ascensionem et vigiliam Pentecostes exclusive.

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere:  
Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne  
Deus: per Christum Dóminum nostrum.

Qui post resurrectiÓNem suam  
ómibus discípulis suis maniféstus appáruit,  
et ipsis cernéntibus est elevátus in cælum, ut  
nos, promissiÓNem tuam exspectántes,  
divinitátis suæ tribúeret esse partícipes.

Quaprópter, profúsis paschálibus gáudiis,  
totus in orbe terrárum mundus exsúltat.  
Sed et supérnæ virtútes atque angélicæ potestátes  
hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO I DE SPIRITU SANCTO

**35.** Sequens præfatio dicitur in Missis vigiliæ et sollemnitatis Pentecostes et in Missis votivis de Spiritu Sancto.

In Missis vigiliæ et sollemnitatis Pentecostes dicitur: hódie. In Missis votivis extra tempus paschale omittitur: paschálibus.

V/. Dóminus vobíscum.

R/. Et cum spíritu tuo.

V/. Sursum corda.

R/. Habémus ad Dóminum.

V/. Grátias agámus Dómino Deo nostro.

R/. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est nos tibi grátias ágere,  
et semper benedícere teque laudáre: omnípotens  
ætérne Deus:  
per Iesum Christum Dóminum nostrum.

Tu enim sacraméntum paschále consúmmandum,  
fíliis adoptiónis (hódie) Spírítum Sanctum es  
largítus, qui unitátis operátor mirábilis Ecclésiám  
sanctam implet et regit.

Quaprópter, profúsis (paschálibus) gáudiis,  
totus in orbe terrárum mundus exsúltat.

Sed et supérnæ virtútes atque angélicæ potestátes  
hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO II DE SPIRITU SANCTO

**36.** Sequens præfatio dicitur in Missis votivis de Spiritu Sancto.

In Missis votivis extra tempus paschale omittitur: paschálibus.

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere:  
Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne  
Deus: per Christum Dóminum nostrum.

Qui, ascéndens super omnes cælos  
sedénsque ad déxteram tuam,  
promíssum Spírítum Sanctum in fílios adoptiόνis effúdit.

Quaprópter profúsis (paschálibus) gáudiis,  
totus in orbe terrárum mundus exsúltat.  
Sed et supérnæ virtútes atque angélicæ potestátes  
hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicétes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO I TEMPORIS «PER ANNUM»

**37.** Sequens præfatio dicitur in dominicis et in diebus ferialibus temporis «per annum».

**V/.** Dóminus vobíscum.

**R/.** Et cum spíritu tuo.

**V/.** Sursum corda.

**R/.** Habémus ad Dóminum.

**V/.** Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/.** Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere:  
Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne  
Deus: per Christum Dóminum nostrum.

Qui, humánis miserátus erróribus,  
de Vírgine nasci dignátus est.

Qui, crucem passus, a perpétua morte nos liberávit  
et, a mórtuis resúrgens, vitam nobis donávit ætérrnam.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum  
Thronis et Dominatió nibus, cumque omni  
milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ  
cánimus, sine fine dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO II TEMPORIS «PER ANNUM»

**38.** Sequens præfatio dicitur in dominicis et in diebus ferialibus temporis «per annum».

**V/.** Dóminus vobíscum.

**R/.** Et cum spírítu tuo.

**V/.** Sursum corda.

**R/.** Habémus ad Dóminum.

**V/.** Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/.** Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine,  
sancte Pater, omnípotens ætérne Deus.

Quia fílios, quos longe peccáti crimen abstúlerat,  
per sánguinem Fílii tui Spíritúsque virtúte, in  
unum ad te dénuo congregáre voluísti:  
ut plebs, de unitáte Trinitátis adunáta,  
in tuæ laudem sapiéntiæ multifórmis  
Christi corpus templúmque Spíritus noscerétur Ecclésia.

Et ídeo, choris angélicis sociáti,  
te laudámus in gáudio confiténtes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.



## PRÆFATIO III TEMPORIS «PER ANNUM»

**39.** Sequens præfatio dicitur in dominicis et in diebus ferialibus temporis «per annum».

**V/.** Dóminus vobíscum.

**R/.** Et cum spíritu tuo.

**V/.** Sursum corda.

**R/.** Habémus ad Dóminum.

**V/.** Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/.** Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi, sancte Pater, semper et ubíque grátias  
ágere per Fílium dilectiónis tuæ Iesum Christum,  
Verbum tuum per quod cuncta fecísti:  
quem misísti nobis Salvatórem et Redemptórem,  
incarnátum de Spíritu Sancto et ex Vírgine natum.

Qui voluntátem tuam adímplens  
et pópulum tibi sanctum acquírens  
exténdit manus cum paterétur,  
ut mortem sólveret et resurrectionem manifestáret.

Et ídeo cum Angelis et ómnibus Sanctis  
glóriam tuam prædicámus, una voce dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO IV TEMPORIS «PER ANNUM»

**40.** Sequens præfatio dicitur in dominicis et in diebus ferialibus temporis «per annum».

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine,  
sancte Pater, omnípotens ætérne Deus:

Qui bonitáte hómínem condidísti,  
ac iustítia damnátum misericórdia redemísti:  
per Christum Dóminum nostrum.

Per quem maiestátem tuam laudant Angeli,  
adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes.  
Cæli cælorúmque Virtútes, ac beáta  
Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant.

Cum quibus et nostras voces ut admítte iúbeas, deprecámur,  
súpplíci confessióne dicétes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO DE SANCTISSIMA TRINITATE

**41.** Sequens præfatio dicitur in sollemnitate Sanctissimæ Trinitatis et in Missis votivis de Sanctissima Trinitate; ad libitum in Missis in sacello celebratis, in dominicis temporis «per annum».

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine,  
sancte Pater, omnípotens ætérne Deus:

Qui cum Unigénito Fílio tuo et Spírítu Sancto  
unus es Deus, unus es Dóminus: non in uníus  
singularitáte persónæ,  
sed in uníus Trinitáte substántiæ.

Quod enim de tua glória, revelánte te,  
crédimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spírítu  
Sancto, sine differentia discretiónis sentímus.

Ut, in confessióne veræ sempiternæque Deitátis,  
et in persónis proprietas, et in esséntia únitas,

et in maiestáte adorétur æquálitas.

Quem laudant Angeli atque Archángeli,  
Chérubim quoque ac Séraphim,  
qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.

Hosánna in excélsis.

Benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO DE SANCTISSIMA EUCHARISTIA

**42.** Sequens præfatio dicitur in Missa «In Cena Domini», in sollemnitate Sanctissimi Corporis et Sanguinis Christi et in Missis votivis de Sanctissima Eucharistia.

*VI.* Dóminus vobíscum.

*R/.* Et cum spírítu tuo.

*VI.* Sursum corda.

*R/.* Habémus ad Dóminum.

*VI.* Grátias agámus Dómino Deo nostro.

*R/.* Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere:  
Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne  
Deus: per Christum Dóminum nostrum.

Qui, sine peccáti mácula sacerdos et víctima,  
semetípsum obtulit et præcépit offérrí; cuius  
Carne dum páscimur, et Sáanguine dum  
potámur,  
vitam habémus ætérnam.

Unde et nos tibi grátias ágimus  
et tuas virtútes cum Angelis prædicámus, dicétes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO DE SACRATISSIMO CORDE IESU

**43.** Sequens præfatio dicitur in sollemnitate Sacratissimi Cordis Iesu et in Missis votivis de Sacratissimo Corde Iesu.

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere:  
Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne  
Deus: per Christum Dóminum nostrum.

Qui, mira caritáte, exaltátus in cruce,  
pro nobis trádidit semetípsum,  
atque de transfíxo látere sánguinem fudit et  
aquam, ex quo manárent Ecclésiæ sacraménta,  
ut omnes, ad Cor apértum Salvatóris attrácti,  
iúgiter haurírent e fóntibus salutis in gáudio.

Et ídeo, cum Sanctis et Angelis univérsis,  
te collaudámus, sine fine dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO DE DOMINO NOSTRO IESU CHRISTO

**44.** Sequens præfatio dicitur ad libitum in sollemnitatibus et festis Domini, quæ præfatione propria carent.

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere:  
Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne  
Deus: per Christum Dóminum nostrum.

Cuius mortem in caritáte celebrámus,  
resurrectiónem fide vívida confitémur, advéntum  
in glória spe firmíssima præstolámur.

Et ídeo, cum Sanctis et Angelis univérssis,  
te collaudámus, sine fine dicétes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cæli et terra glória tua.

Hosánna in excélsis.

Benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO DE DEDICATIONE ECCLESIAE

**45. Sequens præfatio dicitur in festis Dedicacionis ecclesiae.**

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine,  
sancte Pater, omnípotens ætérne Deus:

Qui domum oratiónis muníficus inhabitáre  
dignáris, ut, grátia tua perpétuis fovénte subsidiis,  
templum Spírítus Sancti ipse nos perfícias,  
acceptábilis vitæ splendóre corúscans.

Sed et visibílibus ædifíciis adumbrátam,  
Christi sponsam Ecclésiám perénni operatióne  
sanctíficas, ut, innumerábili prole mater exsúltans, in  
glóriam tuam collocétur in cælis.

Et ídeo, cum Sanctis et Angelis univérsis,  
te collaudámus, sine fine dicétes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO I DE BEATA VIRGINE MARIA

### 46. Sequens præfatio dicitur in Missis de Beata Virgine Maria.

**Dicitur:** Et te in Maternitate, **vel** Compassione, **vel** Visitatione, **vel** Assumptione, **vel** Nativitate, **vel** Præsentatione, **vel** Conceptione Immaculata, **secundum denominationem festi (seu mysterii). In omnibus aliis festis dicitur:** Et te in commemoratione, **nisi aliud notetur. In Missis votivis, in quibus speciale mysterium non exprimitur, dicitur:** Et te in veneratione.

**V/.** Dóminus vobíscum.

**R/.** Et cum spírítu tuo.

**V/.** Sursum corda.

**R/.** Habémus ad Dóminum.

**V/.** Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/.** Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine,  
sancte Pater, omnípotens ætérne Deus:

Et te in ... beátæ Mariæ semper Vírginis laudáre, benedícere et prædicáre.  
Quæ et Unigénitum tuum Sancti Spírítus obumbratióne concépit, et,  
virginitátis glória permanénte,  
huic mundo lumen ætérnum effúdit,  
Iesum Christum Dóminum nostrum.

Per quem maiestátem tuam laudant Angeli,  
adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes.  
Cæli cælorúmque Virtútes, ac beáta  
Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant.

Cum quibus et nostras voces ut admítte iúbeas,  
deprecámur, súpplíci confessióne dicétes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.



## PRÆFATIO II DE BEATA VIRGINE MARIA

**47. Sequens præfatio dicitur in Missis de Beata Virgine Maria.**

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine,  
sancte Pater, omnípotens ætérne Deus:

Et te in memória beátæ Maríæ semper  
Víriginis collaudáre, benedícere et prædicáre.

Quæ mystério Christi tui íntime sociáta, filios  
tibi cum Ecclésia generáre non désinit, quos  
ad perféctam caritátem persecuéndam, urget  
amóre, átrahit exémplicis.

Ipsa enim vitæ evangélicæ exsístit imágo,  
quam súpplíces intuéntes,  
díscimus eius mente te super ómnia dilígere,  
eius spírítu Verbum tuum iúgiter  
contemplári, eius corde frátribus deservíre.

Et ídeo, choris angélicis sociáti,  
te laudámus in gáudio confiténtes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO III DE BEATA VIRGINE MARIA

**48.** Sequens præfatio dicitur in Missis de Beata Virgine Maria.

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine,  
sancte Pater, omnípotens ætérne Deus.

Quóniam Vírginem Maríam Christi matrem  
elegísti, quæ stans iuxta crucem Unigéniti, nos in  
fílios eódem suscepit amóre.

Et ídeo, cum cælórum Virtútibus,  
in terris te iúgiter celebrámus,  
maiestáti tuæ sine fine clamántes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO DE ANGELIS

**49.** Sequens præfatio dicitur in sollemnitate sancti Michaelis Archangeli, in memoria sanctorum Angelorum Custodum et in Missis votivis de sanctis Angelis vel de sanctis Angelis Custodibus.

**V/.** Dóminus vobíscum.

**R/.** Et cum spírítu tuo.

**V/.** Sursum corda.

**R/.** Habémus ad Dóminum.

**V/.** Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/.** Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine,  
sancte Pater, omnípotens ætérne Deus:

Et in Archángelis Angelísque tuis tua præcónia non tacére,  
quia ad excelléntiam tuam recúrrit et glóriam quod  
angélica creatúra tibi probábilis honorétur:  
et, cum illa sit amplo decóre digníssima,  
tu quam sis imménsus  
et super ómnia præferéndus osténderis,  
per Christum Dóminum nostrum.

Per quem multitúdo Angelórum tuam célebrat  
maiestátem, quibus adorántes in exsultatióne  
coniúngimur, una cum eis laudis voce clamántes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO DE SANCTO IOSEPH

**50.** Sequens præfatio dicitur in sollemnitate sancti Ioseph et in Missis votivis de sancto Ioseph.

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine,  
sancte Pater, omnípotens ætérne Deus.

Qui beátum Ioseph Deíparæ Vírgini sponsum  
delegísti, ut Fílium Dei patérna vice custodíret  
et Ecclésiám tuam patrónus singuláris protégeret.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum  
Thronis et Dominatió nibus, cumque omni  
milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ  
cánimus, sine fine dicétes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cæli et terra glória tua.

Hosánna in excélsis.

Benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO DE APOSTOLIS ET EVANGELISTIS

**51.** Sequens præfatio dicitur in sollemnitatibus et festis duodecim lectionum sanctorum Apostolorum et Evangelistarum. Dici potest in aliis festis et memoriis eorum.

**V/.** Dóminus vobíscum.

**R/.** Et cum spírítu tuo.

**V/.** Sursum corda.

**R/.** Habémus ad Dóminum.

**V/.** Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/.** Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine,  
sancte Pater, omnípotens ætérne Deus:

Qui gregem tuum, Pastor ætérne, non déseris,  
sed per beátos Apóstolos contínua protectióne  
custódís, ut íisdem rectóribus gubernétur,  
quos Fílii tui vicários eídem contulísti præesse pastóres.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis,  
cum Thronis et Dominationibus,  
cumque omni milítia cæléstis exércitus,  
hymnum glóriæ tuæ cánimus,  
sine fine dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO DE SANCTIS MARTYRIBUS

**52.** Sequens præfatio dicitur in sollemnitatibus et festis duodecim lectionum sanctorum Martyrum. Dicitur potest in aliis festis et memoriis eorum.

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine,  
sancte Pater, omnípotens ætérne Deus:

Quóniam beáti mártiris **N.** (beatórum mártýrum **N.** et **N.**)  
pro confessióne nóminis tui,  
ad imitatióem Christi,  
sanguis effúsus tua mirábília maniféstat,  
quibus pérficis in fragilitáte virtútem,  
et vires infírmas ad testimónium róboras,  
per Christum Dóminum nostrum.

Et ídeo, cum cælórum Virtútibus,  
in terris te iúgiter celebrámus,  
maiestáti tuæ sine fine clamánte:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO DE SANCTIS PASTORIBUS ET DOCTORIBUS

**53.** Sequens præfatio dicitur in sollemnitatibus et festis duodecim lectionum sanctorum Pastorum et Doctorum. Dicitur potest in aliis festis et memoriis eorum.

**V/.** Dóminus vobíscum.

**R/.** Et cum spírítu tuo.

**V/.** Sursum corda.

**R/.** Habémus ad Dóminum.

**V/.** Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/.** Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
te ætérnum et omnipoténtem Deum incessánter prædicáre,  
tibi que in ómnibus grátias ágere:  
per Iesum Christum Unigénitum tuum.

Qui, mystéria tui enárrans amóris, præcónes  
Evangélli Sancto Spírítu suscitávit ut  
plebem perféctam tibi præparárent.

Et ídeo, cum Sanctis et Angelis univérsis,  
te collaudámus, sine fine dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO DE SANCTIS MONACHIS

**54.** Sequens præfatio dicitur in sollemnitatibus et festis duodecim lectionum sanctorum Monachorum. Dicitur potest in aliis festis et memoriis eorum.

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, omnípotens ætérne  
Deus, te in ómnibus semper laudáre:  
per Iesum Christum Dóminum nostrum.

Quem solum in desérto secúti sunt sacri erémi  
cultóres in oratióne Dei perseverántem  
et mystérium compléntem salútis.

Et nos, post ipsos, ad sequélam Christi  
et Ecclésiæ servítium vocáti,  
tibi, Dómine, cum Sanctis et Angelis univérsis grátias ágimus,  
sine fine dicétes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.



## PRÆFATIO DE SANCTIS VIRGINIBUS

**55.** Sequens præfatio dicitur in sollemnitatibus et festis duodecim lectionum sanctarum Virginum. Dicitur potest in aliis festis et memoriis earum.

**V/.** Dóminus vobíscum.

**R/.** Et cum spírítu tuo.

**V/.** Sursum corda.

**R/.** Habémus ad Dóminum.

**V/.** Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/.** Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere:  
Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne  
Deus: per Christum Dóminum nostrum.

Qui natus ex Vírgine, post se traxit vírgines,  
ut ipsi soli adhæréntes,  
ad núptias lætántes ingrederéntur.

Ubi cum Angelis et Archángelis,  
cumque omni congregatióne Sanctórum,  
hymnum laudis tibi cóncinunt,  
sine fine dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO DE SANCTIS

**56.** Sequens præfatio dicitur in sollemnitate omnium Sanctorum, in sollemnitatibus et festis duodecim lectionum Sanctorum, quæ præfatione carent propria. Dicitur potest in aliis festis et memoriis Sanctorum.

**V/.** Dóminus vobíscum.

**R/.** Et cum spírítu tuo.

**V/.** Sursum corda.

**R/.** Habémus ad Dóminum.

**V/.** Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/.** Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est nos tibi semper,  
Pater omnípotens, offérre hymnum  
et laudatiónis prómere cánticum:  
per Iesum Christum Dóminum nostrum.

Quia in Sanctis tuis plenitúdinem Fílii admirámur,  
et virtútem Spírítus Sancti percípimus,  
communicántes caritatí eórum  
qui vixérunt ad laudem glóriæ tuæ.

Quaprópter cum frequéntia Angelórum  
et imménsa turba beatórum,  
te fontem omnis sanctitátis laudámus,  
iucúnde canéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis.  
Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

## PRÆFATIO DE DEFUNCTIS

**57. Sequens præfatio dicitur in Missis defunctorum.**

**V/** . Dóminus vobíscum.

**R/** . Et cum spírítu tuo.

**V/** . Sursum corda.

**R/** . Habémus ad Dóminum.

**V/** . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

**R/** . Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere:  
Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne  
Deus: per Christum Dóminum nostrum.

In quo nobis spes beátæ resurrectiόνis effúlsit, ut, quos  
contrístat certa moriéndi condíció, eósdem consolétur  
futúráe immortalitátis promíssio. Tuis enim fidélibus,  
Dómine, vita mutátur, non tóllitur, et, dissolúta  
terréstris huius incolátus domo, ætérna in cælis  
habitátio comparátur.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis,  
cum Thronis et Dominatió nibus,  
cumque omni milítia cæléstis exércitus,  
hymnum glóriæ tuæ cánimus,  
sine fine dicétes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth,  
Pleni sunt cæli et terra glória tua.

Hosánna in excélsis.

Benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Hosánna in excélsis.

**58.** Presbyter Precem eucharisticam secreta voce profert.

Expleto cantu **Sanctus**, monachi capita ex toto vestiunt. Si in Missa **Kýrie** dominicale cantatum est, vel si dies festus est, de more versa facie ad altare stant; alias super formas genibus flexis procumbunt. Prior conventus modum Preci eucharistiæ assistendi aliter ordinare potest. Appropinquante narratione institutionis, cum presbyter manus super oblata expandit, pro opportunitate signo a diacono dato, monachi genua flectunt, versa facie ad altare, nudatis capitibus manibusque iunctis ante pectus. Absoluta secunda consecratione, post parvam calicis elevationem, monachi se prosternunt, donec diaconus iterum signum det. Tunc monachi surgunt, vel super formas genibus flexis procumbunt, ut antea, et capita cooperiunt.

# PREX EUCHARISTICA I

## seu CANON ROMANUS

### 59. Presbyter, profunde inclinatus, manibus iunctis, dicit:

**T**E IGITUR, clementissime Pater,  
per Iesum Christum, Fílium tuum,  
Dóminum nostrum,  
súpplīces rogámus ac pétimus,  
uti accépta hábeas

*erigit se et signat semel super panem et calicem simul, dicens:*

et benedícas + hæc dona, hæc múnera,  
hæc sancta sacrificia illibáta,

*manibus modo crucifixi extensis, prosequitur:*

in primis, quæ tibi offérimus  
pro Ecclésia tua sancta cathólica:  
quam pacificáre, custodíre, adunáre  
et régere dignéris toto orbe terrárum:  
una cum fámulo tuo Papa nostro **N.**  
et Antístite nostro **N.**  
et ómnibus orthodoxis atque cathólicæ  
et apostólicæ fídei cultóribus.

### 60. Commemoratio pro vivis.

*Unus e concelebrantibus proferre potest.*

Meménto, Dómine,  
famulórum famularúmque tuárum **N.** et **N.**

*orat aliquantulum pro quibus orare intendit, deinde prosequitur:*

et ómnium circumstántium,  
quorum tibi fides cógnita est et nota  
devótio, pro quibus tibi offérimus:  
vel qui tibi ófferunt hoc sacrificium laudis,  
pro se suisque ómnibus:  
pro redemptióne animárum suárum,  
pro spe salútis et incolumitátis suæ:  
tibique reddunt vota sua  
ætérno Deo, vivo et vero.

### 61. Infra Actionem.

*Alius e concelebrantibus proferre potest.*

Communicántes,  
et memóriam venerántes,

in primis gloriósæ semper Vírginis Maríæ,  
Genetrícis Dei et Dómini nostri Iesu Chrísti:

\* sed et beáti Ioseph, eiúsdem Vírginis Sponsi,  
et beatórum Apostolórum ac Mártyrum  
tuórum, Petri et Pauli, Andréæ,

(Iacóbi, Ioánnis,  
Thomæ, Iacóbi, Philíppi,  
Bartholomæi, Matthæi,  
Simónis et Thaddæi:

Lini, Cleti, Cleméntis,  
Xysti, Cornélii, Cypriáni,  
Lauréntii, Chrysógoni,  
Ioánnis et Pauli,  
Cosmæ et Damiáni)

et ómnium Sanctórum tuórum;  
quorum méritis precibúsq; concédas,  
ut in ómnibus protectiónis tuæ  
muniámur auxílio.

(Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

## COMMUNICANTES PROPRIA

### In Nativitate Domini et per octavam

Communicántes,

et (noctem sacratíssimam celebrántes) diem sacratíssimum celebrántes,  
(qua) quo beátæ Maríæ intemeráta virgíntas huic mundo édedit  
Salvatórem:

sed et memóriam venerántes,

in primis eiúsdem gloriósæ semper Vírginis Maríæ,  
Genetrícis eiúsdem Dei et Dómini nostri Iesu Christi: \*

### In Epiphania Domini et in Baptismate Domini

Communicántes,

et diem sacratíssimum celebrántes,

quo Unigénitus tuus, in tua tecum glória coætérnus, in  
veritate carnis nostræ visibíliter corporális appáruit:

sed et memóriam venerántes,

in primis gloriósæ semper Vírginis Maríæ,  
Genetrícis eiúsdem Dei et Dómini nostri Iesu Christi: \*

### In Cena Domini

Communicántes,

et diem sacratíssimum celebrántes,

quo Dóminus noster Iesus Christus  
pro nobis est tráditus;

sed et memóriam venerántes,  
in primis gloriósæ semper Vírginis Mariæ,  
Genetrícis eiúsdem Dei et Dómini nostri Iesu Christi: \*

### **A Missa Vigiliæ paschalis usque ad dominicam II Paschæ**

Communicántes,  
et (noctem sacratíssimam) diem sacratíssimum celebrántes  
Resurrectiόνis Dómini nostri Iesu Christi secúndum  
carnem: sed et memóriam venerántes,  
in primis gloriósæ semper Vírginis Mariæ,  
Genetrícis eiúsdem Dei et Dómini nostri Iesu Christi: \*

### **In Ascensione Domini**

Communicántes,  
et diem sacratíssimum celebrántes,  
quo Dóminus noster, Unigénitus Fílius  
tuus, unítam sibi fragilitátis nostræ  
substántiam in glóriæ tuæ dextera  
collocávit: sed et memóriam venerántes,  
in primis gloriósæ semper Vírginis Mariæ,  
Genetrícis eiúsdem Dei et Dómini nostri Iesu Christi: \*

### **Ad Missam vigiliæ Pentecostes et in dominica eiusdem**

Communicántes,  
et diem sacratíssimum Pentecóstes  
celebrántes, quo Spíritus Sanctus  
Apóstolis in ígneis linguis appáruit:  
sed et memóriam venerántes,  
in primis gloriósæ semper Vírginis Mariæ,  
Genetrícis Dei et Dómini nostri Iesu Christi: \*

---

#### **62. Manibus modo crucifixi extensis, prosequitur:**

Hanc ígitur oblatiόνem servitútis nostræ,  
sed et cunctæ famíliæ tuæ,  
quæsumus, Dómine, ut placátus accípias:  
diésque nostros in tua pace dispónas,  
atque ab æténa damnatióne nos éripi  
et in electórum tuórum iúbeas grege numerári.  
(Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

---

#### **– In Cena Domini**

Hanc ígitur oblatiόνem servitútis nostræ,  
sed et cunctæ famíliæ tuæ,

quam tibi offérimus ob diem,  
 in qua Dóminus noster Iesus Christus  
 trádidit discíplis suis  
 Córporis et Sánguinis sui mystéria  
 celebránda: quásumus, Dómine, ut placátus  
 accípias: diésque nostros in tua pace dispónas,  
 atque ab æténa damnatióne nos éripi  
 et in electórum tuórum iúbeas grege numerári.  
 (Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

**A Missa Vigilæ paschalis usque ad dominicam II Paschæ,  
 atque ad Missam vigilæ Pentecostes et in dominica  
 eiusdem**

Hanc ígitur oblatiόνem servitútis nostræ,  
 sed et cunctæ famíliæ tuæ,  
 quam tibi offérimus  
 pro his quoque, quos regeneráre dignátus es ex aqua et Spíritu  
 Sancto, tríbuens eis remissiόνem ómnium peccatórum,  
 quásumus, Dómine, ut placátus accípias:  
 diésque nostros in tua pace dispónas,  
 atque ab æténa damnatióne nos éripi  
 et in electórum tuórum iúbeas grege numerári.  
 (Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

**In ipsa die professionis perpetuæ**

Hanc ígitur oblatiόνem servitútis nostræ,  
 sed et fámuli tui,  
 quam tibi in die eius professiόνis  
 offérimus, quásumus, Dómine,  
 placátus áccipe et propitiátus sanctífica;  
 ut qui, te largiénte,  
 hódie vitam suam tibi dicávit,  
 in Fílii tui glorióso advéntu  
 ætérxæ Paschæ gáudio mereátur admítte.  
 (Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

**63. Manus super oblata expansas tenens, dicit:**

Quam oblatiόνem tu, Deus, in ómnibus,  
 quásumus, benedíctam, adscríptam, ratam,  
 rationábilem, acceptabilémque fácere dignéris:  
 ut nobis Corpus et Sanguis fiat dilectíssimi Fílii tui  
 iungit manus

Dómini nostri Iesu Christi.

**64. In formulis quæ sequuntur, verba Domini proferantur distincte et attente, ita ut  
 ab ipso celebrante audiantur.**



Qui pridie quam pateretur,

**accipit panem eumque parum elevatum tenens, prosequitur:**

accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas,

**elevat oculos,**

et elevatis oculis in cælum  
ad te Deum Patrem suum omnipotentem,  
tibi gratias agens benedixit,  
fregit,  
deditque discipulis suis, dicens:

**– In Cena Domini**

Qui pridie quam pro nostra  
omniumque salute pateretur,  
hoc est hodie,

**accipit panem eumque parum elevatum tenens, prosequitur:**

accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas,

**elevat oculos,**

et elevatis oculis in cælum  
ad te Deum Patrem suum omnipotentem,  
tibi gratias agens benedixit,  
fregit, deditque discipulis suis, dicens:

**modice inclinatus**

**ACCÍPITE ET MANDUCÁTE EX HOC OMNES:  
HOC EST ENIM CORPUS MEUM,  
QUOD PRO VOBIS TRADÉTUR.**

**Corpus Domini elevat in altum, reponit super patenam et profunde inclinatus adorat.**

**65. Postea accipiens utraque manu calicem, eumque parum elevatum super altare tenens, prosequitur:**

Símili modo, postquam cenatum est,  
accipiens et hunc præclarum cálicem  
in sanctas ac venerabiles manus suas,  
item tibi gratias agens benedixit,  
deditque discipulis suis, dicens:

*modice inclinatus*

**ACCÍPITE ET BÍBITE EX EO OMNES:  
HIC EST ENIM CALIX SÁNGUINIS MEI  
NOVI ET ÆTÉRNÍ TESTAMÉNTI,  
QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDÉTUR  
IN REMISSIÓNEM PECCATÓRUM.  
HOC FÁCITE IN MEAM COMMEMORATIÓNEM.**

*Calicem paulo altius elevat, super corporale reponit ac cooperit, et profunde inclinatus adorat.*

**66. Deinde secreto**

*dicit:* Mystérium fidei.

**67. Manibus modo crucifixi extensis, prosequitur:**

Unde et mémoires, Dómine,  
nos tui servi,  
sed et plebs tua sancta,  
eiusdem Christi, Fílii tui, Dómini nostri,  
tam beátæ passiónis,  
necnon et ab ínferis resurrectiónis,  
sed et in cælos gloriósæ ascensiónis:  
offérimus præcláræ maiestáti tuæ  
de tuis donis ac datis  
hóstiam puram,  
hóstiam sanctam,  
hóstiam immaculátam,  
Panem sanctum vitæ æternæ  
et Cálícem salútis perpétuæ.  
Supra quæ propítio ac seréno vultu  
respícere dignéris:  
et accépta habére,  
sicuti accépta habére dignátus es  
múnera púeri tui iusti Abel,  
et sacrificium Patriárchæ nostri Abrahæ,  
et quod tibi óbtulit summus sacérdos tuus Melchisedech,  
sanctum sacrificium, immaculátam hóstiam.

**68. Profunde inclinatus, manibus cancellatis, prosequitur:**

Súplices te rogámus, omnípotens Deus:  
iube hæc perférri per manus sancti Angeli  
tui in sublíme altáre tuum,

in conspéctu divínæ maiestátis tuæ;  
 ut, quotquot ex hac altáris participatióne  
 sacrosánctum Fílii tui Corpus et Sánguinem sumpsérimus,

*erigit se et seipsum signat, dicens:*

omni benedictiÓne cælésti et grátia repleámur.  
 (Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

**69. Commemoratio pro defunctis.**

*Manibus modo crucifixi extensis, prosequitur:*

*Alius e concelebrantibus proferre potest.*

Meménto étiam, Dómine,  
 famulórum famularúmque tuárum **N.** et **N.**,  
 qui nos præcessérunt cum signo fídei,  
 et dórmiunt in somno pacis.

*Orat aliquantulum pro iis defunctis, pro quibus orare intendit, deinde prosequitur:*

Ipsis, Dómine, et ómnibus in Christo  
 quiescéntibus, locum refrigerií, lucis et pacis, ut  
 indúlgeas, deprecámur.

(Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

**70. Semel pectus dextera tangit, dicens:**

*Alius e concelebrantibus proferre potest.*

Nobis quoque peccatóribus, fámulis tuis,

*manibus modo crucifixi extensis, prosequitur:*

de multitudíne miseratiÓnum tuárum sperántibus,  
 partem áliquam et societátem donáre dignéris  
 cum tuis sanctis Apóstolis et Martýribus: cum

Ioánne, Stéphano,

Matthía, Bárnaba,

(Ignátio, Alexándro,

Marcellíno, Petro,

Felicitáte, Perpétua,

Agatha, Lúcia,

Agnéte, Cæcília, Anastásia)

et ómnibus Sanctis tuis:

intra quorum nos consórtium,

non æstimátor mériti,

sed véniaë, quæsumus, largítor admítte.

Per Christum Dóminum nostrum.

**71. Presbyter prosequitur:**

Per quem hæc ómnia, Dómine,  
 semper bona creas, sanctíficas, vivíficas,  
 benedícis, et præstas nobis.

**72. Calicem discooperit et profunde se inclinat.**

Se erigens accipit hostiam, et eam utraque manu super calicem tenens, eundem elevat.  
Precem eucharisticam perficiens cantat:

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso,  
est tibi Deo Patri omnipoténti,  
in unitáte Spíritus Sancti,  
omnis honor et glória  
per ómnia sáecula sæculórum.

**Conventus acclamat:**

Amen.

Calice et hostia depositis, presbyter calicem cooperit et profunde se inclinat.

Deinde sequitur ritus Communionis, p. 290.

## PREX EUCHARISTICA II

**73.** Hæc Prex semper dici potest, sive cum præfatione propria, sive cum præfatione Missæ convenienti. Sed in sollemnitatibus et diebus infra octavam, quando Missa fit de ea, hæc Prex cum præfatione propria Missæ diei tantum adhiberi licet.

*V/* . Dóminus vobíscum.

*R/* . Et cum spíritu tuo.

*V/* . Sursum corda.

*R/* . Habémus ad Dóminum.

*V/* . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

*R/* . Dignum et iustum est.

**V**ERE dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi,  
sancte Pater,

semper et ubíque grátias ágere  
per Fílium dilectiÓNis tuæ Iesum Christum,  
Verbum tuum per quod cuncta fecísti:  
quem misísti nobis Salvatórem et Redemptórem,  
incarnátum de Spíritu Sancto et ex Vírgine  
natum. Qui voluntátem tuam adímplens et  
pópulum tibi sanctum acqúrens  
exténdit manus cum paterétur,  
ut mortem sólveret et resurrectiÓNem manifestáret.  
Et ídeo cum Angelis et ómnibus Sanctis glóriam  
tuam prædicámus, una voce dicétes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cæli et terra glória tua.

Hosánna in excélsis.

Benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Hosánna in excélsis.

**74.** Presbyter, manus ante umeros tenens, dicit:

Vere Sanctus es, Dómine, fons omnis sanctitátis.

**75.** Manus super oblata expansas tenens, dicit:

Hæc ergo dona, quæsumus,  
Spíritus tui rore sanctífica:

*signat semel super panem et calicem simul, dicens:*

ut nobis Corpus et + Sanguis fiant  
Dómini nostri Iesu Christi.

*Iungit manus.*

**76.** In formulis quæ sequuntur, verba Domini proferantur distincte et attente, ita ut ab ipso celebrante audiantur.

Qui cum Passiõni voluntãrie traderetur,

*accipit panem eumque parum elevatum tenens, prosequitur:*

accépit panem et grãtias agens fregit,  
dedítque discíplis suis, dicens:

*modice inclinatus*

**ACCÍPITE ET MANDUCÁTE EX HOC OMNES:  
HOC EST ENIM CORPUS MEUM,  
QUOD PRO VOBIS TRADÉTUR.**

*Corpus Domini elevat in altum, reponit super patenam et profunde inclinatus adorat.*

**77.** Postea, accipiens utraque manu calicem, eumque parum elevatum super altare tenens, prosequitur:

Símili modo, postquam cenátum est,  
accípiens et cálicem,  
íterum grãtias agens dedit discíplis suis, dicens:

*modice inclinatus*

**ACCÍPITE ET BÍBITE EX EO OMNES:  
HIC EST ENIM CALIX SÁNGUINIS MEI  
NOVI ET ÆTÉRNAI TESTAMÉNTI,  
QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDÉTUR  
IN REMISSIÓNEM PECCATÓRUM.  
HOC FÁCITE IN MEAM COMMEMORATIÓNEM.**

*Calicem paulo altius elevat, super corporale reponit ac cooperit, et profunde inclinatus adorat.*

**78.** Deinde secreto  
*dicit:* Mystérium fidei.

**79.** Manibus modo crucifixi extensis, prosequitur:

Mémores ígitur mortis et resurrectiõnis  
eius, tibi, Dómine, panem vitæ et cálicem  
salútis offérimus,  
grãtias agéntes quia nos dignos habuísti  
astáre coram te et tibi ministráre.

**80. Profunde inclinatus, manibus cancellatis, prosequitur:**

Et súpplīces deprecámur  
 ut Córporis et Sánguīnis Chrísti partícipes  
 a Spírītu Sancto congregémur in unum.

**81. Erigit se et manibus modo crucifixi extensis prosequitur:**

*Unus e concelebrantibus proferre potest.*

Recordáre, Dómine, Ecclésiæ tuæ toto orbe diffúsæ,  
 ut eam in caritatē perfícias  
 una cum Papa nostro **N.** et Epíscopo nostro **N.**  
 et univérso clero.

**In ipsa die professionis perpetuæ additur:**

Recordáre quoque, Dómine, istíus fratris,  
 qui hódie se tibi dicávit perpétuo servítio,  
 et concéde, ut ad te semper cor atque mentem érigat  
 noménque tuum gloríficet.

**82. Alius e concelebrantibus proferre potest.**

**In Missis pro defunctis addi potest:**

Meménto fámuli tui (fámulæ tuæ) **N.**,  
 quem (quam) (hódie) ad te ex hoc mundo vocásti.  
 Concéde, ut, qui complantátus (quæ complantáta)  
 fuit similitúdini mortis Fílii tui, simul fiat et  
 resurrectiōnis ipsíus.

Meménto étiam fratrum nostrórum, qui in  
 spe resurrectiōnis dormiérunt, omniúmque  
 in tua miseratiōne defunctorum, et eos in  
 lumen vultus tui admítte.

Omnium nostrum, quæsumus, miserére,  
 ut cum beáta Dei Genetríce Vírgine María,  
 beáto Ioseph, eius Sponso,  
 beátis Apóstolis et ómnibus Sanctis,  
 qui tibi a sáculo placuérunt,  
 æternæ vitæ mereámur esse consórtes,  
 et te laudémus et glorificémus  
 per Fílium tuum Iesum Christum.

**83. Presbyter calicem discooperit et profunde se inclinat.**

**Se erigens accipit hostiam, et eam utraque manu super calicem tenens, eundem elevat.  
 Precem eucharisticam perficiens cantat:**

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso,  
est tibi Deo Patri omnipotenti,  
in unitate Spiritus Sancti,  
omnis honor et gloria  
per omnia secula seculorum.

**Conventus acclamat:**

Amen.

Calice et hostia depositis, presbyter calicem cooperit et profunde se inclinat.

Deinde sequitur ritus Communionis, p. 290.



## PREX EUCHARISTICA III

**84. Presbyter, manibus modo crucifixi extensis, dicit:**

**V**ERE Sanctus es, Dómine,  
 et mérito te laudat omnis a te cóndita  
 creatúra, quia per Fílium tuum,  
 Dóminum nostrum Iesum Christum,  
 Spíritus Sancti operánte virtúte,  
 vivíficas et sanctíficas univérsa,  
 et pópulum tibi congregáre non désinis,  
 ut a solis ortu usque ad occásum  
 oblátio munda offerátur nómini tuo.

**85. Manus super oblata expansas tenens, dicit:**

Súpplīces ergo te, Dómine, deprecámur,  
 ut hæc múnera, quæ tibi sacránda detúlimus,  
 eódem Spíritu sanctificáre dignéris:

*signat semel super panem et calicem simul, dicens:*

ut Corpus et + Sanguis fiant  
 Fílii tui Dómini nostri Iesu Christi,

*iungit manus*

cuius mandáto hæc mystéria celebrámus.

**86. In formulis quæ sequuntur, verba Domini proferantur distincte et attente, ita ut ab ipso celebrante audiantur.**

Ipse enim in qua nocte tradebátur

*accipit panem eumque parum elevatum tenens, prosequitur:*

accépit panem  
 et tibi grátias agens benedíxit,  
 fregit, dedítque discípulis suis, dicens:

*modice inclinatus*

**ACCÍPITE ET MANDUCÁTE EX HOC OMNES:**

**HOC EST ENIM CORPUS MEUM,**

**QUOD PRO VOBIS TRADÉTUR.**

*Corpus Domini elevat in altum, reponit super patenam et profunde inclinatus adorat.*

**87. Postea, accipiens utraque manu calicem, eumque parum elevatum super altare tenens, prosequitur:**

Símili modo, postquam cenátum est,  
 accípiens cálicem,

et tibi grátias agens benedíxit,  
dedítque discíplis suis, dicens:

*modice inclinatus*

**ACCÍPITE ET BÍBITE EX EO OMNES:  
HIC EST ENIM CALIX SÁNGUINIS MEI  
NOVI ET ÆTÉRNAI TESTAMÉNTI,  
QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDÉTUR  
IN REMISSIÓNEM PECCATÓRUM.  
HOC FÁCITE IN MEAM COMMEMORATIÓNEM.**

*Calicem paulo altius elevat, super corporale reponit ac cooperit, et profunde inclinatus adorat.*

**88. Deinde secreto**

*dicit:* Mystérium fídei.

**89. Manibus modo crucifixi extensis, prosequitur:**

Mémores ígitur, Dómine,  
eiusdem Fílii tui salutíferæ passiónis  
necnon mirábilis resurrectiόnis  
et ascensiόnis in cælum,  
sed et præstolántes álterum eius advéntum,  
offérimus tibi, grátias referéntes,  
hoc sacrificíum vivum et sanctum.

**90. Profunde inclinatus, cancellatis manibus, prosequitur:**

Réspice, quæsumus, in oblatiόnem Ecclésiæ  
tuæ et, agnóscens Hóstiam,  
cuius voluísti immolatiόne placári,  
concéde, ut qui Córpo et Ságuine Fílii tui refícimur,  
Spírítu eius Sancto repléti,  
unum corpus et unus spírítus inveniámur in Christo.

**91. Erigit se et manibus modo crucifixi extensis prosequitur:**

*Unus e concelebrantibus proferre potest.*

Ipse nos tibi perfíciat munus ætérnum,  
ut cum eléctis tuis hereditátem cónsequi valeámus,  
in primis cum beatíssima Vírgine, Dei Genetríce,  
María, cum beáto Ioseph, eius Sponso,  
cum beátis Apóstolis tuis et gloriósis Martýribus,  
(cum Sancto N.: *Sancto diei vel patrono*)  
et ómnibus Sanctis,

quorum intercessióne  
perpétuo apud te confídimus adiuvári.

**92. *Alius e concelebrantibus proferre potest.***

Hæc Hóstia nostræ reconciliatiónis profíciat,  
quæsumus, Dómine,  
ad totíus mundi pacem atque salútem.  
Ecclésiám tuam, peregrinántem in terra,  
in fide et caritaté firmáre dignéris  
cum fámulo tuo Papa nostro **N.** et Epíscopo nostro  
**N.**, cum episcopáli órđine et univérso clero et omni  
pópulo adquisitiónis tuæ.

**In ipsa die professionis perpetuæ additur:**

Confortáre quoque in sancto propósito  
dignéris hunc fámulum tuum,  
qui hódie sacris religiónis vínculis  
perpétuo tibi se devínxit,  
et fac, ut in Ecclésia tua  
novam et ætéram vitam maniféstet  
Christi redemptióne comparátam.

Votis huius famíliæ, quam tibi astáre  
voluísti, adésto propítius.  
Omnes fílios tuos ubíque dispérsos  
tibi, clemens Pater, miserátus coniúnge.

**93. *Alius e concelebrantibus proferre potest.***

† Fratres nostros defúntos  
et omnes qui, tibi placéntes, ex hoc sáculo  
transiérunt, in regnum tuum benígus admítte, ubi  
fore sperámus,  
ut simul glória tua perénniter satiémur,  
per Christum Dóminum nostrum,  
per quem mundo bona cuncta largíris.

**In Missis pro defunctis sumi potest:**

† Meménto fámuli tui (fámulæ tuæ) **N.**,  
quem (quam) (hódie) ad te ex hoc mundo vocásti.  
Concéde, ut, qui complantátus (quæ complantáta)  
fuit similitúdini mortis Fílii tui, simul fiat et  
resurrectiόnis ipsíus,  
quando mórtuos suscitábit in carne de terra

et corpus humilitátis nostræ  
configurábit córpori claritátis suæ.  
Sed et fratres nostros defúctos,  
et omnes qui, tibi placéntes, ex hoc sáculo  
transiérunt, in regnum tuum benígnus admítte, ubi  
fore sperámus,  
ut simul glória tua perénniter satiémur,  
quando omnem lácrimam abstérge ab óculis  
nostris, quia te, sícuti es, Deum nostrum vidéntes,  
tibi símiles érimus cuncta per sácula,  
et te sine fine laudábimus,  
per Christum Dóminum nostrum,  
per quem mundo bona cuncta largírís.

---

**94. Presbyter calicem discooperit et profunde se inclinat.**

Se erigens accipit hostiam, et eam utraque manu super calicem tenens, eundem elevat.  
Precem eucharisticam perficiens cantat:

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso,  
est tibi Deo Patri omnipoténti,  
in unitáte Spíritus Sancti,  
omnis honor et glória  
per ómnia sácula sæculórum.

Conventus acclamat:

Amen.

Calice et hostia depositis, presbyter calicem cooperit et profunde se inclinat.

Deinde sequitur ritus Communionis, p. 290.

## PREX EUCHARISTICA IV

**95.** Præfatio huius Precis eucharisticæ mutari non licet ratione structuræ ipsius Precis, quæ summarium historiæ salutis præbet.

*V/* . Dóminus vobíscum.

*R/* . Et cum spírítu tuo.

*V/* . Sursum corda.

*R/* . Habémus ad Dóminum.

*V/* . Grátias agámus Dómino Deo nostro.

*R/* . Dignum et iustum est.

**V**ERE dignum est tibi grátias ágere,  
 vere iustum est te glorificáre, Pater  
 sancte, quia unus es Deus vivus et verus,  
 qui es ante sæcula et pérmanes in ætérnum,  
 inaccessibleem lucem inhábitans;  
 sed et qui unus bonus atque fons vitæ cuncta  
 fecísti, ut creatúras tuas benedictiónibus adimpléres  
 multásque lætificáres tui lúminis claritáte.  
 Et ídeo coram te innúmeræ astant turbæ Angelórum,  
 qui die ac nocte sérvíunt tibi  
 et, vultus tui glóriam contemplántes,  
 te incessánter glorífícant.  
 Cum quibus et nos et, per nostram vocem,  
 omnis quæ sub cælo est creatúra  
 nomen tuum in exsultatióne confitémur, canéntes:  
 Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
 Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
 Hosánna in excélsis.  
 Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
 Hosánna in excélsis.

**96.** Presbyter, manibus modo crucifixi extensis, dicit:

Confitémur tibi, Pater sancte,  
 quia magnus es et ómnia ópera tua  
 in sapiéntia et caritáte fecísti.  
 Hóminem ad tuam imáginem condidísti,  
 eíque commisísti mundi curam univérsi,  
 ut, tibi soli Creatóri sérvíens,  
 creatúris ómnibus imperáret.  
 Et cum amicitiam tuam, non obcédiens,  
 amisísset, non eum dereliquísti in mortis império.  
 Omnibus enim misericórditer subvenísti,  
 ut te quæréntes invenírent.

Sed et fœdera plúries homínibus obtulísti  
eósque per prophétas erudísti in exspectatióne salútis.

Et sic, Pater sancte, mundum dilexísti, ut,  
compléta plenitúdine témporum,  
Unigénitum tuum nobis mitteres  
Salvatórem. Qui, incarnátus de Spíritu  
Sancto et natus ex María Vírgine,  
in nostra condiciónis forma est conversátus  
per ómnia absque peccáto;  
salútem evangelizávit paupéribus,  
redemptiόνem captívis,  
mæstis corde lætítiam.

Ut tuam vero dispensatiónem impléret,  
in mortem trádidit semetípsum  
ac, resúrgens a mórtuis,  
mortem destrúxit vitámque renovávit.

Et, ut non ámplius nobismetípsis viverémus, sed  
sibi qui pro nobis mórtuus est atque surréxit, a  
te, Pater, misit Spíritum Sanctum primítias  
credéntibus,  
qui, opus suum in mundo perfíciens,  
omnem sanctificatiónem compléret.

**97. Manus super oblata expansas tenens, dicit:**

Quæsumus ígitur, Dómine,  
ut idem Spíritus Sanctus  
hæc múnera sanctificáre dignétur:

**signat semel super panem et calicem simul, dicens:**

ut Corpus et + Sanguis fiant  
Dómini nostri Iesu Christi

**iungit manus**

ad hoc magnum mystérium celebrándum,  
quod ipse nobis reliquit in fœdus ætérnum.

**98. In formulis quæ sequuntur, verba Domini proferantur distincte et attente, ita ut ab ipso celebrante audiantur.**

Ipse enim, cum hora venísset  
ut glorificarétur a te, Pater sancte,  
ac dilexísset suos qui erant in mundo,  
in finem diléxit eos:  
et cenántibus illis

**accipit panem eumque parum elevatum tenens, prosequitur:**

accépit panem, benedíxit ac fregit,  
dedítque discípulis suis, dicens:

*modice inclinatus*

**ACCÍPITE ET MANDUCÁTE EX HOC OMNES:  
HOC EST ENIM CORPUS MEUM,  
QUOD PRO VOBIS TRADÉTUR.**

*Corpus Domini elevat in altum, reponit super patenam et profunde inclinatus adorat.*

**99.** *Postea, accipiens utraque manu calicem, eumque parum elevatum super altare tenens, prosequitur:*

Símili modo accípiens cálicem,  
ex genímine vitis replétum,  
grátias egit, dedítque discíplulis suis, dicens:

*modice inclinatus*

**ACCÍPITE ET BÍBITE EX EO OMNES:  
HIC EST ENIM CALIX SÁNGUINIS MEI  
NOVI ET ÆTÉRNAI TESTAMÉNTI,  
QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDÉTUR  
IN REMISSIÓNEM PECCATÓRUM.  
HOC FÁCITE IN MEAM COMMEMORATIÓNEM.**

*Calicem paulo altius elevat, super corporale reponit ac cooperit, et profunde inclinatus adorat.*

**100.** *Deinde secreto  
dicit:* Mystérium fídei.

**101.** *Manibus modo crucifixi extensis, prosequitur:*

Unde et nos, Dómine,  
redemptiónis nostræ memoriále nunc  
celebrántes, mortem Christi  
eiúsque descénsum ad ínferos recólimus,  
eius resurrectiónem  
et ascensiónem ad tuam déxteram profitémur, et,  
exspectántes ipsíus advéntum in glória, offérimus  
tibi eius Corpus et Sanguinem, sacrificium tibi  
acceptábile et toti mundo salutáre.

**102.** *Profunde inclinatus, cancellatis manibus, prosequitur:*

Réspice, Dómine, in Hóstiam,  
quam Ecclésiæ tuæ ipse parásti,

et concéde benígnus ómnibus  
 qui ex hoc uno pane participábunt et cálice,  
 ut, in unum corpus a Sancto Spírítu congregáti  
 in Christo hóstia viva perficiántur, ad laudem  
 glóriæ tuæ.

**103.** *Erigit se et manibus modo crucifixi extensis prosequitur:  
 Unus e concelebrantibus proferre potest.*

Nunc ergo, Dómine, ómnium recordáre,  
 pro quibus tibi hanc oblatiónem offérimus:  
 in primis fámuli tui, Papæ nostri **N.**,  
 Epíscopi nostri **N.**, et Episcopórum órdisinis  
 univérsi, sed et totíus cleri,

**In ipsa die professionis perpetuæ additur:**

et istíus fratris,  
 qui professione perpétua hódie tibi árcetius consecrátur,

et offeréntium, et circumstántium,  
 et cuncti pópuli tui,  
 et ómnium, qui te quærunt corde sincéro.  
 Meménto étiam illórum,  
 qui obiérunt in pace Christi tui,  
 et ómnium defunctórum,  
 quorum fidem tu solus cognovísti.

**104.** *Alius e concelebrantibus proferre potest.*

Nobis ómnibus, fíliis tuis, clemens Pater, concéde,  
 ut cæléstem hereditátem cónsequi valeámus, cum  
 beáta Vírgine, Dei Genetríce, María, cum beáto  
 Ioseph, eius Sponso,  
 cum Apóstolis et Sanctis tuis  
 in regno tuo, ubi cum univérssa creatúra,  
 a corruptióne peccáti et mortis liberáta,  
 te glorificémus per Christum Dóminum nostrum,  
 per quem mundo bona cuncta largírís.

**105.** *Presbyter calicem discooperit et profunde se inclinat.*

*Se erigens accipit hostiam, et eam utraque manu super calicem tenens, eundem elevat.  
 Precem eucharisticam perficiens cantat:*

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso,  
 est tibi Deo Patri omnipoténti,  
 in unitáte Spírítus Sancti,  
 omnis honor et glória  
 per ómnia sæcula sæculórum.



Conventus acclamat:

Amen.

Calice et hostia depositis, presbyter calicem cooperit et profunde se inclinat.

Deinde sequitur ritus Communionis, p. 290.

## Ritus Communionis

**106.** Monachi stant versa facie ad altare detectis capitibus. Presbyter, manibus iunctis, dicit:

Præcéptis salutáribus móniti,  
et divína institutióne formáti,  
audémus dícere:

**Manibus modo crucifixi extensis, una cum monachis, pergít:**

Pater noster, qui es in cælis:  
sanctificétur nomen tuum;  
advéniat regnum tuum;  
fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra.  
Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie;  
et dimítte nobis débíta nostra,  
sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris;  
et ne nos indúcas in tentatiónem;  
sed líbera nos a malo.

**107.** Oratione dominica absoluta, diaconus ad latus altaris ascendit. Presbyter manibus modo crucifixi extensis prosequitur secreto:

Líbera nos, quæsumus, Dómine, ab ómnibus  
malis, da propítius pacem in diébus nostris, ut, ope  
misericórdiæ tuæ adiúti,  
et a peccáto simus semper líberi  
et ab omni perturbatióne secúri:  
exspectántes beátam spem  
et advéntum Salvatóris nostri Iesu Christi.  
Dómine Iesu Christe, da nobis illam,  
quam mundus dare non potest pacem.

**108.** Versus ad conventum, manus extendens ac iungens, dicit:

Pax Dómini sit semper vobíscum.

**Monachi modice se inclinantes  
respondent:** Et cum spíritu tuo.

Presbyter hoc responsum modice se inclinans recipit et pacem communicat diacono, qui deinde ad Corpus et Sanguinem Christi profunde se inclinatur, et descendit in chorum (in gradu sanctuarii non faciens inclinationem) ad pacem tradendam fratribus suis, quam acceptam inter se transmittunt per gestum pium sobriumque iuxta loci traditionem.

**109.** Presbyter calicem discooperit, profunde se inclinatur, panem eucharisticum frangit ac particulam demittit in calicem dum conventus cantat:

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.  
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, dona nobis pacem.

**110.** Cantu absoluto, presbyter, profunde inclinatus, quiescit aliquantulum in meditatione, vel dicit secreto alterutram orationibus:

Dómine Iesu Christe, Fili Dei vivi,  
qui ex voluntáte Patris,  
cooperánte Spíritu Sancto,  
per piíssimam mortem tuam univérsum mundum vivificásti:  
líbera me per hoc sacrosánctum Corpus et Sánguinem tuum  
a cunctis iniquitátibus et peccátis, et a cogitatióibus  
pervérsis: líbera me ab ómnibus malis prætéritis, præséntibus,  
et futúris, et fac me tuis semper obædíre mandátis,  
et a te numquam separári permíttas, Salvátor mundi,  
qui cum Patre in unitáte Spíritus Sancti vivis et regnas,  
Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Vel:

Percéptio Córporis et Sánguinis tui, Dómine Iesu  
Christe, non mihi provéniat in iudícium et  
condemnatióem: sed pro tua pietáte prosit mihi  
ad tutaméntum mentis et córporis,  
et ad medélam percipiéndam.

**111.** Communicaturi ad sanctuarium accedunt, ibique sese disponunt more illius Domus. Qui non communicant in choro genua flectunt, nudatis capitibus. Diaconus stolam induit.

Postea presbyter accipit hostiam in eadem Missa consecratam, et, stans modice inclinatus, sumit Corpus Christi, patena mento supposita.

Dein calicem tenens manu dextera, eique purificatorium vel patenam sinistra supponens, Sanguinem Domini sumit.

**112.** Diaconus Communionem sub utraque specie a presbytero percipit. Tunc presbyter accipit patenam vel pyxidem et accedit ad communicandos; diaconus, profunda inclinatione facta, calicem de altari accipit.

Monachi communicant genuflexi vel stantes, iuxta Domus usum. Cum autem stantes communicant, profundam inclinationem faciunt tamquam debitam erga Sanctissimum Sacramentum reverentiam.

Presbyter hostiam paulo elevatam unicuique porrigendo dicit:

Corpus Christi.

Communicandus respondet:

Amen.

Sacramentum recipit ore vel, ubi concessum sit, manu, pro libitu suo.

Diaconus calicem unicuique porrigendo dicit:

Sanguis Christi.

Communicandus respondet:

R/. Amen.

Postquam unusquisque e calice bibit, diaconus calicem rursus accipit, et labrum eius externum purificatorio abstergit.

Eucharistia etiam per intinctionem participari potest. Quo in casu presbyter dicit:  
Corpus et Sanguis Christi.

Distributione peracta, diaconus statim totum Christi Sanguinem qui remansit reverenter consumit. Tum silentium per aliquod tempus servatur. Antequam monachi ad sedes revertantur, profunde se inclinant. In chorum reversi, antiphonam ad Communionem stantes, cooperti, versi ad altare canunt.

**113.** Peracto post Communionem silentio presbyter caveat ut sumat quod in calice relictum est; tum vasa purificat propter Corporis et Sanguinis Domini reverentiam.

Diaconus, stola deposita, facta profunda inclinatione in superiore altaris gradu, presbytero in medio altaris stanti primam ablutionem ministrat, quam ille statim assumit. Purificato etiam corporali, si opportunum videtur, et patena, presbyter ad cornu altaris vadit ubi secundam ablutionem accipit, pollicibus et indicibus interpositis. Ablutiones sive vino sive aqua facere potest; si in secunda ablutione vinum usus est, diaconus digitos presbytero aqua lavat. Sumpta ablutione, presbyter corporale plicat et patenam calici superponit. Diaconus vero sacra vasa ad piscinam defert, postea stat a latere altaris ad ipsum versus.

**114.** Antiphona ad Communionem cantata presbyter manus iungens dicit:

Orémus.

Monachi super misericordias inclinati deprecantur. Presbyter modice inclinatus paulisper orat silentio; deinde, erigens se, manibus insertis, orationem post Communionem dicit, quæ concluditur ut collecta (*cf. n. 8*).

Dato responso Amen, monachi ad altare convertuntur, et capita nudant.

### Ritus conclusionis

**115.** Presbyter, versus ad conventum, manus extendens et iungens, dicit: Dóminus vobíscum.

Monachi modice se inclinantes  
respondent: Et cum spírítu tuo.

Presbyter hoc responsum modice se inclinans recipit.

**116.** Deinde diaconus, ad chorum versus, addit:

Benedícámus Dómino.

Monachi respondent:  
Deo grátias.

Tempore vero paschali dicitur:

Benedicámus Dómino, allelúia, allelúia.

Deo grátias, allelúia, allelúia.

**117.** Postea presbyter, versus ad altare, profunde inclinatus, dicit secreto:

Pláceat tibi, sancta Trínitas unus Deus, obséquium servitútis meæ: et præsta ut hoc sacrificium laudis, quod indígnus in conspéctu divínæ maiestátis tuæ óbtuli, tibi sit placens: mihíque et ómnibus, pro quibus illud óbtuli, sit te miseránte propitiábile in vitam ætérrnam. Amen.

Osculatur altare, et signat se cum monachis ut supra (*cf. n. 2*). Denique una cum diacono profunde se inclinatur ante altare et recedit.

**118.** Postquam presbyter vestimenta liturgica exuit, in sanctuarii gradu ad gratiarum actionem se prosternit. Qui vero communicaverunt, gratiarum actionem prostrati aut sedentes in choro faciunt.

**119.** Si vero Missam sequitur aliqua actio liturgica, in oratione post Communionem fit conclusio brevis et, dato responso Amen, Missa absolvitur. Deinde presbyter secreto dicit Pláceat.



## PRECES EUCHARISTICÆ «DE RECONCILIATIONE»

**119.** Preces eucharisticæ «de Reconciliatione» adhiberi possunt in Missis, quibus mysterium reconciliationis peculiari modo insinuatur. Quamvis præfatione propria instructæ sint, adhiberi possunt etiam cum aliis præfationibus, quæ ad pænitentiam et conversionem referuntur, v. gr. cum præfationibus Quadragesimæ.

### I

**120.** *V/* . Dóminus vobíscum.

*R/* . Et cum spírítu tuo.

*V/* . Sursum corda.

*R/* . Habémus ad Dóminum.

*V/* . Grátias agámus Dómino Deo nostro. *R/* . Dignum et iustum est.

**V**ERE dignum et iustum est nos tibi semper grátias ágere, Dómine, sancte Pater,

omnípotens ætérne Deus:

Qui ad abundantiórem vitam habéndam  
nos incitáre non désinis,  
et, cum sis dives in misericórdia,  
véniám offérre perseverás  
ac peccatóres invítas  
ad tuæ solum indulgéntiæ fidéndum.

A nobis autem,  
qui fœdus tuum tóties violávimus,  
numquam avérsus,  
humánam famíliam  
per Iesum Fílium tuum, Redemptórem nostrum,  
novo caritátis vínculo tam arcte tibi iunxísti, ut  
nullo modo possit dissólvi.

Nunc quidem tempus grátiae et reconciliatiónis  
pópulo tuo præbes,  
eíque ad te ánimus converténti  
in Christo Iesu speráre concédis  
cunctisque homínibus tríbuis deservíre,  
dum plénius Spírítui Sancto se concrédit.  
Et ídeo, admiratióne perfúsi,  
tui amóris virtútem extóllimus  
nostrúmque de salúte gáudium profiténtes,  
cum innúmeris cæléstium turbis hymnum  
concínimus, sine fine dicéntes:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.  
 Pleni sunt cæli et terra glória tua.  
 Hosánna in excélsis.  
 Benedíctus qui venit in nómine Dómini.  
 Hosánna in excélsis.

**121. Presbyter, manus ante umeros tenens, dicit:**

Vere Sanctus es, Dómine,  
 qui ab orígine mundi semper operáris  
 ut, sicut Sanctus es ipse,  
 sanctus fiat homo.

**122. Manus super oblata expansas tenens, dicit:**

Réspice, quæsumus, múnera pópuli tui  
 et super ea Spíritus tui virtútem effúnde

**signat semel super panem et calicem simul, dicens:**

ut Corpus et + Sanguis fiant

**iungit manus**

dilécti Fílii tui, Iesu Christi,  
 in quo et nos fílii tui sumus.  
 Quamvis vero olim pérditi  
 tibi appropinquáre nequirémus,  
 summo nos amóre dilexísti:  
 Fílius enim tuus, qui solus est Iustus,  
 morti trádidit seípsum,  
 ligno crucis pro nobis non dedignátus affígi.  
 Sed ántequam bráchia eius  
 inter cælum et terram exténta  
 efficeréntur tui fœderis indelébile signum,  
 ipse cum discíplis suis Pascha vóluit celebráre.

**123. In formulis quæ sequuntur, verba Domini proferantur distincte et attente, ita ut ab ipso celebrante audiantur.**

Convéscens autem,

**accipit panem eumque parum elevatum tenens, prosequitur:**

accépit panem  
 et tibi grátias agens benedíxit,  
 fregit et dedit illis, dicens:

**modice inclinatus**

**ACCÍPITE ET MANDUCÁTE EX HOC OMNES:**

**HOC EST ENIM CORPUS MEUM,**

**QUOD PRO VOBIS TRADÉTUR.**



Corpus Domini elevat in altum, reponit super patenam et profunde inclinatus adorat.

**124.** Postea, accipiens utraque manu calicem, eumque parum elevatum super altare tenens, prosequitur:

Simíliter, postquam cenátum est,  
sciens se ómnia in seípso reconciliatúrum  
per sánguinem suum in cruce fundéndum,  
accépit cálicem, genímine vitis replétum,  
et íterum tibi grátias agens  
discípulis suis trádedit, dicens:

*modice inclinatus*

**ACCÍPITE ET BÍBITE EX EO OMNES:  
HIC EST ENIM CALIX SÁNGUINIS MEI  
NOVI ET ÆTÉRNI TESTAMÉNTI,  
QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDÉTUR  
IN REMISSIÓNEM PECCATÓRUM.  
HOC FÁCITE IN MEAM COMMEMORATIÓNEM.**

Calicem paulo altius elevat, super corporale reponit ac cooperit, et profunde inclinatus adorat.

**125.** Deinde secreto  
dicit: *Mystérium fídei.*

**126.** *Manibus modo crucifixi extensis, prosequitur:*

Mémores ígitur Fílii tui Iesu Christi,  
qui Pascha nostrum est et pax nostra certíssima,  
mortem eius et resurrectionem ab ínferis celebrámus  
atque, beátum eius advéntum præstolántes,  
offérimus tibi, qui fidélis et miséricors es Deus,  
hóstiam, quæ hómínes tecum reconcíliat.

**127.** *Profunde inclinatus, cancellatis manibus, prosequitur:*

Réspice, benígnus, clementíssime Pater,  
quos tibi coniúngis Fílii tui sacrificio,  
ac præsta ut, Spíritus Sancti virtúte,  
ex hoc uno pane et cálice partícipes,  
in unum corpus congregéntur in Christo,  
a quo omnis auferátur divisio.

**128. Erigit se et manibus modo crucifixi extensis prosequitur:**

*Unus e concelebrantibus proferre potest.*

In communióne mentis et cordis  
nos semper serváre dignéris  
una cum Papa nostro **N.** et Epíscopo nostro **N.**  
Adiuva nos, ut simul advéntum regni tui præstolémus  
usque ad horam qua tibi adstábimus, sancti inter  
sanctos in sede cælésti,  
cum beáta Vírgine Dei Genetríce María,  
beátis Apóstolis et ómnibus Sanctis  
atque frátribus nostris defúctis,  
quos tuæ misericórdiæ suppliciter  
commendámus. Tum vero, a corruptiόνis vúlnerem  
tandem liberáti et nova plene constitúti creatúra,  
gaudéntes tibi canémus gratiárum actiόνem  
Christi tui, in ætérnum vivéntis.

**129. Presbyter calicem discooperit et profunde se inclinat.**

*Se erigens accipit hostiam, et eam utraque manu super calicem tenens, eundem elevat.  
Precem eucharisticam perficiens cantat:*

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso,  
est tibi Deo Patri omnipoténti,  
in unitáte Spíritus Sancti,  
omnis honor et glória  
per ómnia sácula sæculórum.

**Conventus acclamat:**

Amen.

**Calice et hostia depositis, presbyter calicem cooperit et profunde se inclinat.**

**Deinde sequitur ritus Communionis, p. 290.**

PREX EUCHARISTICA  
«DE RECONCILIATIONE»

II

**130.** *V/*. Dóminus vobíscum.

*R/*. Et cum spírítu tuo.

*V/*. Sursum corda.

*R/*. Habémus ad Dóminum.

*V/*. Grátias agámus Dómino Deo nostro. *R/*. Dignum et iustum est.

**V**ERE dignum et iustum est  
nos tibi grátias ágere atque laudes  
persólvere, Deus Pater omnípotens,  
pro ómnibus, quæ in hoc mundo operáris, per  
Dóminum nostrum Iesum Christum. Cum enim  
genus humánum dissensióne sit atque discórdia  
divísium, experiéndo tamen cognóvimus te  
ánimos fléctere, ut sint ad reconciliatiónem  
paráti.  
Per Spírítum namque tuum pérmoves hóminum corda,  
ut inimíci íterum in collóquia véniant, adversárii  
manus coniúngant,  
pópuli sibi óbviám quærant veníre.  
Tua operánte virtúte fit étiam, Dómine,  
ut ódium vincátur amóre, últio cedat  
indulgéntiæ, discórdia in mútuam dilectiónem  
convertátur. Quaprópter cum choris cæléstibus  
grátias tibi indesinénter agéntes  
maiestáti tuæ in terris sine fine clamámus:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cæli et terra glória tua.

Hosánna in excélsis.

Benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Hosánna in excélsis.

*Presbyter, manus ante umeros tenens, dicit:*

Te ígitur, Pater omnípotens,  
benedícmus per Iesum Christum Fílium  
tuum, qui in tuo nómine venit.  
Ipse est pro homínibus Verbum salútis,  
manus, quam peccatóribus pórrigis,  
via, qua pax tua nobis præbétur.  
Cum nosmetípsos a te, Dómine,

propter peccáta nostra avertissémus,  
ad reconciliatióem nos reduxísti,  
ut ad te tandem convérsi nos ínvicem diligerémus  
per Fílium tuum, quem in mortem pro nobis tradidísti.

**131. Manus super oblata expansas tenens, dicit:**

Et nunc reconciliatióem  
a Christo nobis allátam celebrántes,  
te deprecámur:  
Spíritus tui effusióne hæc dona sanctífica,

*signat semel super panem et calicem simul, dicens:*

ut fiant Corpus et + Sanguis Fílii tui,  
cuius mandátum implémus  
hæc celebrántes mysteria.  
iungit manus.

**132. In formulis quæ sequuntur, verba Domini proferantur distincte et attente, ita ut ab ipso celebrante audiantur.**

Ipse enim, vitam cum esset datúrus,  
ut nos liberáret,  
discúbens

*accipit panem eumque parum elevatum tenens, prosequitur:*

accépit panem in manus suas  
et tibi grátias agens benedíxit,  
fregit dedítque discípulis suis, dicens:

*modice inclinatus*

**ACCÍPITE ET MANDUCÁTE EX HOC OMNES:  
HOC EST ENIM CORPUS MEUM,  
QUOD PRO VOBIS TRADÉTUR.**

*Corpus Domini elevat in altum, reponit super patenam et profunde inclinatus adorat.*

**133. Postea, accipiens utraque manu calicem, eumque parum elevatum super altare tenens, prosequitur:**

Símili modo vésperè illo  
accépit cálicem benedictiós in manus  
suas, tuam cónfitens misericórdiam,  
dedítque discípulis suis, dicens:

*modice inlinatus*

**ACCÍPITE ET BÍBITE EX EO OMNES:  
HIC EST ENIM CALIX SÁNGUINIS MEI**

**NOVI ET ÆTÉRNI TESTAMÉNTI,  
QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDÉTUR  
IN REMISSIÓNEM PECCATÓRUM.  
HOC FÁCITE IN MEAM COMMÉMORATIÓNEM.**

*Calicem paulo altius elevat, super corporale reponit ac cooperit, et profunde inclinatus adorat.*

**134. Deinde secreto**

*dicit:* Mystérium fidei.

**135. Manibus modo crucifixi extensis, prosequitur:**

Memóriam ígitur agéntes  
Fílii tui mortis et resurrectiόνis,  
qui hoc pignus dilectiόνis suæ nobis relíquit,  
tibi quod nobis tribuísti offérimus  
perféctæ reconciliatiόνis sacrificium.

**136. Profunde inclinatus, cancellatis manibus, prosequitur:**

Pater sancte, súpplīces deprecámur,  
ut nos quoque accéptos hábeas cum Fílio tuo  
et in hoc salutári convívio  
eiusdem Spíritum nobis præstáre dignéris,  
qui ómnia áuferat quæ nos ínvicem aliénant.

**137. Erigit se et manibus modo crucifixi extensis prosequitur:**

*Unus e concelebrantibus proferre potest.*

Ipse Ecclésiā tuā inter hómines  
signum effíciat unitátis pacisque tuæ  
instruméntum, et nos in communióne consérvet  
cum Papa nostro **N.** et Antístite nostro **N.**  
et cunctis Epíscopis et univérso pópulo tuo.

**138. Alius e concelebrantibus proferre potest.**

Quemádmōdum nunc ad mensam Fílii tui nos  
congregásti, ita nos cóllige cum gloriósa Dei Genetríce  
Vírɡine María, beátis Apóstolis tuis et ómnibus Sanctis,  
cum frátribus nostris,  
atque homínibus cuiúsvīs stirpis et  
sermónis in tua amicítia defúntis,  
ad perpétuæ unitátis convívium,  
in cælis novis et terra nova, ubi  
plenitúdo pacis tuæ refúlget, in  
Christo Iesu Dómino nostro.

**139. Presbyter calicem discooperit et profunde se inclinat.**

Se erigens accipit hostiam, et eam utraque manu super calicem tenens, eundem elevat.  
Precem eucharisticam perficiens cantat:

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso,  
est tibi Deo Patri omnipoténti,  
in unitáte Spíritus Sancti,  
omnis honor et glória  
per ómnia sáecula sæculórum.

**Conventus acclamat:**

Amen.

Calice et hostia depositis, presbyter calicem cooperit et profunde se inclinat.

Deinde sequitur ritus Communionis, p. 290.

ORDO MISSÆ CONVENTUALIS  
CONCELEBRATÆ





1. Missa concelebrata ordinatur, pro qualibet forma, iuxta normas communiter servandas (*cf.* supra), iis tamen servatis aut mutatis quæ infra exponentur.
2. Antequam conventus in ecclesia congregetur, concelebrantes ad ecclesiam veniunt, et in gradu sanctuarii prostrati orant silentio; in vestiario vel alio loco apto, sacras vestes induunt.

### **Ritus initiales**

3. Omnibus rite dispositis, concelebrantes ecclesiam ingrediuntur. Presbyteri concelebrantes incedunt ante celebrantem principalem.
4. Cum ad altare pervenerint, concelebrantes et celebrans principalis, facta profunda inclinatione, altare osculo venerantur in eo loco, ubi presbyter celebrabit, deinde sedes suas petunt.

### **Liturgia verbi**

5. Concelebrans qui, absente diacono, Evangelium proclamat, benedictionem celebrantis principalis nec petit nec accipit.
6. Cum Credo canitur, ad verba Et homo factus est omnes qui in choro sunt super misericordias inclinantur.

### **Liturgia eucharistica**

7. Post orationem super oblata concelebrantes ad sanctuarium accedunt et, facta ad altare profunda inclinatione, circa illud consistunt.
8. In Prece eucharistica non concelebrantes capita numquam cooperiunt ex toto.

#### **De modo proferendi Precem eucharisticam**

9. Præfatio cantatur a solo celebrante principali. Concelebrantes præfationem audiunt manibus insertis. Sanctus vero ab omnibus concelebrantibus modice inclinatis, manibus iunctis, una cum conventu cantatur.

10. Prex eucharistica profertur clara et elata voce.

11. Partes ab omnibus concelebrantibus simul dicendæ, præsertim consecrationis verba, quæ exprimere omnes tenentur, laudabiliter cantu proferuntur.

Partes, quæ ab omnibus concelebrantibus simul in recitatione proferuntur, ita dicendæ sunt, ut eas concelebrantes submissa voce proferant et vox celebrantis principalis clare audiatur.

12. Sanctus expleto, dum celebrans principalis Precem eucharisticam prosequitur, presbyteri concelebrantes manus iunctas tenent, nisi aliter notetur.

13. A celebrante principali et concelebrantibus ad epiclesim ante consecrationem manus extenduntur, ita ut palmæ sint apertæ versus vel super oblata. Ad consecrationem, dum celebrans principalis tenet manibus hostiam vel calicem et profert verba

consecrationis, a concelebrantibus verba Domini proferentibus, manus dextera ad panem et ad calicem extenditur, ita ut palma versa sit ad latus.

**14.** Cum unus e concelebrantibus partem sibi commissam profert, celebrans principalis manibus iunctis stat.

Mystérium fidei a solo celebrante principali dicitur.

Doxologia finalis Preci eucharisticæ ab omnibus concelebrantibus una cum celebrante principali cantatur.

**15.** Post verba Mystérium fidei, omnes non concelebrantes se prosternunt usque ad signum a diacono datum.

### Prex eucharistica I, seu Canon Romanus

**16.** Te igitur a solo celebrante principali profertur.

**17.** Meménto vivorum et Communicántes uni aliive e concelebrantibus committi convenit, qui solus has preces, manibus ante umeros elevatis, profert. Ad verba famulórum famularúmque tuárum N. et N. orat aliquantulum pro quibus orare intendit.

**18.** Hanc igitur iterum a solo celebrante principali dicitur.

**19.** A Quam oblatiónem usque ad Súplices, celebrans principalis gestus solitos facit, omnes vero concelebrantes omnia simul proferunt, hoc modo:

a) Quam oblatiónem, manibus ad oblata extensis;

b) Qui pridie et Símili modo, manibus iunctis;

c) verba Domini, manu dextera ad panem et ad calicem extensa; post consecrationem autem hostiam ad ostensionem eius atque calicem ad parvam elevationem eius aspiciunt, ac postea cum celebrante principali profunde se inclinant;

d) Unde et mémoires et Supra quæ, manibus ante umeros elevatis;

e) Súplices, modice inclinati, manibus iunctis usque ad verba ex hac altáris participatióne, ac deinde erecti et se signantes ad verba omni benedictióne cælésti et grátia repleámur.

**20.** Meménto defunctorum et Nobis quoque peccatóribus uni aliive e concelebrantibus committi convenit, qui solus has preces, manibus ante umeros elevatis, profert.

**21.** Ad verba Nobis quoque peccatóribus omnes concelebrantes pectus sibi percutiunt.

**22.** Per quem hæc ómnia a solo celebrante principali dicitur.

### Prex eucharistica II

**23.** Vere Sanctus a solo celebrante principali profertur.

**24.** Ab Hæc ergo dona usque ad Et súplices omnes concelebrantes omnia simul proferunt, hoc modo:

a) Hæc ergo dona, manibus ad oblata extensis;

b) Qui cum passióni et Símili modo, manibus iunctis;

c) verba Domini, manu dextera ad panem et ad calicem extensa; post consecrationem autem hostiam ad ostensionem eius atque calicem ad parvam elevationem eius aspiciunt, ac postea cum celebrante principali profunde se inclinant;

d) Mémoires igitur, manibus ante umeros elevatis;

e) Et súpplīces, modice inclinati, iunctis manibus.

**25.** *Intercessionēs pro vivis: Recordāre, Dómine, et pro defunctis: Meménto étiam fratrum nostrórum, uni aliive e concelebrantibus committi convenit, qui solus eas, manibus ante umeros elevatis, profert.*

### **Prex eucharistica III**

**26.** Vere Sanctus a solo celebrante principali profertur.

**27.** A Súpplīces ergo te, Dómine, usque ad Réspice, quásumus, omnes concelebrantes omnia simul proferunt hoc modo:

a) Súpplīces ergo te, Dómine, manibus ad oblata extensis;

b) Ipse enim in qua nocte tradebátur et Síмили modo, manibus iunctis;

c) verba Domini, manu dextera ad panem et ad calicem extensa; post consecrationem autem hostiam ad ostensionem eius atque calicem ad parvam elevationem eius aspiciunt, ac postea cum celebrante principali profunde se inclinant;

d) Mémoires ígitur, manibus ante umeros elevatis;

e) Réspice, quásumus, modice inclinati, iunctis manibus.

**28.** *Intercessionēs: Ipse nos, Hæc hóstia nostræ reconciliatiónis, et Fratres nostros uni aliive e concelebrantibus committi convenit, qui solus eas, manibus ante umeros elevatis, profert.*

### **Prex eucharistica IV**

**29.** Confitémur tibi, Pater sancte, usque ad omnem sanctificatiónem compléret, a solo celebrante principali profertur.

**30.** A Quásumus ígitur, Dómine, usque ad Réspice, Dómine, omnes concelebrantes omnia simul proferunt, hoc modo:

a) Quásumus ígitur, Dómine, manibus ad oblata extensis;

b) Ipse enim, cum hora venísset et Síмили modo, manibus iunctis;

c) verba Domini, manu dextera ad panem et ad calicem extensa; post consecrationem autem hostiam ad ostensionem eius atque calicem ad parvam elevationem eius aspiciunt, ac postea cum celebrante principali profunde se inclinant;

d) Unde et nos, manibus ante umeros elevatis;

e) Réspice, Dómine, iunctis manibus, modice se inclinantes.

**31.** *Intercessionēs: Nunc ergo, Dómine, ómnium recordāre, et Nobis ómnibus uni aliive e concelebrantibus committi convenit, qui solus eas, manibus ante umeros elevatis, profert.*

### **Prex eucharistica «De Reconciliatione» I**

**32.** Vere Sanctus a solo celebrante principali profertur.

**33.** A Réspice, quásumus usque ad Réspice, benígnus omnes concelebrantes omnia simul proferunt, hoc modo:

a) Réspice, quásumus manibus ad oblata extensis;

b) Quamvis vero, Sed ántequam et Síмилиter, postquam manibus iunctis;

- c) verba Domini, manu dextera ad panem et ad calicem extensa; post consecrationem autem hostiam ad ostensionem eius atque calicem ad parvam elevationem eius aspiciunt, ac postea cum celebrante principali profunde se inclinant;
- d) Mémores ígitur, manibus ante umeros elevatis;
- e) Réspice, benígnus, modice inclinati, iunctis manibus.

**34. Intercessio:** In communióne mentis uni e concelebrantibus committi convenit, qui solus eam, manibus ante umeros elevatis, profert.

### **Prex eucharistica «De Reconciliatione» II**

**35.** Te ígitur a solo celebrante principali profertur.

**36. Ab Et nunc usque ad Pater sancte omnes concelebrantes omnia simul proferunt, hoc modo:**

a) Et nunc reconciliatióne manibus ad oblata extensis;

b) Ipse enim et Síмили modo manibus iunctis;

c) verba Domini, manu dextera ad panem et ad calicem extensa; post consecrationem autem hostiam ad ostensionem eius atque calicem ad parvam elevationem eius aspiciunt, ac postea cum celebrante principali profunde se inclinant;

d) Memóriam ígitur, manibus ante umeros elevatis;

e) Pater sancte, modice inclinati, iunctis manibus.

**37. Intercessiones:** Ipse Ecclésiám tuam et Quemádmódum uni aliive e concelebrantibus committi convenit, qui solus eas, manibus ante umeros elevatis, profert.

### **Ritus Communionis**

**38.** Deinde celebrans principalis, iunctis manibus, cantat monitionem ante Orationem dominicam ac ipsam Orationem, manus extendens modo crucifixi, una cum ceteris concelebrantibus, qui manus tenent ante umeros elevatas, et cum conventu.

**39.** Líbera nos a solo celebrante principali, manibus modo crucifixi extensis, clara voce dicitur, sicut et oratio pro pace. Concelebrantes vero manibus iunctis stant. Concelebrantes pacem a celebrante principali acceptam sibi invicem tradunt; qui propiores sunt celebranti principali pacem ab eo recipiunt ante diaconum. Cantu Agnus Dei absoluto, cum celebrans principalis profunde se inclinat tum ipsi concelebrantes profundam inclinationem faciunt ad adorationem exprimendam, postea stantes silentio orant. Deinde celebrans principalis ante concelebrantes cum patena transit et unusquisque eorum Corpus Christi de ea sumit atque manu dextera tenet, manum sinistram supponens. Ad locum suum reversus, celebrans principalis accipit hostiam, et Corpus Christi reverenter, una cum concelebrantibus, sumit.

**40.** Celebrans principalis, stans in medio altaris, Sanguinem Domini e calice sumit; deinde concelebrantes, in locis suis manentes, Sanguinem Domini sumunt e calice a diacono unicuique oblato. Potest etiam, postquam celebrans principalis e calice communicavit, unus e concelebrantibus de altari calicem accipere et, ad locum suum reversus, de calice communicare et tradere eum concelebranti proximo, et deinceps. Calix semper abstergitur ab eo qui bibit vel ab eo qui calicem præsentat.

41. Præterea Communio concelebrantium ita fieri potest ut, Communione celebrantis principalis peracta, singuli ad altare accedunt, profunde se inclinant, Corpori et exinde Sanguini Domini (vel tantum Sanguini, si Communio sub specie panis facta est secundum ritum supra descriptum ad n. 39) communicent. Possunt autem ipsi Communionem sumere per intinctionem.
42. Communione concelebrantium peracta, diaconus a celebrante principali Corpus et Sanguinem Domini accipit. Tunc Communio aliis ministratur.
43. Distributione Communionis expleta, concelebrantes una cum communicatis profunde se inclinant, omnesque sedes in choro repetunt, ita se collocantes ut in principio Missæ erant dispositi.

### **Ritus conclusionis**

44. Signaculo crucis facto concelebrantes accedunt ad gradum sanctuarii, simul cum celebrante principali profunde se inclinant, et ab ecclesia recedunt, incedentes ante celebrantem principalem.
45. Vestibus sacris exutis, celebrans principalis in sanctuarii gradu se prosternit, concelebrantes autem se collocant secundum Domus usum.



ORDO MISSÆ  
QUÆ IN SACELLO CELEBRATUR





1. Hic ordo presbytero observandus est cum in sacello celebrat cum ministro vel pluribus adstantibus, vel etiam solus.
2. Omnia fiunt sicut in Missa conventuali, præter ea quæ sequuntur.
3. Si complures adstant, huiusmodi Missæ ritus aptari possunt ad instar Missæ conventualis, ut communis augeatur participatio.
4. Glória, Credo, Sanctus, Oratio dominica et Agnus Dei a presbytero et ministro simul recitari possunt, ex utriusque consensu. In Quadragesima presbyter non dicit Flectámus génuá et tractum omittere potest. Ad proclamandum lectiones et Evangelium (etiam Dóminus vobíscum et Lécio Sancti Evangélii secúndum...) presbyter potest se vertere ad audientes.
5. Presbyter, cum celebrat sine ministro, salutationes (Dóminus vobíscum, Pax Dómini sit semper vobíscum) et monitiones (Orémus, Oráte, fratres) omittere potest.
6. Ante Missam vasa necessaria parantur super altare ad latus dexterum.
7. Presbyter in sacello antequam Missam celebret ante altare prostratus orat.

### Ritus initiales

8. Omnibus in altari paratis, presbyter, sacris vestibus indutus, super gradum ante medium altaris paulisper stat, manibus iunctis, mentem elevans ad Deum. Tunc altare osculo veneratur et signaculo crucis signat se una cum stante ministro, submissa voce dicens:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.

Tum presbyter et minister modice se inclinant.

9. Deinde presbyter, ad ministrum conversus, manus extendens et iungens, eum salutatur dicens:

Dóminus vobíscum.

Minister, modice se inclinans, respondet:

Et cum spíritu tuo.

Presbyter s hoc responsum modice se inclinans recipit.

10. Presbyter, manibus iunctis, descendit in planum ante gradum altaris et se collocat in cornu eius sinistrum, stans ad ministrum versus, qui in loco suo, in latere scilicet dextero ante altare, se vertit ad presbyterum, genua flectit et profunde se inclinatur, manibus iunctis.

11. Primum fit examen conscientiae silentio. Deinde presbyter dicit:

Adiutórium nostrum in nómine Dómini.

**Minister respondet:**

Qui fecit cælum et terram.

**Postea presbyter, modice inclinatus, una cum ministro, dicit:**

Confíteor Deo et vobis, fratres, quia peccávi nimis, mea culpa, per supérbiam,

**et ter percutientes sibi pectus dicunt:**

cogitatióne, locutióne, ópere et omissiÓne; precor Beátam Maríam, omnes sanctos et vos, fratres: oráte pro me.

**Quo finito, presbyter, erigens se, absolutionem subiungit:**

Misereátur nostri omnípotens Deus, per intercessiÓnem beátæ Maríæ et ómnium Sanctórum, et dimíttat nobis ómnia peccáta nostra, et perdúcat ad vitam ætérrnam.

**Minister respondet:**

Amen.

---

**12. Cum sine ministro celebrat, presbyter ad faciendam confessionem in plano stat ante medium altaris. Examine conscientíæ absoluto dicit:**

Adiutórium nostrum in nómine Dómini. Qui fecit cælum et terram.

**Postea, modice inclinatus, prosequitur:**

Confíteor Deo, quia peccávi nimis, mea culpa, per supérbiam,

**et, percutiens ter sibi pectus, dicit:**

cogitatióne, locutióne, ópere et omissiÓne; precor te, o piíssima Dei Génetrix, et vos, omnes sancti: oráte pro me.

**Deinde, erigens se, dicit:**

Misereátur mei omnípotens Deus per intercessiÓnem tuam, o piíssima Dei Génetrix, et vestram, omnes sancti, et dimíttat mihi ómnia peccáta mea et perdúcat ad vitam ætérrnam.

---

**13. Deinde presbyter ante medium altaris, profunde inclinatus ac manibus iunctis, orat silentio, dum minister, in loco suo, versus ad altare, manet profunde inclinatus, genibus flexis. Tunc presbyter accedit ad altare, in cuius medio per totam fere Missam stabit; minister vero caput erigit.**

**14. Quo facto, presbyter, manibus insertis, dicit introitum.**

**15. Sequitur Kýrie, eléison, cuius invocationes presbyter dicit alternatim cum ministro:**

Kýrie, eléison (3). Christe, eléison (3). Kýrie, eléison (3).

---

**16.** Cum sine ministro celebrat, presbyter dicere potest tantum:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

---

**17.** Deinde, quando præscribitur, dicitur hymnus Glória in excélsis Deo. Hic hymnus autem extra tempus Adventus et Quadragesimæ, in omnibus Missis cuiusvis sancti dici potest, ad libitum celebrantis. Dum Adorámus te atque Súscipe deprecationem nostram dicuntur, presbyter modice se inclinât.

**18.** Quo hymno expleto, presbyter, manibus iunctis, dicit:

Orémus.

Modice inclinatus paulisper orat silentio; deinde erectus, manibus insertis, profert collectam, in cuius fine minister respondet:

Amen.

### Liturgia verbi

**19.** Tunc presbyter legit primam lectionem et, si habenda est, secundam. Lectiones autem a ministro in loco suo stante legi possunt, qui, munere suo expleto, iterum genua flectit. Presbyter dicit responsorium, et Allelúia vel tractum, iuxta rubricas. Postea minister stat ad sanctum Evangelium auscultandum.

**20.** Ante Evangelium, presbyter modice inclinatus, manibus iunctis, submissa voce dicit:

Dóminus sit in corde meo et in lábiis meis, ut recte pronúntiem Evangélium pacis.

**21.** Postea dicit:

Dóminus vobíscum.

Minister respondet:

Et cum spírítu tuo.

Presbyter subiungit:

Lectio sancti Evangélii secúndum N.

Minister respondet:

Glória tibi, Dómine.

Tum ambo se signant et inclinant modice. Ad Evangelium proclamandum presbyter stat manibus iunctis. Proclamatione Evangélii peracta, ipsum librum osculo veneratur. Deinde sacrum silentium haberi potest.

**22.** Quando præscribitur, dicitur symbolum fidei. Ad verba Et homo factus est presbyter modice se inclinatur, minister autem veniam sumit vel modice se inclinatur; dum dicitur simul adoratur presbyter modice se inclinatur.

### Liturgia eucharistica

**23.** Antiphona ad offertorium non dicitur. Presbyter, explicato corporali, ad cornu altaris pergit, et calice discooperto, ministroque urceolum porrigente, aquam in eum infundit dicens:

De latere Domini nostri Iesu Christi exivit Sanguis et aqua in remissionem peccatorum.

**24.** Postea minister lavat manus presbytero qui, submissa voce, dicit:

Lavabo inter innocentes manus meas,  
et circumdabo altare tuum, Domine.

Et duos vel tres versus sequentes:

Ut audiam vocem laudis, et enarrem universa mirabilia tua.  
Domine, dilexi decorem domus tuae, et locum habitationis gloriae tuae.  
Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam, et cum viris sanguinum vitam meam.

Minister, delatis urceolo ac pelvi in piscinam, in loco suo stat.

**25.** Presbyter, stans in medio altaris, calicem cum patena superposita ambabus manibus aliquantulum elevatum tenens offert, dicens secreto:

In spiritu humilitatis et in animo contrito suscipiamur a te, Domine, et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie ut placeat tibi, Domine Deus.

Et facit crucem cum ipso calice supra corporale, dicens:

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

**26.** Quo facto, calicem super corporale deponit, et ante eum patenam cum hostia. Calicem parte superiore corporalis cooperit. Tunc, versa facie ad ministrum, manus extendens atque iungens, dicit:

Orate, fratres.

Minister modica inclinatione respondet, deinde genua flectit.

**27.** Dicto Orate, fratres, presbyter versa facie ad altare, iunctis manibus, modice inclinatus, paulisper orat silentio. Deinde erectus, manibus insertis, orationem super oblata dicit, in cuius fine minister respondet:

Amen.

**28.** Tunc presbyter s dicit Precem eucharisticam, iuxta normas. Curet presbyter proferre verba consecrationis voce secreta, distincte et attente, ita ut ipsemet se audiat.

**29.** Minister ad consecrationem in suo loco manet manibus iunctis. Cum presbyter post utramque elevationem profunde se inclinatur, minister veniam sumit. Postea se prosternit, si placet.

## Ritus Communionis

**30.** Post doxologiam in fine Precis eucharisticæ, presbyter calicem cooperit et profunde se inclinat. Minister, si Orationem dominicam una cum presbytero dicit, genuflexus est. Presbyter autem, manibus iunctis, clara voce dicit:

Præcéptis salutáribus móniti,  
et divína institutióne formáti,  
audémus dícere:

**31.** Manibus modo crucifixi extensis, pergít:

Pater noster, qui es in cælis:  
sanctificétur nomen tuum;  
advéniat regnum tuum;  
fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra.  
Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie;  
et dimítte nobis débita nostra,  
sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris;  
et ne nos indúcas in tentatiónem;  
sed líbera nos a malo.

Presbyter, manibus modo crucifixi extensis, secreto subiungit:

Líbera nos, quæsumus, Dómine, ab ómnibus  
malis, da propítius pacem in diébus nostris, ut, ope  
misericórdiæ tuæ adiúti,  
et a peccáto simus semper líberi  
et ab omni perturbatióne secúri:  
exspectántes beátam spem  
et advéntum Salvatóris nostri Iesu Christi.

Dómine Iesu Christe, da nobis illam,  
quam mundus dare non potest pacem.

**32.** Presbyter, versus ad ministrum, manus extendens ac iungens, clara voce dicit:  
Pax Dómini sit semper vobíscum.

Minister respondet:

Et cum spírítu tuo.

Presbyter hoc responsum modice se inclinans recipit.

**33.** Presbyter calicem discooperit et profunde se inclinat. Dum panem eucharisticum frangit, et particulam demittit in calicem, dicit supplicationem:

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.  
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis.  
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, dona nobis pacem.

Si minister non communicat, persoluta supplicatione, se prosternit et sic manet usque ad finem silentii, quod presbyteri Communioni succedit.

**34.** Deinde presbyter profunde inclinatus, manibus iunctis, paulisper quiescit in meditatione; potest etiam dicere secreto alterutram ex sequentibus orationem:

Dómine Iesu Christe, Fili Dei vivi,  
 qui ex voluntáte Patris, cooperánte Spíritu Sancto,  
 per piíssimam mortem tuam univérsum mundum vivificásti:  
 líbera me per hoc sacrosánctum Corpus, et Sánguinem tuum  
 a cunctis iniquitátibus et peccátis, et a cogitatióibus pervérsis:  
 líbera me ab ómnibus malis prætéritis, præséntibus, et futúris:  
 et fac me tuis semper obcédire mandátis,  
 et a te numquam separári permíttas, Salvátor mundi:  
 Qui cum Patre in unitáte Spíritus Sancti vivis et regnas,  
 Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

vel:

Percéptio Córporis et Sánguinis tui, Dómine Iesu Christe,  
 non mihi provéniat in iudícium et condemnatióem:  
 sed pro tua pietáte prosit mihi ad tutaméntum mentis et  
 córporis, et ad medélam percipiéndam.

**35.** Postea presbyter accipit cum omni reverentia et devotione hostiam in eadem Missa consecratam, et stans modice inclinatus, patena mento supposita, Christi Corpus sumit. Dein calicem tenens manu dextra, eique purificatorium vel patenam sinistra supponens, Sanguinem Domini sumit.

**36.** Si minister communicaturus est, post Communionem presbyteri, in loco suo manens genuflexus, Corpus, et si vult, Sanguinem Domini recipit. Presbyter statim totum Christi Sanguinem qui remansit reverenter consumit. Deinde sacrum silentium habeatur.

**37.** Peracto silentio, minister surgit ad ablutiones ministrandas presbytero qui primam purificationem vasorum facit sicut in Missa conventuali (cf. supra, n. 112). Officio expleto, minister redit ad locum suum, genua flectit et ibi manet usque ad finem Missæ.

**38.** Deinde presbyter dicit antiphonam ad Communionem. Postea, manibus iunctis, dicit:

Orémus.

Modice inclinatus paulisper orat silentio; deinde erectus, manibus insertis, profert orationem post Communionem, in cuius fine minister respondet:

Amen.

### Ritus conclusionis

**39.** Presbyter, versa facie ad ministrum, manus extendens et iungens, dicit:

Dóminus vobíscum.

**Minister respondet:**

Et cum spírítu tuo.

**Presbyter hoc responsum modice se inclinans recipit. Postea subiungit:**

Benedicámus Dómino (**tempore vero paschali:** Benedicámus Dómino, allelúia, allelúia).

**Minister respondet:**

Deo grátias (**tempore vero paschali:** Deo grátias, allelúia, allelúia).

**40.** Postea presbyter, versa facie ad altare, profunde et humiliter se inclinatur ac secreto dicit:

Pláceat tibi, sancta Trínitas unus Deus, obséquium servitútis meæ: et præsta ut hoc sacrificium laudis, quod indígnus in conspéctu divínæ maiestátis tuæ óbtuli, tibi sit placens: mihi que et ómnibus, pro quibus illud óbtuli, sit te miseránte propitiábilis in vitam ætérrnam. Amen.

**41.** Quo peracto, presbyter altare osculo veneratur, et signatur se una cum ministro.

**42.** Presbyter, sacris vestibus exutus, orationem in gratiarum actionem ante altare prostratus facit. Idem facit minister quoque, si communicavit.





# PROPRIUM DE SANCTIS



# IANUARIUS

## Die 2 ianuarii

SS. BASILII MAGNI, GREGORII NAZIANZENI,  
ECCLESIAE DOCTORUM  
ET GREGORII NYSSENI, EPISCOPORUM

### Festum 12 lectionum

De Communi doctorum, Missa B, p. 433.

Dicitur Glória in excélsis.

#### Collecta

Deus, qui Ecclésiám tuam Sanctórum tuórum exémpis et doctrínis dignátus es illustráre, concéde, quæsumus, ut tuam discámus in humilitáte veritátem, et eam in caritáte fidéliter operémur. Per Dóminum.

#### Super oblata

Súscipe, quæsumus, Dómine, hoc sacrificium pópuli tui, ut, quod tibi in honóre beatórum episcopórum, offértur ad glóriam, nobis tríbuas ad salútem perpétuam. Per Christum.

Præfatio de Pastoribus, p. 263.

#### Post communionem

Mensa cæléstis, omnipotens Deus, in ómnibus festivitátem beatórum episcopórum celebrántibus supérnas vires firmet et áugeat, ut et fídei donum íntegrum custodiámus, et per osténsus salútis trámitem ambulémus. Per Dóminum.

## Die 3 ianuarii

### B. Ayraldi, monachi et episcopi

#### Memoria ad libitum

De Communi monachorum, Missa C, p. 437.

#### Collecta

Deus, qui beátum Ayráldum episcopum a sáeculi pompa ad vitam monásticam vocáre, ac in eo nobis caritátis tuæ exémpulum tribúere dignátus es, eius méritis precibúsq; concéde, ut tuæ benignitátis óleo perfúsi, mundi illécebras contemnéntes, ad cæléstia regna perveníre valeámus. Per Dóminum.

#### Super oblata

Da nobis, Dómine, perféctæ caritátis sacrificium, exémplo beáti Ayráldi, cum altáris oblatióne ita coniúgere, ut misericórdiam mereámur sempitérnam. Per Christum.

**Post communionem**

Refectiōne sacra enutrītos fac nos, omnīpotens Deus, intercedēte beāto Ayrāldo, in tua devōtione gaudere, quia perpētua est et plena felicitas, si bonōrum omnium serviāmus auctōri. Per Dōminum.

**Die 4 ianuarii****SANCTISSIMI NOMINIS IESU****Festum 12 lectionum****Introitus**

Phil 2, 10.8.11

**I**N nōmine Iesu omne genu flectātur cælestium, terrestrium, et infernōrum: quia Dōminus factus obēdiens usque ad mortem, mortem autem crucis; ideo Dōminus Iesus Christus in glōria est Dei Patris.

**Ps 101, 2:** Dōmine, exāudi oratiōnem meam: et clamor meus ad te veniat.

**Dicitur** Glōria in excelsis.

**Collecta**

Sanctīssimum Iesu nomen venerāntibus, nobis, Dōmine, concēde propītius, ut, eius in hac vita dulcedine perfruētes, sempiterno gāudio in pātria repleāmur. Per Dōminum.

**Responsorium**

Ps 91, 2-3

**R/.** Bonum est confitēri Dōmino, et psāllere nōmini tuo, Altīssime.

**V/.** Ad annuntiāndum mane misericōrdiam tuam, et veritātem tuam per noctem.

**Alleluia**

Ps 112, 1

Alleluia. **V/.** Laudāte, pūeri, Dōminum, laudāte nomen Dōmini. Alleluia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

Ps 65, 1-2.16

Iubilāte Deo, univērsa terra, iubilāte Deo, univērsa terra, psalmum dīcite nōmini eius: venīte et audīte, et narrābo vobis, omnes qui timētis Deum, quanta fecit Dōminus ānimæ meæ.

**Super oblata**

In veneratiōnem suavīssimi nōminis Dōmini nostri Iesu Christi Fīlii tui tibi, Pater misericordiārum, hōstias devōtis mēntibus immolāmus, patērnā tuā bonitātem humīliter deprecāntes, ut eārum virtūte cunctis egēntibus præstetur auxiliū, et in eōdem nōmine delectāntes, salutārem sui propōsiti consequāntur effēctum. Qui vivit et regnat in sēcūla sēcūlōrum.

**Præfatio de Nativitate, p. 236.**

**Ant. ad communionem**

Ps 12, 6

Cantābo Dōmino qui bona trībuit mihi, et psallam nōmini Dōmini altīssimi.

**Post communionem**

Tua nobis, quæsumus, Dómine, miseratióne concéde, ut in his sacris mystériis Dóminum Iesum dignis obséquiis venerémur, in cuius nómine voluísti omne genu flecti, omnésque hómines inveníre salútem. Per Dóminum.

**Die 10 ianuarii****S. PAULI, EREMITÆ****Festum 3 lectionum**

De Communi monachorum, Missa B, p. 437.

**Collecta**

Deus, qui beátum Paulum in solitúdinem duxísti, eius nobis intercessióne concéde, ut illuc omnis nostra dirigátur inténtio, ubi glóriæ tuæ manet indeficiens plenitúdo. Per Dóminum.

**Super oblata**

Súscipe, Dómine, quæsumus, hóstias pro salúte tuæ plebis oblátas, quibus nos, intercedénte beáto Paulo, et peccánda illécebras fúgere valeámus et cæléstibus propinquáre consórtiis. Per Christum.

**Post communionem**

Annue, quæsumus, Dómine, Deus noster, ut, beáti Pauli fulti præsidio, per hoc tuæ sapiéntiæ sacraméntum æqua moderatióne vivámus. Per Dóminum.

**Die 14 ianuarii****B. Odonis, monachi****Memoria ad libitum**

De Communi monachorum, Missa B, p. 437.

**Collecta**

Da nobis, Dómine, beáti Odónis festivitátem coléntibus spiritáli mente glóriam tuam contuéri, ut qui fide perseverámus in via, visióne tua resplendeámus in pátria. Per Dóminum.

**Super oblata**

Da, miséricors Deus, ut hæc salutáris oblátio et a própriis nos reátibus indesinéter expédiat, et intercedénte beáto Odóne mónacho tuo, ab ómnibus tueátur advérsis. Per Christum.

**Post communionem**

Deus, qui in huius celebratióne sacrificii, vitæ nostræ culmen statuísti, præsta ut hoc spirituális éxodi manna nutríti per Fílium tuum ad te revertámur. Qui tecum.

**Die 17 ianuarii****S. ANTONII, ABBATIS****Festum 12 lectionum**

**De Communi monachorum, Missa A, p. 436.**

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui beáto António abbáti tribuísti mira tibi in desérto conversatióne servíre, eius nobis interventióne concéde, ut, abnegántes nosmetípsos, te iúgiter super ómnia diligámus. Per Dóminum.

**Super oblata**

Accépta tibi sint, Dómine, quæsumus, múnera nostræ servitútis, pro beáti Antónii commemoratióne altári tuo propósita, et concéde, ut, a terrénis impediméntis absoluti, te solo dívites efficiámur. Per Christum.

**Præfatio de Monachis, p. 264.**

**Post communionem**

Sacraméntis tuis, Dómine, salúbriter enutrítos, cunctas fac nos semper insídias inimíci superáre, qui beáto António dedísti contra potestátes tenebrárum claras reférre victórias. Per Dóminum.

**Die 21 ianuarii****S. AGNETIS, VIRGINIS ET MARTYRIS****Festum 12 lectionum**

**De Communi martyrum, Missa F, p. 426.**

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Omnípotens sempitérne Deus, qui infírma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndas, concéde propítius, ut, qui beátæ Agnétis mártiris tuæ natalícia celebrámus, eius in fide constántiam subsequámur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Múnera, quæsumus, Dómine, quæ in celebritáte beátæ Agnétis deférimus, ita grátiae tuæ efficiántur accépta, sicut eius tibi plácitum éxstitit passiónis certámen. Per Christum.

**Præfatio de Martyribus, p. 262, vel de Virginibus, p. 265.**

**Post communionem**

Deus, qui beátam Agnétem pro gémina virginitátis et mártýrii victória inter Sanctos coronásti, da, quæsumus, per huius virtútem sacraménti, ut, omne malum fórtiter superántes, cæléstem glóriam consequámur. Per Dóminum.

**Die 22 ianuarii****S. Vincentii, diaconi et martyris****Memoria ad libitum**

De Communi martyrum, Missa C, p. 424.

**Collecta**

Omnípotens sempitérne Deus, tuum nobis Spíritum cleméner infúnde, ut corda nostra ea dilectióne válda potiántur, per quam sanctus martyr Vincéntius ómnia córporis torménta devícit. Per Dóminum.

**Super oblata**

Obláta múnera, quæsumus, Dómine, tua benedictióne sanctífica, quæ, te donánte, nos illa flamma tuæ dilectiónis accéndat, per quam sanctus Vincéntius torménta sui córporis unívérse devícit. Per Christum.

**Post communionem**

Beáti mártýris Vincéntii cæléstem victóriam divíno convívio celebrántes, te, Dómine, depóscimus, ut panem vitæ hic edéntes des víncere, et víncétes des édere de ligno vitæ in paradíso. Per Dóminum.

**Die 24 ianuarii****S. FRANCISCI DE SALES, EPISCOPI ET ECCLESIAE DOCTORIS****Festum 3 lectionum**

De Communi pastorum, Missa D, p. 430.

**Collecta**

Deus, qui ad animárum salútem beátum Francíscum episcopum, ómnibus ómnia factum esse voluísti, concéde propítius, ut, caritátis tuæ dulcédine perfúsi, eius dirigéntibus mónitis, ac suffragántibus méritis, æténa gáudia consequámur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Per hanc salutárem hóstiam quam offérimus tibi, Dómine, cor nostrum divíno illo Sancti Spíritus igne succénde, quo mitíssimum beáti Francísci ánimum mirábiliter inflammásti. Per Christum.

**Post communionem**

Concéde, quæsumus, omnipotens Deus, ut, per sacramenta quæ sumpsimus, beati Francisci caritatem et mansuetudinem imitantes in terris, gloriam quoque consequamur in cælis. Per Dóminum.

**Die 25 ianuarii****IN CONVERSIONE S. PAULI, APOSTOLI****Festum 12 lectionum****Introitus**

2 Tim 1, 12

**S**CIO cui credidi, et certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem.

**Ps 138, 1-2:** Dómine, probasti me et cognovisti me: tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam.

**Dicitur** Glória in excelsis.

**Collecta**

Deus, qui universum mundum beati Pauli apostoli prædicatione docuisti, da nobis, quæsumus, ut, cuius conversionem hodie celebramus, per eius ad te exempla gradientes, tuæ simus mundo testes veritatis. Per Dóminum.

**Responsorium**

Cf. Gal 2, 8-9; 1 Cor 15, 10

**R/.** Qui operatus est Petro in Apostolatam, operatus est et mihi inter gentes; et cognoverunt gratiam Dei quæ data est mihi.

**V/.** Grátia Dei in me vácuá non fuit, sed grátia eius semper in me manet.

**Alleluia**

Ps 138, 17

Alleluia. **V/.** Nimis honorati sunt amici tui, Deus; nimis confortatus est principatus eorum. Alleluia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

Ps 138, 17

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus; nimis confortatus est principatus eorum.

**Super oblata**

Illo nos, quæsumus, Dómine, divina tractantes, fidei lumine Spíritus perfúndat, quo beátum Paulum apóstolum ad glóriæ tuæ propagatióem iúgiter collustrávit. Per Christum.

**Præfatio de Apostolis, p. 261.**



**Ant. ad communionem**

Cf. Mt 19, 27.28.29

Amen dico vobis, quod vos qui reliquistis omnia et secuti estis me, centuplum accipietis et vitam aeternam possidebitis.

**Post communionem**

Sacramenta quae sumpsimus, Domine Deus noster, in nobis foveant caritatis ardorem, quo beatus apostolus Paulus vehementer accensus, omnium pertulit sollicitudinem Ecclesiarum. Per Dominum.

**Die 26 ianuarii****Ss. Timothei et Titi, episcoporum****Memoria**

De Communi pastorum, Missa A, p. 428.

**Collecta**

Deus, qui beatos Timotheum et Titum apostolicis virtutibus decorasti, utriusque intercessione concede, ut, iuste et pie viventes in hoc saeculo, ad caelestem mereamur patriam pervenire. Per Dominum.

**Super oblata**

Suscipe, quaesumus, Domine, munera populi tui, pro beatorum tuorum Timothei et Titi festivitate delata, et sincero nos corde perfice benignus acceptos. Per Christum.

**Post communionem**

Sacramenta quae sumpsimus, Domine Deus noster, illam nobis fidem innutrient, quam et apostolica docuit praedicatio, et beatorum Timothei et Titi sollicitudo custodivit. Per Dominum.

**Die 28 ianuarii****S. THOMÆ DE AQUINO, PRESBYTERI ET ECCLESIAE DOCTORIS****Festum 3 lectionum**

De Communi doctorum, Missa A, p. 432.

**Collecta**

Deus, qui Ecclesiam tuam beati Thomae doctoris tui mira eruditione clarificas, et sancta operatione fecundas, da nobis, quaesumus, et quae docuit intellectu conspiciere, et quae egit imitatione complere. Per Dominum.

**Super oblata**

Sacrificium tibi placeat, Deus, in festivitate beati Thomae libenter exhibitum, quo monente, nos etiam totos tibi reddimus collaudantes. Per Christum.

**Post communionem**

Quos Christo réficis pane vivo, eósdem édoce, Dómine, Christo magístro, ut in festivitáte beáti Thomæ tuam discant veritátem, et eam in caritáte operéntur. Per Dóminum.

**Die 31 ianuarii****S. Ioannis Bosco, presbyteri****Memoria**

**De Communi pastorum, Missa B, p. 428.**

**Collecta**

Deus, qui beátum Ioánnem presbýterum adulescéntium patrem et magístrum excitásti, concéde, quásumus, ut, eódem caritátis igne succénsi, ánimas quærere tibíque soli servíre valeámus. Per Dóminum.

**Super oblata**

Accépta tibi sit, quásumus, Dómine, sacrátæ plebis oblátio pro beáti Ioánnis commemoratióne et præsta, ut, ex huius participatióne mystérii, exémpla tuæ caritátis referámus. Per Christum.

**Post communionem**

Tríbuat nobis, omnipotens Deus, reféctio sancta subsidiúm, ut, exémpla beáti Ioánnis, et fraternitátis caritátem et lumen veritátis in corde exhibeámus et ópere. Per Dóminum.

# FEBRUARIUS

Die 2 februarii

## IN PRÆSENTATIONE DOMINI

Sollemnitas

In principio Missæ omnes lampades extinguuntur et candela accensa ponitur iuxta sedem celebrantis.

Introitus

Ps 47, 10-11

**S**USCEPIMUS, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Deus, ita et laus tua in fines terræ: iustítia plena est dèxtera tua.

Ps 47, 2-3: Magnus Dóminus, et laudábilis valde in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.

### BENEDICTIO CEREORUM

Post introitum presbyter, stans in sede, benedictionem cantat, manu dextera extensa super cereos; conventus vero stat coopertus versa facie ad altare.

Oratio

Deus ineffábilis poténtiæ, cuius Unigénitus cum nostra humanitáte hodiérna die in templo est a Matre præsentátus, benedícere + dignáre hos céreos in honórem tui nóminis consecrándos, et concéde per intercessiónem semper Vírginis Maríæ, ut quicúmque hæc luminária pro honóre Fílii tui Dómini nostri mánibus gestáverint, temporáli potiántur sospitáte; atque ubicúmque istórum flamma fúerit accénsa, immundórum repéllat spirítuum falsitátem; sicque mereántur pérfrui temporáli lætítia, quátenus óbviám Sponso pergéntes, lampadárum lúmíne splendéntes, ad núptias váleant intráre cum illo gaudéntes. Qui vivit et regnat in sácula sæculórum.

R/. Amen.

Deinde presbyter aqua benedicta aspergit tam candelam accensam quam cereos.

Peracta benedictione, cantor inchoat antiphonam **Lumen**, quam omnes prosequuntur cum versibus cantici **Nunc dimíttis** alternatim cantantes, nudatis capitibus.

Cantu inchoato, presbyter et diaconus accedunt ad gradum sanctuarii, et etiam conventus. Singuli, facta modica inclinatione ad presbyterum, flexis genibus (concelebrantibus exceptis), cereum accipiunt; postea, ad latus paululum pergentes, ad Sanctissimum Sacramentum vel ad altare se inclinant et ad sedes revertuntur, ubi permanent discooperti et super misericordias innixi.

Diaconus, omnium ultimus, presbytero porrigit duos cereos, quorum unum rursus ab eo recipit, alterum presbyter retinet sibi et in parato candelabro reponit.

Lc 2, 29-32

**Antiphona****Ant.** Lumen ad revelatióem géntium, et glóriam plebis tuæ Israel.**Canticum.** Nunc dimíttis servum tuum, Dómine, secúndum verbum tuum in pace.**Ant.** Lumen ad revelatióem...**V/.** Quia vidérunt óculi mei salutáre tuum.**Ant.** Lumen ad revelatióem...**V/.** Quod parásti ante fáciem ómnium populórum.**Ant.** Lumen ad revelatióem...**V/.** Lumen ad revelatióem géntium, et glóriam plebis tuæ Israel.**Ant.** Lumen ad revelatióem...**V/.** Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.**Ant.** Lumen ad revelatióem...**V/.** Sicut erat in princípío, et nunc et semper, et in sácula sæculórum. Amen.**Ant.** Lumen ad revelatióem...**Non inclinatur ad** Glória Patri.**Cum omnes ad sedes reversi sunt, Kýrie cantatur et presbyter digitos abluit. Interim cerei altaris et luminaria sanctuarii accenduntur flamma benedicta.****Monachi cereos usque ad offertorium gerunt. Expleto cantu ad offertorium, eos exstinguunt et deponunt.****Dicitur** Glória in excélsis.**Collecta****Omnípotens sempitérne Deus, maiestátem tuam súplices exorámus, ut, sicut Unigénitus Fílius tuus hodiérna die cum nostræ carnis substántia in templo est præsentátus, ita nos fácias purificátis tibi méntibus præsentári. Per Dóminum.****Responsorium****Ps 47, 10-11.9.3****R/.** Suscépimus, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Dómine, ita et laus tua in fines terræ.**V/.** Sicut audívimus, ita et vídimus in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.**Alleluia****Ps 137, 2****Alleluia. V/.** Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo. Alleluia.**Dicitur** Credo.**Ant. ad offertorium****Ps 44, 15-16****Afferéntur Regi vírgines; post eam, próximæ eius afferéntur tibi in lætítia et exsultatióne, adducéntur in templum Regi Dómino.**

**Super oblata**

Gratum tibi sit, Dómine, quæsumus, exsultantis Ecclésiæ munus oblátum, qui Unigénitum Fílium tuum voluísti Agnum immaculátum tibi offerri pro sæculi vita. Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum.

Præfatio de Nativitate, p. 236, vel Præfatio de Domino nostro Iesu Christo, p. 254.

**Ant. ad communionem**

Lc 2, 26

Respónsum accépit Símeon a Spíritu Sancto, non visúrum se mortem, nisi vidéret Christum Dómini.

**Post communionem**

Per hæc sancta quæ sumpsimus, Dómine, pèrfice in nobis grátiam tuam, qui exspectationem Simeónis implésti, ut, sicut ille mortem non vidit nisi prius Christum suscipere mererétur, ita et nos, in occúrsum Dómini procedéntes, vitam obtineámus ætérnam. Per Dóminum.

**Die 4 februarii****B. Lanuini, monachi****Memoria ad libitum**

De Communi monachorum, Missa D, p. 438.

**Collecta**

Deus, qui beátum Lanuínium sancti Patris nostri Brunónis sodálem, et æmulatórem exímium in solitúdine effecísti, da nobis, quæsumus, ut ambórum méritis ad perénnem in cælis glóriam perveníre valeámus. Per Dóminum.

**Super oblata**

Offeréntibus hæc múnera, præsta, quæsumus, Dómine, sic legem tuam dilígere, ut eam iúgiter meditémur in corde, et accépto tibi perficiámus in ópere. Per Christum.

**Post communionem**

Hæc sancta commúnio, Dómine, sanctíficet nos in veritáte, ut veri adoratóres simus quos quæris, et latitúdinem tuæ discámus caritátis. Per Dóminum.

**Die 5 februarii****S. AGATHÆ, VIRGINIS ET MARTYRIS****Festum 3 lectionum**

De communi martyrum, Missa F, p. 426, cum introitu proprio.

**Collecta**

Deus, qui inter cétera poténtiæ tuæ miracula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti, concéde propítius, ut qui beátæ Agathæ vírginis et mártiris tuæ natalícia cólimus, per eius ad te exémpa gradiámur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Dicátæ, quæsumus, Dómine, capiámus oblatiónis efféctum, ut, beátæ Agathæ exémplo, terrénæ vetustátis conversatióne mundáti, cæléstis vitæ proféctibus innovémur. Per Christum.

**Post communionem**

Cælésti pane refécti, humíliter deprecámur cleméntiam tuam, Dómine, ut, qui de beátæ Agathæ commemoratióne gaudémus, véniam delictórum, sospitátem córporum, gratiámque et glóriam ætéram consequámur animárum. Per Dóminum.

**Die 6 februarii**

SS. PAULI MIKI ET SOCIORUM, MARTYRUM

**Festum 3 lectionum**

De Communi martyrum, Missa D, p. 425.

**Collecta**

Deus, ómnium fortitúdo sanctórum, qui beátos mártýres Paulum eiúsque sócios per crucem ad vitam vocáre dignátus es, præsta, quæsumus, ut, eórum intercessióne, fidem quam profitémur usque ad mortem fórtiter teneámus. Per Dóminum.

**Super oblata**

Súscipe, sancte Pater, múnera quæ in sanctórum mártýrum commemoratióne deférimus, et nobis fámulis tuis concéde, ut in confessióne tui nóminis inveníri stábiles mereámur. Per Christum.

**Post communionem**

Deus, qui crucis mystérium in sanctis martýribus tuis mirábiliter illustrásti, concéde propítius, ut, ex hoc sacrificio roboráti, Christo fidéliter hæreámus, et in Ecclésia ad salútem ómnium operémur. Per Dóminum.

**Die 10 februarii****S. Scholasticæ, virginis et monialis****Memoria**

**De Communi virginum, Missa A, p. 440.**

**Collecta**

Beátæ Scholásticæ vírginis memóriam recoléntes, quæsumus, Dómine, ut, eius exémplo, tibi intemeráta caritáte serviámus, et felíces obtineámus tuæ dilectiónis efféctus. Per Dóminum.

**Super oblata**

Súscipe, Dómine, obséquium humilitátis nostræ, quod tibi in commemoratióne beátæ Scholásticæ vírginis exhibémus, et nos, per immaculátam hóstiam, da iúgiter in tuo conspéctu pio sanctóque amóre flagráre. Per Christum.

**Post communionem**

Sumpta mystéria, quæsumus, Dómine, in hac festivitáte beátæ vírginis Scholásticæ íncitent nos iúgiter et illústrent, ut digne advéntum Fílii tui præstolémur, et ad supérnas eius núptias admittámur. Per Dóminum.

**Die 14 februarii****SS. CYRILLI, MONACHI ET METHODII, EPISCOPI****Festum 3 lectionum**

**De Communi pastorum, Missa C, p. 429.**

**Collecta**

Deus, qui per beátos fratres Cyríllum et Methódium Slavóniæ gentes illuminásti, da córdibus nostris tuæ doctrínæ verba percípere, nosque pérfice pópulum in vera fide et recta confessióne concórдем. Per Dóminum.

**Super oblata**

Réspice, Dómine, múnera quæ in commemoratióne beatórum Cyrílli et Methódii maiestáti tuæ deférimus, et præsta, ut signum fiant humanitátis novæ in dilectióne caritátis tibi reconciliátæ. Per Christum.

**Post communionem**

Deus, cunctárum Pater géntium, qui nos de uno pane et uno Spíritu partícipes éfficis ac ætérni herédes convívii, in hac festivitáte beatórum Cyrílli et Methódii benígnus concéde, ut tuórum multitúdo filiórum, in eádem fide perseverans, unánimis regnum iustítiæ et pacis ædíficet. Per Dóminum.

**Die 22 februarii****CATHEDRÆ S. PETRI, APOSTOLI****Festum 3 lectionum****Introitus****Act 12, 11**

**N**UNC scio vere quia misit Dóminus Angelum suum: et erípuit me de manu Heródís, et de omni exspectatióne plebis Iudæórum.

**Ps 138, 1-2:** Dómine, probásti me, et cognovísti me: tu cognovísti sessiÓNem meam, et resurrectiÓNem meam.

**Collecta**

Deus, qui beáto Petro, apóstolo tuo, collátis clávis regni cælestis, ligándi atque solvéndi pontificium tradidísti, concéde, ut, intercessiÓNis eius auxilió, a peccatórum nostrórum néxibus liberémur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**Responsorium****Ps 44, 17-18**

**R/.** Constítues eos príncipes super omnem terram; mémores erunt nóminis tui, Dómine.

**V/.** Pro pátribus tuis nati sunt tibi fílii; proptérea pópuli confitebúntur tibi.

**Alleluia****Mt 16, 18**

Allelúia. **V/.** Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam. Allelúia.

**In Quadragesima, omittitur Alleluia, nec dicitur tractus.**

**Ant. ad offertorium****Ps 18, 5**

In omnem terram exívit sonus eórum, et in fines orbis terræ verba eórum.

**Super oblata**

Ecclésiæ tuæ, quæsumus, Dómine, preces et hóstias benígnus admítte, ut, beáto Petro pastóre, ad ætérnam pervéniat hereditátem, quo docénte fídei tenet integritátem. Per Christum.

**Ant. ad communionem****Mt 16, 18**

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam.

**Post communionem**

Deus, qui nos, beáti Petri apóstoli festivitátem celebrátes, Christi Córporis et Sánguínis communióne vegetásti, præsta, quæsumus, ut hoc redemptiÓNis commércium sit sacraméntum nobis unitátis et pacis. Per Dóminum.



**Die 23 februarii****S. POLYCARPI, EPISCOPI ET MARTYRIS****Festum 3 lectionum****De Communi martyrum, Missa B, p. 423.****Collecta**

Deus univ ersae creatur ae, qui beatum Polycarpum episcopum in n umerum m artyrum dignatus es aggregare, eius nobis intercessi one concede, ut, cum illo partem calicis Christi capi entes, per Sp iritum Sanctum in vitam resurgamus aeternam. Per D ominum.

**Super oblata**

Clementissime Deus, m unera haec tua benedicti one perfunde et nos in tua fide confirma, quam beatus Polycarpus effuso sanguine asservit. Per Christum.

**Post communionem**

Caelstibus, D omine, pasti deliciis, supplices te rogamus, ut, exemplo beati Polycarpi, caritatis et passionis Filii tui in mentibus nostris signa feramus, et perpetuae pacis fructu iugiter perfruamur. Per D ominum.

## MARTIUS

### Die 7 martii

#### Ss. Perpetuæ et Felicitatis, martyrum

##### Memoria

De Communi martyrum, Missa D, p. 425.

##### Collecta

Deus, cuius urgente caritate beatae martyres Perpétua et Felicitas tormentum mortis, contempto persecutore, vicerunt, da nobis, quaesumus, earum precibus, ut in tua semper dilectione crescamus. Per Dominum.

##### Super oblata

Hodiernum, Domine, sacrificium laetanter offerimus, quo, beatarum Perpétuæ et Felicitatis caelestem victoriam recensentes, et tua magnalia praedicamus, et nos acquisisse gaudemus suffragia gloriosa. Per Christum.

##### Post communionem

Sumentes, Domine, gaudia sempiterna de participatione sacramenti, et de memoria beatarum Perpétuæ et Felicitatis suppliciter deprecamur, ut, quae sedula servitute, donante te, gerimus, dignis sensibus tuo munere capiamus. Per Dominum.

### Die 19 martii

#### S. IOSEPH SPONSI BEATAE VIRGINIS MARIAE

##### Sollemnitatis

##### Introitus

Ps 118, 151-152

**P**ROPE es tu, Domine, et omnes viae tuae veritas: initio cognovi de testimoniis tuis, quia in aeternum tu es.

Ps 118, 1: Beati immaculati in via, qui ambulat in lege Domini.

**Dicitur** Glória in excelsis.

##### Collecta

Præsta, quaesumus, omnipotens Deus, ut humanae salutis mysteria, cuius primordia beati Ioseph fideli custodiae commisisti, Ecclesia tua, ipso intercedente, iugiter servet implenda. Per Dominum.

##### Responsorium

Cf. Ps 73, 20.19.22

**R/.** Respice, Domine, in testamentum tuum: et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

**V/.** Exsurge, Domine, et iudica causam tuam: memor esto opprobrii servorum tuorum.

**Tractus**

Ps 111, 1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

**V/** . Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

**V/** . Glória, et divítiae in domo eius: et iustítia eius manet in sáeculum sáeculi.

**Tempore paschali, omisso responsorio et tractu, dicitur:**

**Alleluia 1**

Ps 80, 2-3

Allelúia. **V/** . Exsultáte Deo adiutóri nostro, iubiláte Deo Iacob: súmíte psalmum iucúndum cum cíthara.

**Alleluia 2**

Ps 110, 9

Allelúia. **V/** . Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

Ps 67, 36

Mirábilis Deus in Sanctis suis; Deus Israel ipse dabit virtútem et fortitúdinem plebi suæ; benedíctus Deus.

**Super oblata**

Quæsumus, Dómine, ut, sicut beátus Ioseph Unigénito tuo, nato de María Vírgine, pia devotióne desérviit, ita et nos mundo corde tuis altáribus mereámur ministráre. Per Christum.

**Præfatio de sancto Ioseph, p. 260.**

**Ant. ad communionem**

Lc 2, 48.49

Fili, quid fecísti nobis sic? ego et pater tuus doléntes quærebámus te. Et quid est quod me quærebátis? Nesciebátis quia in his quæ Patris mei sunt opórtet me esse?

**Post communionem**

Famíliam tuam, quæsumus, Dómine, quam de beáti Ioseph sollemnitáte lætántem ex huius altáris alimónia satiásti, perpétua protectióne defénde, et tua in ea propitiátus dona custódi. Per Dóminum.

**Die 25 martii****IN ANNUNTIATIONE DOMINI****Sollemnitas****Introitus**

Is 45, 8

**R**ORATE, cæli, désuper, et nubes pluant iustum: aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem (**T.P.** allelúia, allelúia).

**Ps 18, 2:** Cæli enárrant glóriam Dei: et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui Verbum tuum in útero Vírginis Mariæ veritátem carnis humanæ suscipere voluísti, concéde, quæsumus, ut, qui Redemptórem nostrum Deum et hóminem confitémur, ipsíus étiam divínæ natúræ mereámur esse consórtes. Per Dóminum.

**Responsorium**

Ps 144, 18.21

**R/.** Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum: ómnibus qui ínvocant eum in veritáte.

**V/.** Laudem Dómini loquétur os meum: et benedícat omnis caro nomen sanctum eius.

**Tractus**

Lc 1, 28.42.31; Is 7, 14; Lc 1, 34-35

Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum.

**V/.** Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

**V/.** Ecce concípies, et páries Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

**V/.** Quómodo, inquit, fiet istud, quóniam virum non cognósco? Et respóndens Angelus dixit ei.

**V/.** Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. **V/.** Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

**Tempore paschali, omisso responsorio et tractu, dicitur:**

**Alleluia 1**

Ps 79, 3

Allelúia. **V/.** Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos.

**Alleluia 2**

Ps 117, 24

Allelúia. **V/.** Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

**Dicitur Credo. Ad verba** Et homo factus est **omnes, etiam concelebantes, veniam sumunt.**

**Ant. ad offertorium**

Lc 1, 28.42

Ave, María, grátia plena, Dóminus tecum; benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui (**T.P.** alleluia).

**Super oblata**

Ecclesiæ tuæ munus, omnípotens Deus, dignáre suscipere, ut, quæ in Unigéniti tui incarnatione primórdia sua constáre cognóscit, ipsíus gáudeat hac sollemnitate celebráre mystéria. Per Christum.

**Præfatio de Nativitate, p. 236, vel Præfatio de Domino nostro Iesu Christo, p. 254.**

**Ant. ad communionem**

Is 7, 14

Ecce Virgo concípíet, et páriet Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel (**T.P.** allelúia).

**Post communionem**

In méntibus nostris, quæsumus, Dómine, veræ fidei sacraménta confírma, ut, qui concéptum de Vírgine Deum verum et hóminem confitémur, per eius salutíferæ resurrectiόνis poténtiam, ad ætérrnam mereámur perveníre lætítiam. Per Dóminum.

## APRILIS

### Die 7 aprilis

#### S. Ioannis Baptistæ de la Salle, presbyteri

##### Memoria

De Communi pastorum, Missa D, p. 430. Tempore paschali, Missa E, p. 431.

##### Collecta

Deus, qui ad christiánam iuventútem educándam beátum Ioánnem Baptistam elegisti, éxcita in Ecclésia tua institutores, qui humánæ et christiánæ iúvenum disciplínæ toto corde sese devóveant. Per Dóminum.

##### Super oblata

Accépta tibi sit, quæsumus, Dómine, sacratæ plebis oblatio pro beáti Ioánnis Baptistæ commemoratióne et præsta, ut, ex huius participatióne mystérii, exémpa tuæ caritátis referámus. Per Christum.

##### Post communionem

Tríbuat nobis, omnipotens Deus, refectio sancta subsidium, ut, exémplo beáti Ioánnis Baptistæ, et fraternitátis caritátem et lumen veritátis in corde exhibeamus et ópere. Per Dóminum.

### Die 11 aprilis

#### S. Stanislai, episcopi et martyris

##### Memoria ad libitum

Tempore paschali, de Communi martyrum, Missa E, p. 426. Extra tempus paschale, Missa A, p. 423.

##### Collecta

Deus, pro cuius honóre beátus episcopus Stanisláus gládiis persecutorum occúbuit, præsta, quæsumus, ut fortes in fide usque ad mortem perseveráre valeámus. Per Dóminum.

##### Super oblata

In tuórum, Dómine, pretiósá morte iustórum, sacrificium illud offérimus, de quo martyrium sumpsit omne princípium. Per Christum.

##### Post communionem

Deus, qui crucis mystérium in sanctis martyribus tuis mirabíliter illustrásti, concéde propítius, ut, ex hoc sacrificio roboráti, Christo fidéliter hæreamus, et in Ecclésia ad salútem ónnum operémur. Per Dóminum.

**Die 22 aprilis****S. HUGONIS GRATIANOPOLITANI, EPISCOPI****Festum 12 lectionum**

**De Communi pastorum, Missa E tempore paschali, p. 431.**

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui per beátum Hugónem, pastorálem sollicitúdinem Ecclésiæ erga patres nostros providénter ostendísti, tríbue, quæsumus, per eius intercessiónem, contínuum religiónis augméntum. Per Dóminum.

**Super oblata**

Hóstias, quæsumus, Dómine, quas in festivitáte beáti Hugónis sacris altáribus exhibémus, propítius réspice, ut, nobis indulgéntiam largiéndo, tuo nómini dent honórem. Per Christum.

**Præfatio de Pastoribus, p. 263.**

**Post communionem**

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut de percéptis munéribus grátias exhibéntes, intercedénte beáto Hugóne epíscopo tuo, benefícia potióra sumámus. Per Dóminum.

**Die 25 aprilis****S. MARCI, EVANGELISTÆ****Festum 12 lectionum**

**De Communi apostolorum, Missa C tempore paschali, p. 422.**

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui beátum Marcum evangelístam tuum evangélicæ prædicatiónis grátia sublimásti, tríbue, quæsumus, eius nos eruditiónem ita proficere, ut vestígia Christi fidéliter sequámur. Qui tecum.

**Dicitur** Credo.

**Super oblata**

Beáti Marci evangelístæ tui festivitáte tibi múnera deferéntes, quæsumus, Dómine, ut sicut illum prædicatio evangélica fecit gloriósum, ita nos eius intercésio et verbo et ópere tibi reddat accéptos. Per Christum.

**Præfatio de Apostolis, p. 261.**

**Post communionem**

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut, quod de sancto altâri tuo accépimus, nos sanctíficet, et in fide Evangélii, quod beátus Marcus prædicávit, fortes effíciat. Per Dóminum.

**Die 29 aprilis****S. CATHARINÆ SENENSIS, VIRGINIS ET ECCLESIAE  
DOCTORIS****Festum 12 lectionum**

**De Communi virginum, Missa D tempore paschali, p. 442.**

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui beátam Catharínam in contemplatióne domínicae passiónis et in Ecclésiæ tuæ servítio divíno amóre flagráre fecísti, ipsíus intercessióne concéde, ut pópulus tuus, Christi mystério sociátus, in eius glóriæ revelatióne semper exsúltet. Qui tecum.

**Super oblata**

Múnera, quæsumus, Dómine, quæ tibi in beátæ Catharínæ vírginis honóre deférimus, benígno súscipe vultu, et nos eius méritis, et intercessióne ad tuam fácias perveníre lætítiam. Per Christum.

**Præfatio de Virginibus, p. 265.**

**Post communionem**

Sumptis, Dómine Deus, divínæ grátiaæ sacraméntis, quæsumus, ut intercedénte beáta Catharína vírgine tibi acceptíssima, hostíles superémus incúrsus, et ad æternæ redemptiúnis augménta proficiscéntes, tuis óculis placeámus. Per Dóminum.



**MAIUS****Die 2 maii**

S. ATHANASII, EPISCOPI ET ECCLESIAE DOCTORIS

Festum 3 lectionum

De Communi doctorum, Missa E tempore paschali, p. 435.

**Collecta**

Omnípotens sempitérne Deus, qui beátum Athanásium episcopum divinitátis Fílii tui propugnatórem exímium suscitásti, concéde propítius, ut, eius doctrína et protectióne gaudéntes, in tui cognitióne et amóre sine intermissiÓne crescámus. Per Dóminum.

**Super oblata**

Réspice, Dómine, múnera quæ tibi in commemoratiÓne beáti Athanásii perhibémus, eiúsque fidem profiténtibus illibátam tuæ testificatiÓ veritátis prosit ad salútem. Per Christum.

**Post communionem**

Da nobis, quæsumus, omnípotens Deus, ut Unigéniti tui vera divínitas, quam cum beáto Athanásio fírmiter confitémur, per hoc sacraméntum vivíficet nos semper et múniat. Per Dóminum.

**Die 3 maii**

SS. PHILIPPI ET IACOBI, APOSTOLORUM

Festum 12 lectionum

**Introitus**

Neh 9, 27

**C**LAMAVERTUNT ad te, Dómine, in témpore afflictiónis suæ: et tu de cælo exaudísti eos, allelúia, allelúia.

**Ps 32, 1:** Exsultáte, iusti, in Dómino: rectos decet collaudátio.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui nos ánnua apostolorum Philíppi et Iacóbi festivitáte lætíficas, da nobis, ipsórum précibus, in Unigéniti tui passióne et resurrectiÓne consórtium, ut ad perpétuam tui visiÓnem perveníre mereámur. Per Dóminum.

**Alleluia 1**

1 Cor 5, 8

Allelúia. **V/** . Epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis.

**Alleluia 2 (ante Ascensionem)**

Ap 5, 12

Allelúia. *V/* . Dignus est Agnus, qui occísus est, accíperere virtútem, et divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.

**Alleluia 2 (post Ascensionem)**

Ps 67, 18-19

Allelúia. *V/* . Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

Ps 88, 6

Confitebúntur cæli mirabília tua, Dómine, et veritátem tuam in Ecclésia Sanctórum, allelúia, allelúia.

**Super oblata**

Súscipe, Dómine, múnere quæ pro apostolórum Philíppi et Iacóbi festivitáte deférimus, et immaculátam nobis religióne mundámque largíre. Per Christum.

**Præfatio de Apostolis**, p. 261.

**Ant. ad communionem**

Io 14, 9.10

Tanto témpore vobíscum sum, et non cognovístis me? Philíppe, qui videt me, videt et Patrem, allelúia: non credis quia ego in Patre, et Pater in me est? Allelúia, allelúia.

**Post communionem**

Purífica, quæsumus, Dómine, mentes nostras per hæc sancta quæ súmpsimus, ut, cum apóstolis Philíppo et Iacóbo te in Fílio contemplátes, vitam habére mereámur ætérrnam. Per Dóminum.

**Die 4 maii**

**SS. IOANNIS, AUGUSTINI, ROBERTI  
ET BEATORUM SOCIORUM, MONACHORUM ET MARTYRUM**

**Festum 12 lectionum**

**De Communi martyrum, Missa E tempore paschali**, p. 426.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui sanctum Ioánnem eiúsque sócios ob fidelitátem erga Summum Pontíficem mártýrio consecrásti, concéde ut eórum exémplo in apostólicæ unitátis petra solidáti, secúra tibi mente famulémur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Offeréntes, Dómine, hæc múnere, fratérna nos mártýrum coróna lætíficet, quos in grémio matris Ecclésiæ iunxit fídei únitas, et in passióne ferénda, uníus amóris societas. Per Christum.

Præfatio de Martyribus, p. 262.

### Post communionem

Sumptis, Dómine, salutáribus sacraméntis, da nos, quæsumus, unánimes in fide et dilectiône perseveráre, qui sanctos mártýres tuos tribuísti caritáte in vita esse concórdes, et in morte coniúctos. Per Dóminum.

## Die 10 maii

### B. Nicolai Albergati, monachi et episcopi

#### Memoria ad libitum

De Communi monachorum, Missa E tempore paschali, p. 439.

### Collecta

Concéde nobis, Dómine, simplicitátem vitæ, qua beátus Nicoláus propósitum cartusiéne inter tantas curas conservábat. Per Dóminum.

### Super oblata

Per hæc sancta, Dómine, quæ tibi offérimus, cognitióem nobis individuae tríbue Trinitátis, ut pacífici conversémur inter fílios unitátis. Per Christum.

### Post communionem

Per hæc pacis nostræ mystéria, da nos, Deus, cum ómnibus esse pacíficos, et eos qui nobis adversántur tibi gratos effícere, nobisque placátos. Per Dóminum.

## Die 14 maii

### S. MATTHIÆ, APOSTOLI

#### Festum 12 lectionum

De Communi apostolorum, Missa C tempore paschali, p. 422. Extra tempus paschale, Missa B, p. 421.

Dicitur Glória in excélsis.

### Collecta

Deus, qui beátum Matthíam Apostolórum collégio sociásti, eius nobis interventióne concéde, ut, dilectiónis tuæ sorte gaudéntes, cum eléctis numerári mereámur. Per Dóminum.

Dicitur Credo.

### Super oblata

Ecclesiæ tuæ, Dómine, múnera pro festo beáti Matthíæ reverénter obláta suscípias, et per ea nos grátiae tuæ virtúte confírma. Per Christum.

Præfatio de Apostolis, p. 261.

**Post communionem**

Famíliam tuam, Dómine, divínis ne cesses replére munéribus, ut, beáto Matthía pro nobis intercedénte, in partem sortis sanctorum in lúmine nos dignéris accípere. Per Dóminum.

**Die 24 maii****B. GUILLELMI DE FENOL, MONACHI****Festum 12 lectionum**

Tempore paschali, de Communi monachorum, Missa E, p. 439. Extra tempus paschale, Missa A, p. 436.

Dicitur Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, humílium celsitúdo, cui servíre regnáre est, præsta, quæsumus, ut beáti Guillélmi simplicitátem imitándo, ad regnum párvulis promíssum pertingámus. Per Dóminum.

**Super oblata**

Súscipe, Dómine, múnera in beáti Guillélmi commemoratióne deláta, et præsta, ut, per humánum quem tibi offérimus labórem, óperi Christi redemptóris consociári mereámur. Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum.

Præfatio de Monachis, p. 264.

**Post communionem**

Unitátis et caritátis mensæ partícipes effécti, rogámus, Dómine, cleméntiam tuam, ut, per ópera quæ nobis implénda commisísti, et vitam sustentémus terrénam, et regnum tuum ædificémus fidéntes. Per Dóminum.

**Die 26 maii****S. Philippi Neri, presbyteri****Memoria**

Tempore paschali, de Communi pastorum, Missa E, p. 431. Extra tempus paschale, Missa A, p. 428.

**Collecta**

Deus, qui fidéles tibi servos sanctitátis glória sublimáre non desístis, concéde propítius, ut illo nos igne Spíritus Sanctus inflámmet, quo beáti Philíppi cor mirábiliter penetrávit. Per Dóminum.

**Super oblata**

Hóstiam tibi laudis offeréntes, quæsumus, Dómine, ut, beáti Philíppi exémplo, ad tui nóminis glóriam proximíque servítium hílares nos semper præstémus. Per Christum.

**Post communionem**

Cælestibus, Dómine, pasti delíciis, quæsumus, ut, beáti Philíppi imitatióne, semper éadem, per quæ veráciter vívimus, appetámus. Per Dóminum.

**Die 31 maii****IN VISITATIONE B. VIRGINIS MARIÆ****Festum 12 lectionum****Introitus**

Ps 44, 13.15.16

**V**ULTUM tuum deprecabúntur omnes dívites plebis: adducéntur Regi vírgines: post eam próximæ eius adducéntur tibi, in lætítia et exsultatióne (T.P. allelúia, allelúia).

Ps 44, 2: Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Omnípotens sempitérne Deus, qui beátam Vírginem Mariám, Fílium tuum gestántem, ad visitándam Elísabeth inspirásti, præsta, quæsumus, ut, afflánti Spirítui obsequéntes, cum ipsa te semper magnificáre possímus. Per Dóminum.

**Responsorium**

Ps 44, 3.5

**R/.** Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

**V/.** Propter veritátem, et mansuetúdinem, et iustítiam: et dedúcet te mirabíliter délixtera tua.

**Alleluia**

Ps 44, 5

Allelúia. **V/.** Spécie tua et pulchritúdone tua inténde: próspere procéde, et regna. Allelúia.

**Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:**

**Alleluia 1**

Ps 44, 5

Allelúia. **V/.** Spécie tua et pulchritúdone tua inténde: próspere procéde, et regna.

**Alleluia 2 (ante Ascensionem)**

Ps 117, 1

Allelúia. **V/.** Confitémيني Dómino quóniam bonus: quóniam in sáeculum misericórdia eius. Allelúia.

**Alleluia 2 (post Ascensionem)**

Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. **V/.** Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

Lc 1, 28.42

Ave, Mariá, grátia plena, Dóminus tecum; benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui (T.P. allelúia).

**Super oblata**

Maiestáti tuæ, Dómine, hoc nostrum gratum sit sacrificium salutáre, sicut beatíssimæ Unigéniti tui Matris habuísti acceptábilem caritátem. Per Christum.

**Præfatio I de beata Virgine Maria** (Et te in Visitatione), p. 256, vel II, p. 257, vel III, p. 258.

**Ant. ad communionem****Zac 9, 9**

Exsúlta, fília Sion, lauda, fília Ierúsalem: ecce Rex tuus venit Sanctus et Salvátor (**T.P.** alleluia).

**Post communionem**

Magníficet te, Deus, Ecclésia tua qui tuis fecísti magna fídelibus, et, quem laténtem beátus Ioánnes cum exsultatióne præsensit, eúndem semper vivéntem cum lætítia in hoc percípiat sacraménto. Qui tecum.

**Feria secunda post Pentecosten**  
**BEATÆ VIRGINIS MARIÆ, MATRIS ECCLESIAE**

**Sollemnitas**

**Introitus**

**G**AUDEAMUS omnes in Dómino, diem festum celebrántes sub honóre beátæ Maríæ, Matris Ecclesiæ, de cuius sollemnitáte gaudent Angeli, et colláudant Fílium Dei.

**Ps 47, 2-3:** Magnus Dóminus, et laudábilis valde in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, misericordiárum Pater, cuius Unigénitus, cruci affíxus, beátam Maríam Vírginem, Genetrícem suam, Matrem quoque nostram constitúit, concéde, quæsumus, ut, eius cooperánte caritáte, Ecclesiá tua, in dies fecúndior, prolis sanctitáte exsúltet et in grémium suum cunctas átrahat famílias populórum. Per Dóminum.

**Responsorium**

**Ps 45, 6.5**

**R/.** Adiuvábit eam Deus vultu suo: Deus in médio eius, non commovébitur.

**V/.** Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

**Alleluia**

**Jdt 15, 9**

Allelúia. **V/.** Tu glória Ierúsalem, tu lætítia Israel, tu honorificéntia pópuli nostri. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

**Ps 103, 30**

Emítte Spíritum tuum et creabúntur, et renovábis fáciem terræ; sit glória Dómini in sæcula.

**Super oblata**

Súscipe, sancte Pater, hæc múnera tibi lætánter obláta, et præsta ut, beátam Vírginem séduli imitántes, Spíritus voci dóciles præbeámus aures et laudem tuæ glóriæ in ómnibus quærámus. Per Christum.

**Præfatio I de beata Virgine Maria** (Et te in sollemnitate), p. 256, vel II, p. 257, vel III, p. 258.

**Ant. ad communionem**

**Cf. Ps 86, 3; Lc 1, 49**

Gloriósá dicta sunt de te, María: quia fecit tibi magna qui potens est.

**Post communionem**

Fámulos tuos, Dómine, quos eódem satiásti pane salútis, eódem rénova Sancti Spíritus dono, et concéde ut, sub beátæ Vírginis præsidio, ad fratrum concórdiam et pacem adlaborémus, pro quibus Iesus Christus, Fílius tuus, redemptionis se óbtulit hóstiam. Qui tecum.



**Sabbato post dominicam II post Pentecosten**

## IMMACULATI CORDIS B. VIRGINIS MARIE

## Festum 3 lectionum

## Introitus

Ps 18, 15

**M**EDITATIO cordis mei in conspectu tuo semper: Dómine, adiutor meus, et redemptor meus.

**Ps 18, 2:** Cæli enarrant glóriam Dei: et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

**Dicitur** Glória in excélsis.

## Collecta

Omnípotens sempitérne Deus, qui in Corde beátæ Mariæ Vírginis dignum Spíritus Sancti habitáculum præparásti, concéde propítius ut eiúsdem puríssimi Cordis commemoratiónem devóta mente recoléntes, secúndum Cor tuum vívere valeámus. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 44, 12.11

**R/.** Concupívit Rex decórem tuum, quóniam ipse est Dóminus Deus tuus.

**V/.** Audi, fília, et vide, et inclína aurem tuam; et oblivíscere pópulum tuum, et domum patris tui.

## Alleluia

Ps 107, 2

Allelúia. **V/.** Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: cantábo, et psallam tibi in glória mea. Allelúia.

## Ant. ad offertorium

1 Chr 29, 17-18

Dómine Deus, in simplicitáte cordis mei lætus óbtuli univérsa; et pópulum tuum qui repértus est, vidi cum ingénti gáudio; Deus Israel, custódi hanc voluntátem.

## Super oblata

Maiestáti tuæ, Dómine, Agnum immaculátum offeréntes, quæsumus, ut corda nostra ignis ille divínus accéndat, qui Cor beátæ Mariæ Vírginis ineffabíliter inflammávit. Per Christum.

## Ant. ad communionem

Ps 1, 2-3

Qui meditábitur in lege Dómini die ac nocte, dabit fructum suum in témpore suo.

## Post communionem

Divínis refécti munéribus, quæsumus, Dómine, ut, beátæ Vírginis Mariæ exémplo, Verbum tuum in corde puro conserváre valeámus. Per Dóminum.

## IUNIUS

### Die 1 iunii

#### S. Iustini, martyris

##### Memoria

Tempore paschali, de Communi martyrum, Missa E, p. 426. Extra tempus paschale, Missa A, p. 423.

##### Collecta

Deus, qui per stultitiam crucis eminentem Iesu Christi scientiam beatum Iustinum martyrem mirabiliter docuisti, eius nobis intercessione concede, ut, errorum circumventionem depulsa, fidei firmitatem consequamur. Per Dominum.

##### Super oblata

Concede nobis, quaesumus, Domine, haec digne frequentare mysteria, quae beatus Iustinus strenua virtute defendit. Per Christum.

##### Post communionem

Caelesti alimonia refecti, supplices te, Domine, deprecamur, ut, beati Iustini martyris monitis obsequentes, de acceptis donis semper in gratiarum actione maneamus. Per Dominum.

### Die 3 iunii

#### Ss. Caroli Lwanga et sociorum, martyrum

##### Memoria

Extra tempus paschale, de Communi martyrum, Missa B, p. 423. Tempore paschali, Missa E, p. 426.

##### Collecta

Deus, qui sanguinem martyrum semen christianorum esse fecisti, concede propitius, ut tuae ager Ecclesiae, beatorum Caroli eiusque sociorum cruore rigatus, in amplam tibi messem iugiter fecundetur. Per Dominum.

##### Super oblata

Hostas tibi, Domine, offerimus, suppliciter exorantes, ut, sicut beatis martyribus magis mori quam peccare tribuisti, ita nos facias, tibi soli deditos, altari tuo ministrare. Per Christum.

##### Post communionem

Sumpsimus, Domine, divina sacramenta, sanctorum martyrum tuorum victoriam recolentes: quaesumus, ut, quae ipsis ad perferenda supplicia contulerunt, ea nobis inter adversa praebent fidei caritatisque constantiam. Per Dominum.

**Die 5 iunii****S. Bonifatii, episcopi et martyris****Memoria**

Extra tempus paschale, de Communi martyrum, Missa C, p. 424. Tempore paschali, Missa E, p. 426.

**Collecta**

Sanctus martyr, Dómine, Bonifátius pro nobis intervéntor exsístat, ut fidem, quam ore dócuit et sángine consignávit, fírmiter teneámus, et opéribus profiteámur confidénter. Per Dóminum.

**Super oblata**

Obláta múnera, quásumus, Dómine, tua benedictióne sanctífica, quæ, te donánte, nos illa flamma tuæ dilectiónis accéndat, per quam sanctus Bonifátius torménta sui córporis univérsa devícit. Per Christum.

**Post communionem**

Tua, Dómine, súmpsimus dona cæléstia de hodiérna festivitáte lætántes; præsta, quásumus, ut, qui in hoc divíno convívio mortem Fílii tui annuntiámus, eiúsdem resurrectiónis et glóriæ cum sanctis martýribus partícipes esse mereámur. Per Dóminum.

**Die 11 iunii****S. BARNABÆ, APOSTOLI****Festum 3 lectionum**

Extra tempus paschale, de Communi apostolorum, Missa A, p. 421. Tempore paschali, Missa C, p. 422.

**Collecta**

Deus, qui beátum Bárnabam, plenum fide et Spírítu Sancto, ad géntium conversiónem segregáre præcepísti, concéde, ut Evangélium Christi, quod strénue prædicávit, ore et ópere fidéliter nuntiétur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Obláta múnera, quásumus, Dómine, tua benedictióne sanctífica, quæ, te donánte, nos flamma tuæ dilectiónis accéndant, per quam beátus Bárnabas lumen Evangélii géntibus apportávit. Per Christum.

**Post communionem**

Ætérnæ pignus vitæ capiéntes, te, Dómine, humíliter implorámus, ut, quod pro beáti Bárnabæ apóstoli memória in imágine gérimus sacraménti, manifésta perceptióne sumámus. Per Dóminum.

**Die 13 iunii****S. Antonii de Padova, presbyteri et Ecclesiae doctoris****Memoria**

**De Communi doctorum, Missa B, p. 433.**

**Collecta**

Omnípotens sempitérne Deus, qui pópulo tuo beátum Antónium prædicatórem insígnem dedísti, atque in necessitatibus intercessórem, concéde, ut, eius auxílio, cristiánæ vitæ documénta sectántes, in ómnibus adversitatibus te subveniéntem sentiámus. Per Dóminum.

**Super oblata**

Clementíssime Deus, qui, vétere hómine consúmpto, novum secúndum te in beáto António créare dignátus es, concéde propítius, ut nos páriter renovati hanc placatiónis hóstiam tibi acceptábilem offerámus. Per Christum.

**Post communionem**

Quæsumus, omnípotens Deus, ut, qui huius sacraménti munímur virtúte, exémplo beáti Antónii, discámus te super ómnia semper inquírrere, et novi hómínis formam in hoc sáculo portáre. Per Dóminum.

**Die 19 iunii****S. ROMUALDI, ABBATIS****Festum 3 lectionum**

**De Communi monachorum, Missa C, p. 437.**

**Collecta**

Deus, qui per beátum Romuáldum in Ecclésia tua eremíticam vitam renovásti, concéde, ut, nosmetípsos abnegántes et Christum sequéntes, felíciter ad cæléstia regna mereámur ascéndere. Per Dóminum.

**Super oblata**

Ad altáre tuum accedéntibus, Dómine, da nobis illum pietátis afféctum, quo beátus Romuáldus abbas exársit, ut, mundi corde et caritaté fervéntes, tibi sacrificium offérre valeámus. Per Christum.

**Post communionem**

Per huius virtútem sacraménti, quæsumus, Dómine, beáti Romuáldi exémplo, deduc nos iúgiter in tua dilectiône, et opus bonum quod cœpísti in nobis pérfice usque in diem Christi Iesu. Qui tecum.

**Die 21 iunii****S. Aloisii Gonzaga, religiosi****Memoria**

**De Communi Sanctorum, Missa A, p. 443.**

**Collecta**

Deus, cælestium auctor donorum, qui in beato Aloisio miram vitæ innocéntiam cum pæniténtia sociásti, eius méritis et intercessióne concéde, ut, innocéntem non secúti, pæniténtem imitémur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Cælesti convívio fac nos, Dómine, exémplo beáti Aloísii, nuptiáli veste semper indútos accúmbere, ut ex huius participatióne mystérii grátia tua dívites efficiámur. Per Christum.

**Post communionem**

Angelórum esca nutritos, fac nos, Dómine, pura tibi conversatióne servíre, et, eius quem hódie cólimus exémplo, in gratiárum semper actióne manére. Per Dóminum.

**Die 23 iunii****Vigilia Nativitatis S. Ioannis Baptistæ****Introitus****Lc 1, 13.15.14**

**N**E tíneas, Zacharía, exaudíta est orátio tua: et Elísabeth uxor tua páriet tibi fílium, et vocábis nomen eius Ioánnem: et erit magnus coram Dómino, et Spíritu Sancto replébitur adhuc ex útero matris suæ: et multi in Nativitáte eius gaudébunt.

**Ps 20, 2:** Dómine, in virtúte tua lætábitur Rex: et super salutáre tuum exsultábit veheménter.

**Collecta**

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut família tua per viam salutis incédatur, et, beáti Ioánnis Præcursóris hortaménta sectándo, ad eum quem prædíxit, secúra pervéniat, Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum. Qui tecum.

**Responsorium****Io 1, 6-7; Lc 1, 17**

**R/.** Fuit homo missus a Deo, cui nomen Ioánnes erat: hic venit,

**V/.** Ut testimónium perhibéret de lúmine, paráre Dómino plebem perféctam.

**Ant. ad offertorium****Ps 8, 6-7**

Glória et honóre coronásti eum, et constituísti eum super ópera mánuum tuárum, Dómine.

**Super oblata**

Múnera, Dómine, oblata sanctífica, et, intercedénte beáto Ioáinne Baptísta, nos per hæc a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247 - 250.**

**Ant. ad communionem****Ps 20, 6**

Magna est glória eius in salutári tuo: glóriam et magnum decórem impónes super eum, Dómine.

**Post communionem**

Servos tuos divína alimónia satiátos, Dómine, beáti Ioánnis Baptístæ nos præclára comitétur orátio, et, quem ventúrum esse prædíxit, poscat nobis favére placátum, Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum. Qui tecum.

**Die 24 iunii****IN NATIVITATE S. IOANNIS BAPTISTÆ****Sollemnitás****Introitus****Cf. Is 49, 1-2**

**D**E ventre matris meæ vocávit me Dóminus nómine meo: et pósuit os meum ut gládiúm acútum: sub teguménto manus suæ protéxit me: pósuit me quasi sagíttam eléctam.

**Ps 91, 2:** Bonum est confitéri Dómino: et psállere nómini tuo, Altíssime.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui beátum Ioánnem Baptístam suscitásti, ut perféctam plebem Christo Dómino præparáret, da pópulis tuis spiritálium grátiam gaudiórum, et ómnium fidélium mentes dírige in viam salutis et pacis. Per Dóminum.

**Responsorium****Ier 1, 5.9**

**R/.** Priúsqvam te formárem in útero, novi te: et ántequam exíres de ventre, sanctificávi te.

**V/.** Misit Dóminus manum suam, et tétigit os meum: et dixit mihi.

**Alleluia****Lc 1, 76**

Allelúia. **V/.** Tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: præíbis ante Dóminum paráre vias eius. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium****Ps 91, 13**

Iustus ut palma florébit, sicut cedrus quæ in Líbano est multiplicábitur.

**Super oblata**

Tua, Dómine, munéribus altária cumulámus, illíus nativitátem honóre débito celebránte, qui Salvatórem mundi et cécinit affutúrum, et adesse monstrávit Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum. Qui vivit et regnat in sáecula sáeculórum.

**Præfatio de Monachis, p. 264.**

**Ant. ad communionem****Lc 1, 76**

Tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: præibis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius.

**Post communionem**

Cæléstis Agni convívio refécti, quæsumus, Dómine, ut Ecclésia tua, sumens de beáti Ioánnis Baptístæ generatióne lætítiam, quem ille prænuntiávit ventúrum, suæ regeneratiónis cognóscat auctórem. Qui tecum.

**Die 25 iunii****B. IOANNIS HISPANENSIS, MONACHI****Festum 3 lectionum**

**De Communi monachorum, Missa C, p. 437.**

**Collecta**

Deus, qui beátum Ioánnem suscitásti ut víginum Christi propósito ferret auxiliúm, tríbue, quæsumus, nos monásticam vitam aláriter ampléxos, ad perféctam quoque perveníre caritátem. Per Dóminum.

**Super oblata**

Servórum tuórum, Dómine, múnera et vota benígnus assúme, et evangélica profiténte consília tua caritáte confírma. Per Christum.

**Post communionem**

Divínis mystériis veneránte assúptis, te, Dómine, súplices deprecámur, ut fámulos tuos, sacra tibi oblatiõe devíctos, Sancti Spíritus igne succénda, et Fílio tuo perénni iungas consórtio. Qui tecum.

**Die 26 iunii****S. ANTHELMI, MONACHI ET EPISCOPI****Festum 12 lectionum**

**De Communi monachorum, Missa D, p. 438.**

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, unitátis atque pacis amátor, da nobis intercessióne beáti Anthélmi, ut unánimes, quæ tua sunt semper quæréntes, te uno ore et corde laudémus. Per Dóminum.

**Super oblata**

Maiestáti tuæ, Dómine, caritátis et pacis offerimus sacraméntum, sancti Anthélmi memóriam recoléntes, qui in Ordine nostro fovit concórdiam. Per Christum.

**Præfatio de Monachis, p. 264.**

**Post communionem**

Sanctum nobis, Dómine, Spíritum tuæ caritátis infúnde, ut quos uno cælésti pane satiásti, una fácias pietáte concórdes. Per Dóminum.

**Die 27 iunii****S. Irenæi, episcopi et martyris****Memoria**

**De Communi martyrum, Missa A, p. 423.**

**Collecta**

Deus, qui beáto Irenæo epíscopo tribuísti, ut veritátem doctrínæ pacémque Ecclésiæ feliciter confirmáret, concéde, quæsumus, eius intercessióne, ut nos, fide et caritáte renováti, ad unitátem concordiámque fovéndam semper simus inténti. Per Dóminum.

**Super oblata**

Glóriam tibi, Dómine, cónferat sacrificium, quod in natáli beáti Irenæi tibi lætánter offerimus, et præbeat nobis diligere veritátem, ut et inviolátam Ecclésiæ fidem teneámus, et stábilem unitátem. Per Christum.

**Post communionem**

Per hæc sacra mystéria, quæsumus, Dómine, da nobis fidei miserátus augméntum, ut, quæ beátum Irenæum epíscopum usque ad mortem reténta gloríficat, nos étiam iustíficet veráciter hanc sequéntes. Per Dóminum.



## Die 28 iunii

### Vigilia Ss. Petri et Pauli

## Introitus

Io 21, 18-19

**D**ICIT Dóminus Petro: cum esses iúnior, cingébas te, et ambulábas ubi volébas: cum autem senúeris, exténder manus tuas, et álius te cinget, et ducet quo tu non vis: hoc autem dixit, significans qua morte clarificáturus esset Deum.

**Ps 18, 2:** Cæli enarrant glóriam Dei: et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

## Collecta

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut nullis nos permíttas perturbatióibus cóncuti, quos in apostólicæ confessiósni petra solidásti. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 18, 5.2

**R/.** In omnem terram exívit sonus eórum, et in fines orbis terræ verba eórum.

**V/.** Cæli enarrant glóriam Dei: et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

## Ant. ad offertorium

Ps 138, 17

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui, Deus; nimis confortátus est principátus eórum.

## Super oblata

Múnera, Dómine, tuis altáribus adhibémus, de beatórum apostolórum Petri et Pauli sollemnítatibus gloriántes, ut quantum sumus de nostro mérito formidántes, tantum de tua benignítate gloriémur salvándi. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247 - 250.**

## Ant. ad communionem

Io 21, 15.17

Simon Ioánnis, díligis me plus his? Dómine, tu ómnia nosti: tu scis, Dómine, quia amo te.

## Post communionem

Cæléstibus sacraméntis, quæsumus, Dómine, fidéles tuos corróbora, quos Apostolórum doctrína illuminásti. Per Dóminum.

## Die 29 iunii

### SS. PETRI ET PAULI, APOSTOLORUM

#### Sollemnitatis

## Introitus

Act 12, 11

**N**UNC scio vere quia misit Dóminus Angelum suum: et erípuit me de manu Heródis, et de omni exspectatióne plebis Iudæórum.

**Ps 138, 1-2:** Dómine, probásti me, et cognovísti me: tu cognovísti sessiónem meam, et resurrectiónem meam.

**Dicitur** Glória in excélsis.

### Collecta

Deus, qui huius diéi venerándam sanctámque lætítiam in apostolorum Petri et Pauli sollemnitáte tribuísti, da Ecclésiæ tuæ eórum in ómnibus sequi præcéptum, per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum.

### Responsorium

**Cf. Gal 2, 8-9; 1 Cor 15, 10**

**R/.** Qui operátus est Petro in Apostolátum, operátus est et mihi inter gentes; et cognovérunt grátiam Dei quæ data est mihi.

**V/.** Grátia Dei in me vácuá non fuit, sed grátia eius semper in me manet.

### Alleluia

**Mt 16, 18**

Allelúia. **V/.** Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

### Ant. ad offertorium

**Ps 44, 17-18**

Constítues eos príncipes super omnem terram; mémoires erunt nóminis tui in omni progénie et generatióne.

### Super oblata

Hóstiam, Dómine, quam nómini tuo exhibémus sacrándam, apostólica prosequátur orátio, nosque tibi reddat in sacrificio celebrándo devótos. Per Christum.

**Præfatio de Apostolis, p. 261.**

### Ant. ad communionem

**Mt 16, 18**

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam.

### Post communionem

Da nobis, Dómine, hoc sacraménto reféctis, ita in Ecclésia conversári, ut, perseverántes in fractiÓne panis Apostolorúmque doctrína, cor unum simus et ánima una, tua caritáte firmáti. Per Dóminum.

**IULIUS****Die 3 iulii****S. THOMÆ, APOSTOLI****Festum 12 lectionum**

**De Communi apostolorum, Missa A, p. 421.**

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Da nobis, omnipotens Deus, beáti Thomæ apóstoli festivitáte gloriári, ut eius semper et patrocíniis sublevémur, et vitam credéntes habeámus in nómine eius, quem ipse Dóminum agnóvit, Iesum Christum Fílium tuum. Qui tecum.

**Dicitur** Credo.

**Super oblata**

Débitum tibi, Dómine, nostræ réddimus servitútis, suppliciter exorántes, ut in nobis tua múnera tueáris, qui in confessióne beáti Thomæ apóstoli laudis tibi hóstias immolámus. Per Christum.

**Præfatio de Apostolis, p. 261.**

**Ant. ad communionem**

**Cf. Io 20, 27**

Mitte manum tuam, et cognósce loca clavórum, et noli esse incrédulus, sed fidélis.

**Post communionem**

Deus, cuius Unigéniti Corpus in hoc veráciter suscípimus sacraménto, præsta, quæsumus, ut, quem Dóminum Deúmque nostrum cum apóstolo Thoma fide cognóscimus, ipsum ópere quoque profiteámur et vita. Qui tecum.

**Die 6 iulii****S. ROSSOLINÆ, VIRGINIS ET MONIALIS****Festum 12 lectionum**

**De Communi virginum, Missa B, p. 440.**

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, pro cuius amóre beáta Rossolína mundo renuntiávit ut tibi únice adhæreret, tríbue nobis ex eius imitatióne terréna despícere, et cæléstium donórum semper participatióne gaudére. Per Dóminum.

**Super oblata**

Deus, Pater misericordiárum, qui Unigénitum tuum nobis ineffábili bonitáte donásti, præsta, quæsumus, ut exémplo beátæ vírginis Rossolínæ, cum ipso in unum consummáti, dignum tibi offerámus obséquium. Per Christum.

**Præfatio de Virginibus, p. 265.**

**Post communionem**

Cælésti pane refécti, humíliter deprecámur cleméntiam tuam, Dómine, ut in sinu matris Ecclésiæ collocáti, caritáte tua stabíliter uniámur. Per Dóminum.

**Die 11 iulii****S. BENEDICTI, ABBATIS****Festum 12 lectionum**

**De Communi monachorum, Missa A, p. 436.**

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui beátum Benedíctum abbátem in schola divíni servítii præclárum constituísti magístrum, tríbue, quæsumus, ut, amóri tuo nihil præponéntes, viam mandatórum tuórum dilatáto corde currámus. Per Dóminum.

**Super oblata**

Hæc sancta, Dómine, quæ in beáti Benedícti celebritáte deférimus, réspice benígus, et præsta, ut nos, eius exémples te quæréntes, unitátis in tuo servítio pacísque dona cónsequi mereámur. Per Christum.

**Præfatio de Monachis, p. 264.**

**Post communionem**

Accépto pignore vitæ æternæ, te, Dómine, suppliciter deprecámur, ut, beáti Benedícti mónitis obsequéntes, óperi tuo fidéliter serviámus, et fratres fervénti diligámus caritáte. Per Dóminum.

**Die 14 iulii****B. Bonifatii, monachi et episcopi****Memoria ad libitum**

**De Communi monachorum, Missa D, p. 438.**

**Collecta**

Deus, qui beátum Bonifátium caritátis ac pastorális zeli exémplum effecísti, eius méritis concéde, ut salútem animárum in abscondito foveámus. Per Dóminum.

**Super oblata**

In tuo conspéctu, Dómine, quæsumus, tália nostra sint múnera, quæ et placáre te váleant, et nos tibi placére perfícient. Per Christum.

**Post communionem**

Tríbuat nobis, omnipotens Deus, reféctio sancta subsidiúm, ut, exémplo beáti Bonifátii, et fraternitátis caritátem et lumen veritátis in corde exhibeámus et ópere. Per Dóminum.

**Die 15 iulii****S. BONAVENTURÆ, EPISCOPI ET ECCLESIAE DOCTORIS****Festum 3 lectionum**

*De Communi doctorum, Missa C, p. 433.*

**Collecta**

Da, quæsumus, omnipotens Deus, ut, beáti Bonaventúre epíscopi natalícia celebrántes, et ipsíus proficiámus eruditíone præclára, et caritátis ardórem iúgiter æmulémur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Sacrificíum tibi pláceat, Deus, in festivitáte beáti Bonaventúre libénter exhibítum, quo monénte, nos étiam totos tibi réddimus collaudántes. Per Christum.

**Post communionem**

Quos Christo réfcis pane vivo, eósdem édoce, Dómine, Christo magístro, ut in festivitáte beáti Bonaventúre tuam discant veritátem, et eam in caritáte operéntur. Per Dóminum.

**Die 16 iulii****BB. CLAUDII ET LAZARI****ET ALIORUM MARTYRUM CARTUSIANORUM, MONACHORUM ET  
MARTYRUM****Festum 3 lectionum**

*De Communi martyrum, Missa D, p. 425.*

**Collecta**

Mentes nostras, Pater, corróbora ut, sicut fratres nostri ómnia pro Ecclésia sustinéndó suam consummavérunt solitúdinem, ita et nos, in abscondito faciéi tuæ vivéndó, ad perféctam perducámur caritátem. Per Dóminum.

**Super oblata**

Deus qui, arcáno consílio, fratres nostros Fílii tui sacrificío sociáre voluísti, per hæc sancta mystéria súscipe et nos in oblatiónem puram tibi dicátam. Per Christum.

**Post communionem**

Hæc sancta quæ sumpsimus, Dómine Deus noster, fidem nostram róbovent et spem, ut caritátis igne succénsi, vitam nostram ad tui nóminis glóriam et Ecclésiæ servítium alácriter impendámus. Per Dóminum.

**Die 22 iulii****S. MARIÆ MAGDALENÆ****Festum 12 lectionum****Introitus**

Cf. Ez 36, 23-26

**C**UM sanctificátus fúero in vobis, congregábo vos de univérsis terris: et effúdam super vos aquam mundam, et mundabímini ab ómnibus inquinaméntis vestris: et dabo vobis spíritum novum.

**Ps 33, 2:** Benedícám Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, cuius Unigénitus Mariæ Magdalénæ ante omnes gáudium nuntiándum paschále commísit, præsta, quæsumus, ut, eius intercessióne et exémplo, Christum vivéntem prædicémus, et in glória tua regnántem videámus. Qui tecum.

**Responsorium**

Ps 45, 6.5

**R/.** Adiuvábit eam Deus vultu suo: Deus, in médio eius, non commovébitur.

**V/.** Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

**Alleluia**

Ps 17, 2-3

Allelúia. **V/.** Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum. Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Ps 102, 2.5

Bénedic, ánima mea, Dómino, et noli oblivísci omnes retributiónes eius, et renovábitur sicut áquilæ iuvéntus tua.

**Super oblata**

Salutáris hóstiæ munus, Dómine, divínis sacrándum mystériis, beáta Mariá Magdaléna patrocínante, nostrórum exúrat rubíginem vitiórum, ut illíus compunctiόνis grátiam, et pietátis ópera cónsequi mereámur. Per Christum.

**Præfatio de Sanctis, p. 266.**

**Ant. ad communionem**

Mc 16, 9

Surgens Iesus, mane prima Sábbati, appáruit primo Mariæ Magdalénæ, de qua eiécerat septem dæmónia, allelúia.

**Post communionem**

Mysteriórum tuórum, Dómine, sancta percéptio perseverántem illum nobis amórem infúndat, quo beáta María Magdaléna Christo magístro suo indesinéter adhæsít. Qui tecum.

**Die 23 iulii****S. IOANNIS CASSIANI, ABBATIS****Festum 3 lectionum**

**De Communi monachorum, Missa B, p. 437.**

**Collecta**

Da nobis, quæsumus, Dómine, inter mundi huius varietátes toto corde rebus cæléstibus adhærere, qui per beátum Ioánnem abbátem evangélicæ nobis perfectiónis documénta donásti. Per Dóminum.

**Super oblata**

Accépta tibi sint, quæsumus, Dómine, múnera nostræ servitútis pro beáti Ioánnis commemoratióne altári tuo propósita, et concéde, ut, a terrénis impediméntis absolúti, te solo dívites efficiámur. Per Christum.

**Post communionem**

Per huius virtútem sacraménti, quæsumus, Dómine, beáti Ioánnis exémplo, deduc nos iúgiter in tua dilectiÓne, et opus bonum quod cœpísti in nobis pérfice usque in diem Christi Iesu. Qui tecum.

**Die 25 iulii****S. IACOBI, APOSTOLI****Festum 12 lectionum**

**De Communi apostolorum, Missa B, p. 421.**

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Omnípotens sempitérne Deus, qui Apostolórum tuórum primítias beáti Iacóbi sángine dedicásti, da, quæsumus, Ecclésiæ tuæ ipsíus confessiÓne firmári, et iúgiter patrocíniis confoveri. Per Dóminum.

**Dicitur** Credo.

**Super oblata**

Munda nos, Dómine, passiÓnis Fílii tui baptísmate salutári, ut in festo beáti Iacóbi, quem primum inter Apóstolos cálicis eius partícipem esse voluísti, beneplácitum tibi sacrificium offerámus. Per Christum.

Præfatio de Apostolis, p. 261.

**Post communionem**

Beāti apóstoli Iacóbi, quæsumus, Dómine, intercessióne nos ádiuva, pro cuius festivitáte percépimus tua sancta lætántes. Per Dóminum.

**Die 26 iulii**

**Ss. Ioachim et Annæ, parentum Beatæ Virginis Mariæ**

**Memoria**

De Communi Sanctorum, Missa B, p. 444, cum introitu proprio.

**Collecta**

Dómine, Deus patrum nostrórum, qui beátis Ióachim et Annæ hanc grátiam contulísti ut ex eis incarnáti Fílii tui Mater nascerétur, utriúsque précibus concéde, ut salútem tuo promíssam pópulo consequámur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Súscipe, quæsumus, Dómine, múnera nostræ devótionis, et præsta, ut eiúsdem benedictiónis, quam Abrahæ et eius sémini promísisti, mereámur esse partícipes. Per Christum.

**Post communionem**

Deus, qui Unigénitum tuum ex homínibus nasci voluísti, ut hómnes ex te mirábili mystério renasceréntur, quæsumus, ut, quos filiórum pane satiásti, adoptiónis spíritu benignitáte tua sanctífices. Per Dóminum.

**Die 29 iulii**

**Ss. Marthæ, Mariæ et Lazari**

**Memoria**

De Communi Sanctorum, Missa A, p. 443.

**Collecta**

Deus, qui Fílio tuo in Bethániæ domo dilectiónem amíci, ministrántis sedulitátem, audiéntis diligéntiam comparásti, da nos eídem Magístro et meditatiónis ardóre et opéribus semper caritátis hærére, ut óculis suis acceptábiles in suæ nos tandem domum beatitúdinis introducat. Qui tecum.

**Super oblata**

In beátis tuis te, Dómine, mirábilem prædicántes, maiestátem tuam suppliciter exorámus, ut, sicut eórum tibi gratum éxstitit caritátis obséquium, sic nostræ servitútis accépta reddántur offícia. Per Christum.



**Ant. ad communionem**

Io 11, 25-26

Ego sum resurrectio et vita; qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet, et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in aeternum.

**Post communionem**

Córpore et Sánguine Unigéniti tui sacra percéptio, Dómine, ab ómnibus nos cadúcis rebus avértat, ut, exémplo beatórum Marthæ, Mariæ et Lázari, valeámus et sincéra in terris caritate proficere, et tui perpétua in cælis visione gaudere. Per Dóminum.

**Die 31 iulii**

S. IGNATII DE LOYOLA, PRESBYTERI

**Festum 3 lectionum**

De Communi pastorum, Missa C, p. 429.

**Collecta**

Deus, qui ad maiórem tui nóminis glóriam propagándam beátum Ignátium in Ecclésia tua suscitásti, concéde, ut, eius auxílio et imitatióne certántes in terris, coronári cum ipso mereámur in cælis. Per Dóminum.

**Super oblata**

Pláceant, Dómine Deus, oblatiões in celebratióne beáti Ignátii tibi delátæ, et præsta, ut sacrosáncta mystéria, in quibus omnis sanctitátis fontem constituísti, nos quoque in veritate sanctíficent. Per Christum.

**Post communionem**

Laudis hóstia, Dómine, quam pro beáto Ignátio grátias ágentes obtúlimus, ad perpétuam nos maiestátis tuæ laudatiónem perdúcat. Per Dóminum.

## AUGUSTUS

### Die 1 augusti

#### S. Alfonsi Mariæ de Liguori, episcopi et Ecclesiæ doctoris

##### Memoria

De Communi doctorum, Missa B, p. 433.

##### Collecta

Deus, qui in Ecclesia tua nova semper instauras exempla virtutum, da nobis in zelo animarum beati Alfonsi Mariæ episcopi ita vestigiis adherere, ut eius in cælis assequamur et præmia. Per Dóminum.

##### Super oblata

Cælesti, Dómine, Spíritus igne corda nostra cleménter exúre, qui beato Alfónso Mariæ tribuísti et hæc mystéria celebráre, et per éadem hóstiam tibi sanctam seípsum exhibére. Per Christum.

##### Post communionem

Deus, qui beátum Alfónsum Mariám fidélem dispensatórem et præcónem tanti mystérii providísti, concéde, ut fidéles tui illud fréquénter percípiant, et, percipiéndó, te sine fine colláudent. Per Dóminum.

### Die 4 augusti

#### S. Ioannis Mariæ Vianney, presbyteri

##### Memoria

De Communi pastorum, Missa B, p. 428.

##### Collecta

Omnípotens et miséricors Deus, qui beátum Ioánnem Mariám presbýterum pastoráli stúdio mirábilem effecísti, da, quæsumus, ut, eius exémplo et intercessióne, fratres in caritáte Christo lucrémur, et cum eis ætérrnam glóriam cónsequi valeámus. Per Dóminum.

##### Super oblata

Propitiáre, Dómine, supplicatióibus nostris, et nos ab omni culpa líberos esse concéde, ut, purificánte grátia tua, iisdem quibus famulámur mystériis emundémur. Per Christum.

##### Post communionem

Refectióne sacra enutrítos, fac nos, omnípotens Deus, exémplo beati Ioánnis Mariæ iúgiter sequéntes, te pérpeti devotióne cólere, et indeféssa ómnibus caritáte profícere. Per Dóminum.

**Die 5 augusti****B. GUILLELMI HORN, MONACHI ET MARTYRIS****Festum 3 lectionum****De Communi martyrum, Missa C, p. 424.****Collecta**

Omnípotens sempitérne Deus, qui beáto Guillélmo usque ad mortem pro iustítia certáre tribuísti, fac nos, eius intercessióne, pro amóre tuo ómnia advérse toleráre et ad te, qui solus es vita, tota virtúte properáre. Per Dóminum.

**Super oblata**

Hóstias tibi, Dómine, pro commemoratióne beáti mártiris tui Guillélmi offérimus, quem a Christi córporis unitáte nulla tentátio separávit. Qui vivit et regnat in sácula sæculórum.

**Post communionem**

Spíritum, Dómine, fortitúdinis et pacis hęc nobis tríbuat mensa cæléstis, ut, beáti Guillélmi exémplo, vitam nostram ad honórem et unitátem Ecclésiæ libénter impendámus. Per Dóminum.

**Die 6 augusti****IN TRANSFIGURATIONE DOMINI****Festum 12 lectionum****Introitus****Ps 76, 19**

**I**LLUXERUNT coruscationes tuæ orbi terræ: commóta est, et contrémuit terra.

**Ps 83, 2-3:** Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum: concupíscit, et déficit ánima mea in átria Dómini.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui fídei sacraménta in Unigéniti tui gloriósa Transfiguratióne patrum testimónio roborásti, et adoptiόνem filiórum perféctam mirabíliter præsignásti, concéde nobis fámulis tuis, ut, ipsíus dilécti Fílii tui vocem audiéntes, eiúsdem coherédes éffici mereámur. Qui tecum.

**Responsorium****Ps 44, 3.2**

**R/.** Speciósus forma præ fíliis hóminum: diffúsa est grátia in lábiis tuis.

**V/ .** Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi: lingua mea cálamus scribæ velóciter scribéntis.

**Alleluia**

Sap 7, 26

Allelúia. **V/** . Candor est lucis æternæ, spéculum sine mácula, et imágo bonitátis illius.  
Allelúia.

**Dicitur Credo.****Ant. ad offertorium**

Ps 111, 3

Glória et divítia in domo eius; et iustítia eius manet in sáculum sáculi, allelúia.

**Super oblata**

Obláta múnera, quæsumus, Dómine, gloriósa Unigéniti tui Transfiguratióne sanctífica, nosque a peccatórum máculis, splendóribus ipsíus illustratiónis, emúnda. Per Christum.

**Præfatio de Domino nostro Iesu Christo, p. 254, vel Præfatio de Nativitate, p. 236.**

**Ant. ad communionem**

Mt 17, 9

Visiónem quam vidístis, némini dixéritis, donec a mórtuis resúrgat Fílius hóminis.

**Post communionem**

Cælestia, quæsumus, Dómine, aliménta quæ súmpsimus in eius nos transfórment imáginem, cuius claritátem gloriósa Transfiguratióne manifestáre voluísti. Qui tecum.

**Die 8 augusti**

S. DOMINICI, PRESBYTERI

**Festum 3 lectionum**

**De Communi pastorum, Missa A, p. 428.**

**Collecta**

Adiuvet Ecclésiám tuam, Dómine, beátus Domínicus méritis et doctrínis, atque pro nobis efficiátur piíssimus intervéntor, qui tuæ veritátis éxstitit prædicátor exímus. Per Dóminum.

**Super oblata**

Preces, quas tibi, Dómine, offérimus, intercedénte beáto Domínico, cleménte inténde, et, huius sacrificií virtúte poténti, propugnatóres fídei grátia tuæ protectiône confírma. Per Christum.

**Post communionem**

Cælestis, Dómine, virtútem sacraménti, quo in beáti commemoratióne Domínici pasti sumus, percípiat Ecclésia tua plenæ devotiónis afféctu, et cuius prædicatióne flóruit, eius intercessiône iuvétur. Per Dóminum.

**Die 9 augusti****S. Teresiæ Benedictæ a Cruce, virginis et martyris****Memoria ad libitum**

De Communi martyrum, Missa F, p. 426.

**Collecta**

Deus patrum nostrorum, qui beatam Teresiam Benedictam martyrem ad cognitionem Filii tui crucifixi eiusque imitationem usque ad mortem perduxisti, ipsa intercedente, concede, ut omnes homines Christum Salvatorem agnoscant et per eum ad perpetuam tui visionem adveniant. Qui tecum.

**Super oblata**

Munera tibi, Domine, dicata in commemoratione beate Teresiae Benedictae, martyris tuae, benignus assume et perfice, qui diversas foederis antiqui hostias unius sacrificii perfectione sanxisti, quod tibi obtulit sanguine suo Filius tuus. Qui vivit et regnat in saecula saeculorum.

**Post communionem**

Concede, quaesumus, clementissime Deus, ut, dum beatam Teresiam Benedictam veneramur, fructus caelestis de arbore crucis cordibus nostris fortitudinem praebeat, ut, Christo fideliter adherentes in terris, de arbore vitae in paradiso edere mereamur. Per Dominum.

**Die 10 augusti****S. LAURENTII, DIACONI ET MARTYRIS****Festum 12 lectionum****Introitus**

Ps 95, 6

**C**ONFESSIO, et pulchritudo in conspectu eius: sanctitas, et magnificentia in sanctificatione eius.

Ps 95, 1: Cantate Domino canticum novum: cantate Domino, omnis terra.

**Dicitur** Gloria in excelsis.

**Collecta**

Da nobis, quaesumus, omnipotens Deus, vitiorum nostrorum flammam extinguere, qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Dominum.

**Responsorium**

Ps 16, 3

**R/.** Probasti, Domine, cor meum, et visitasti nocte.

**V/.** Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas.

**Alleluia**

Ps 111, 1

Allelúia. *V/*. Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis. Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Ps 95, 6

Conféssio et pulchritúdo in conspéctu eius; sánctitas et magnificéntia in sanctificatióne eius.

**Super oblata**

Hæc hóstia, Dómine, quam in beáti Lauréntii triúmpho deférimus, corda nostra tui amóris igne iúgiter inflámmet, et ad promíssa perseverántibus præmia dispónat. Per Christum.

**Præfatio de Martyribus, p. 262.**

**Ant. ad communionem**

Io 12, 26

Qui mihi minístrat, me sequátur: et ubi ego sum, illic et miníster meus erit.

**Post communionem**

Sacro múnere satiáti, súpplīces te, Dómine, deprecámur, ut quod débitæ servitútis celebrámus offício, intercedénte beáto Lauréntio mártire tuo, salvatiónis tuæ sentiámus augméntum. Per Dóminum.

**Die 11 augusti****S. Claræ, virginis****Memoria**

**De Communi virginum, Missa A, p. 440.**

**Collecta**

Deus, qui beátam Claram ad paupertátis amórem misericórditer adduxísti, eius nobis intercessióne concéde, ut, in paupertáte spíritus Christum sequéntes, ad tui contemplatiónem in cælésti regno pervenire mereámur. Per Dóminum.

**Super oblata**

In beáta vírgine Clara te, Dómine, mirábilem prædicántes, maiestátem tuam suppliciter exorámus, ut, sicut eius tibi grata sunt mérita, sic nostræ servitútis accépta reddántur offícia. Per Christum.

**Post communionem**

Divíni múnēris participatióne refécti, quæsumus, Dómine Deus noster, ut, exémplo beátæ Claræ, mortificatiónem Iesu in córpore nostro circumferéntes, tibi soli adhærere studeámus. Per Dóminum.

**Die 13 augusti****S. Maximiliani Mariæ Kolbe, presbyteri et martyris****Memoria ad libitum**

De Communi martyrum, Missa B, p. 424.

**Collecta**

Deus, qui sanctum Maximiliánum Mariám, presbýterum et mártýrem, amóre Vírginis Immaculátæ succénsus, animárum zelo et próximi dilectióne replevísti, concéde propítius, ut, eo intercedénte, pro tua glória in servítio hóminum strénue laborántes, usque ad mortem Fílio tuo conformári valeámus. Qui tecum.

**Super oblata**

Múnera nostra tibi, Dómine, exhibémus, suppliciter exorántes, ut sancti Maximiliáni Mariæ exémplo, vitam nostram tibi discámus offérre. Per Christum.

**Post communionem**

Quásumus, Dómine, ut, refécti Córporé et Sáanguine Fílii tui, eo caritátis igne accendámur, quem ex hoc convívio sanctus Maximiliánus Mariá accépit. Per Dóminum.

**Die 14 augusti****Vigilia Assumptionis B. Virginis Mariæ****Introitus**

Ps 44, 13.15.16

**V**ULTUM tuum deprecabúntur omnes dívites plebis: adducéntur Regi vírgines: post eam próximæ eius adducéntur tibi, in lætítia et exsultatióne.

Ps 44, 2: Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi.

Non dicitur Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui virginálem aulam beátæ Mariæ in qua habitáres elígere dignátus es, da, quásumus, ut sua nos defensióne munitos, iucúndos fáciat suæ interésse festivitáti. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**Responsorium**

Ps 44, 12.11

R/. Concupívit Rex decórem tuum: quóniam ipse est Dóminus Deus tuus.

V/. Audi, fília, et vide, et inclína aurem tuam: et oblivíscere pópulum tuum, et domum patris tui.

**Ant. ad offertorium**

Ps 44, 15

Afferéntur Regi vírgines; post eam, próximæ eius afferéntur tibi.

**Super oblata**

Múnera nostra, Dómine, apud cleméntiam tuam Dei Genetrícis comméndet orátio, quam idcirco de præsentí sæculo transtulísti, ut pro peccátis nostris apud te fiduciáliter intercédát. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247 - 250.**

**Ant. ad communionem**

Ps 44, 3

Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

**Post communionem**

Cælésti múnere satiátos, omnípotens Deus, tua nos protectióne custódi, et, intercedénte beáta María, concéde ut veniénte Sponso Fílio tuo Unigénito, accénsis lampádibus, eius digni præstolémur occúrsum. Qui tecum.

**Die 15 augusti****IN ASSUMPTIONE BEATÆ VIRGINIS MARIÆ****Sollemnitas****Introitus**

**G**AUDEAMUS omnes in Dómino, diem festum celebrántes sub honóre beátæ Maríæ Vírginis, de cuius Assumptióne gaudent Angeli, et colláudant Fílium Dei.

**Ps 47, 2-3:** Magnus Dóminus, et laudábilis valde in civitaté Dei nostri, in monte sancto eius.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Omnípotens sempitérne Deus, qui immaculátam Vírginem Maríam, Fílii tui Genetrícem, córpore et ánima ad cæléstem glóriam assumpsísti, concéde, quæsumus, ut, ad supérna semper inténti, ipsíus glóriæ mereámur esse consórtes. Per Dóminum.

**Responsorium**

Ps 44, 5.11.12

**R/.** Propter veritátem, et mansuetúdinem, et iustítiam: et dedúcet te mirabíliter dèxtera tua.

**V/.** Audi, fília, et vide, et inclína aurem tuam: quia concupívit Rex spéciem tuam.

**Alleluia**

Ps 44, 3

Allelúia. **V/.** Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.  
Allelúia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

Ps 44, 15-16

Afferéntur Regi vírgines; post eam, próximæ eius afferéntur tibi in lætítia et exsultatióne, adducéntur in templum Regi Dómino.



**Super oblata**

Ascéndat ad te, Dómine, nostræ devótionis oblátio, et, beatíssima Vírgine María in cælum assúmpta intercedénte, corda nostra, caritátis igne succénsa, ad te iúgiter aspírent. Per Christum.

**Præfatio I de beata Virgine Maria (Et te in Assumptione), p. 256, vel II, p. 257, vel III, p. 258.**

**Ant. ad communionem****Ps 44, 8**

Dilexísti iustítiam, et odísti iniquitátem: proptérea unxit te Deus, Deus tuus.

**Post communionem**

Sumptis, Dómine, salutáribus sacraméntis, da, quæsumus, ut, intercessióne beátæ Mariæ Vírginis in cælum assúmptæ, ad resurrectiõnis glóriam perducámur. Per Dóminum.

**Die 20 augusti****S. BERNARDI, ABBATIS ET ECCLESIAE DOCTORIS****Festum 12 lectionum**

**De Communi doctorum, Missa C, p. 433.**

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui beátum Bernárdum abbátem, zelo domus tuæ succénsum, in Ecclésia tua lucére simul et ardére fecísti, eius nobis intercessióne concéde, ut, eódem spírítu fervétes, tamquam fílii lucis iúgiter ambulémus. Per Dóminum.

**Super oblata**

Maiestáti tuæ, Dómine, unitátis et pacis offérimus sacraméntum, sancti Bernárdi abbátis memóriam recolétes, qui, verbo et ópere præclárus, Ecclésiæ tuæ órdis concórdiam strénue procurávit. Per Christum.

**Præfatio de Pastoribus, p. 263.**

**Post communionem**

Cibus, quem sumpsimus, Dómine, in celebratióne beáti Bernárdi, suum in nobis operétur efféctum, ut, eius exémpis roboráti et mónitis erudíti, Verbi tui incarnáti rapiámur amóre. Qui tecum.

**Die 21 augusti****S. Pii X, papæ****Memoria**

*De Communi pastorum, Missa D, p. 430.*

**Collecta**

Deus, qui, ad tuendam catholicam fidem et universa in Christo instauranda, beatum Pium papam cælesti sapientia et apostolica fortitudine replevisti, concede propitius, ut, eius instituta et exempla sectantes, præmia consequamur æterna. Per Dominum.

**Super oblata**

Oblationibus nostris, Domine, benigne susceptis, da, quæsumus, ut hæc divina mysteria, beati Pii papæ mónica secuti, sinceris tractemus obséquiiis, et fideli mente sumamus. Per Christum.

**Post communionem**

Memoriam beati Pii papæ celebrantes, quæsumus, Domine Deus noster, ut, virtute mensæ cælestis, constantes efficiamur in fide, et in tua simus caritate concordes. Per Dominum.

**Die 22 augusti****B. Virginis Mariæ Reginae****Memoria****Introitus**

*Ps 16, 15*

**E**GO autem cum iustitia apparebo in conspectu tuo: satiabor dum manifestabitur gloria tua.

*Ps 16, 1:* Exaudi, Domine, iustitiam meam: intende deprecationem meam.

*Dicitur* Gloria in excelsis.

**Collecta**

Deus, qui Filii tui Genetricem nostram constituisti Matrem atque Reginam, concede propitius, ut, ipsius intercessione suffulti, tuorum in regno cælesti consequamur gloriam filiorum. Per Dominum.

**Responsorium**

*Ps 44, 5.11.12*

*R/.* Propter veritatem, et mansuetudinem, et iustitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua.

*V/.* Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam: quia concupivit Rex speciem tuam.

**Alleluia**

*Ps 44, 3*

Alleluia. *V/.* Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.  
Alleluia.

**Ant. ad offertorium**

Ps 44, 15-16

Afferéntur Regi vírgines; post eam, próximæ eius afferéntur tibi in lætítia et exultatióne, adducéntur in templum Regi Dómino.

**Super oblata**

Memóriam recoléntes beátæ Vírginis Mariæ, tibi, Dómine, múnera nostra offérimus, deprecántes, ut eius nobis succúrrat humánitas, qui tibi oblatiónem seípsum in cruce óbtulit immaculátam. Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum.

**Ant. ad communionem**

Lc 1, 48-49

Beátam me dicent omnes generatiónes, quia fecit mihi magna qui potens est, allelúia.

**Post communionem**

Sumptis, Dómine, sacraméntis cælestibus, te súplices deprecámur, ut, qui beátæ Vírginis Mariæ memóriam venerádo recólimus, æténi convívii mereámur esse partícipes. Per Dóminum.

**Die 23 augusti**  
**S. Rosæ de Lima, virginis**

**Memoria**

**De Communi virginum, B, p. 440.**

**Collecta**

Deus, qui beátam Rosam, tuo amóre succénsam, mundum relínquere et tibi soli in austeritáte pæniténtiæ vacáre fecísti, da nobis, eius intercessióne, ut, vias vitæ sectántes in terris, torrénite deliciárum tuárum perfruámur in cælis. Per Dóminum.

**Super oblata**

Súscipe, Dómine, obséqium humilitátis nostræ, quod tibi in commemoratióne beátæ Rosæ vírginis exhibémus, et nos, per immaculátam hóstiam, da iúgiter in tuo conspéctu pio sanctóque amóre flagráre. Per Christum.

**Post communionem**

Mysteriórum tuórum, Dómine, sancta percéptio perseverántem illum nobis amórem infúndat, quo beáta Rosa Christo sponso indesinéter adhæsít. Qui tecum.

**Die 24 augusti****S. BARTHOLOMÆI, APOSTOLI****Festum 12 lectionum**

**De Communi apostolorum, Missa B, p. 421.**

**Dicitur** Glória in excelsis.

**Collecta**

Róbora in nobis, Dómine, fidem, qua Fílio tuo beátus Bartholomæus apóstolus sincéro ánimo adhæsit, et præsta, ut, ipso deprecante, Ecclésia tua cunctis géntibus salutis fiat sacraméntum. Per Dóminum.

**Dicitur** Credo.

**Super oblata**

Beáti apóstoli Bartholomæi festivitátem, Dómine, recenséntes, quæsumus, ut eius intercessióne tua capiámus auxiliá, in cuius honórem tibi laudis hóstias immolámus. Per Christum.

**Præfatio de Apostolis, p. 261.**

**Post communionem**

Súmpsimus, Dómine, pignus salutis æternæ, festivitátem beáti Bartholomæi apóstoli celebrántes, quod sit nobis, quæsumus, vitæ præsentis auxiliúm páriter et futúre. Per Dóminum.

**Die 27 augusti****S. Monicæ****Memoria**

**De Communi Sanctorum, Missa A, p. 443.**

**Collecta**

Deus, mæréntium consolátor, qui beátæ Mónica piás lácrimas in conversióne filii sui Augustíni misericórditer suscepísti, da nobis, utriúsque intervéntu, peccáta nostra deploráre, et grátiae tuæ indulgéntiam inveníre. Per Dóminum.

**Super oblata**

Súscipe, Dómine, múnera pópuli tui, et præsta, ut, qui Fílii tui imménsæ caritátis opus recolímus, in tui et próximi dilectióne, beátæ Mónica exémplo, confirmémur. Per Christum.

**Post communionem**

Divíni operátio sacraménti, omnípotens Deus, in hac festivitáte beátæ Mónica illúminet nos páriter et inflámmet, ut et sanctis iúgiter desidériis ferveámus, et bonis opéribus abundémus. Per Dóminum.

**Die 28 augusti****S. AUGUSTINI, EPISCOPI ET ECCLESIAE DOCTORIS****Festum 12 lectionum**

**De Communi doctorum, Missa A, p. 432.**

**Dicitur** Glória in excelsis.

**Collecta**

Innova, quæsumus, Dómine, in Ecclésia tua spíritum, quo beátum Augustínium episcopum imbuísti, ut, eódem nos repléti, te solum veræ fontem sapiéntiæ sitiámus, et supérni amoris quærámus auctórem. Per Dóminum.

**Super oblata**

Salútis nostræ memoriále celebrántes, cleméntiam tuam, Dómine, suppliciter exorámus, ut hoc sacraméntum pietátis fiat nobis signum unitátis et vínculum caritátis. Per Christum.

**Præfatio de Pastoribus, p. 263.**

**Post communionem**

Sanctíficet nos, quæsumus, Dómine, mensæ Christi participátio, ut, eius membra effécti, simus quod accépimus. Per Dóminum.

**Die 29 augusti****IN PASSIONE S. IOANNIS BAPTISTÆ****Festum 12 lectionum**

**De Communi martyrum, Missa C, p. 424.**

**Dicitur** Glória in excelsis.

**Collecta**

Deus, qui beátum Ioánnem Baptístam et nascéntis et moriéntis Fílii tui Præcursórem esse voluísti, concéde, ut, sicut ille veritátis et iustítiæ martyr occúbuit, ita et nos pro tuæ confessióne doctrínæ strénue certémus. Per Dóminum.

**Super oblata**

Da nobis, Dómine, per hæc múnera quæ tibi offérimus, illam tuárum rectitúdinem semitárum, quam beátus Ioánnes, vox in desérto clamántis, edócuit, et, fuso sángine, magna virtúte signávit. Per Christum.

**Præfatio de Martyribus, p. 262.**

**Post communionem**

Concéde nobis, Dómine, beáti Ioánnis Baptístæ natále recenséntibus, ut et salutária sacraménta quæ sumpsimus significáta venerémur, et in nobis pótius édita gaudeámus. Per Dóminum.

**SEPTEMBER****Die 3 septembris****S. GREGORII MAGNI, PAPÆ ET ECCLESIAE DOCTORIS****Festum 12 lectionum**

**De Communi pastorum, Missa A, p. 428.**

**Dicitur** Glória in excelsis.

**Collecta**

Deus, qui pópulis tuis indulgéntia cónsulis et amóre domináris, da spíritum sapiéntiæ, intercedénte beáto Gregório papa, quibus dedísti régimen disciplínæ, ut de proféctu sanctárum óvium fiant gáudia æténa pastórum. Per Dóminum.

**Super oblata**

Annue nobis, quæsumus, Dómine, ut, in celebratióne beáti Gregórii, hæc nobis prosit oblátio, quam immolándo totíus mundi tribuísti relaxári delícta. Per Christum.

**Præfatio de Pastoribus, p. 263.**

**Post communionem**

Quos Christo réficis pane vivo, eósdem édoce, Dómine, Christo magístro, ut in festivitáte beáti Gregórii tuam discant veritátem, et eam in caritáte operéntur. Per Dóminum.

**Die 7 septembris****S. Stephani, monachi et episcopi****Memoria ad libitum**

**De Communi monachorum, Missa B, p. 437.**

**Collecta**

Omnípotens et miséricors Deus, ad cuius beatitúdinem sempitérnam non fragilitáte carnis sed alacritáte mentis ascénditur, fac nos, cum beáto Stéphano, átria supérnæ civitátis semper ambíre. Per Dóminum.

**Super oblata**

Múnera tibi, Dómine, in festivitáte beáti Stéphani obláta sanctífica, ut quos onus culpæ ante fecit éxules, allevátio poténtis dexteræ cælestes restítuat cives. Per Christum.

**Post communionem**

Vísita nos, Dómine, abs te peregrinántes, ac pane Angelórum semper restáura, ut, æténi tabernáculi habitatióne percépta, plenitúdine perénnis póculi repleámur. Per Dóminum.

**Die 8 septembris****IN NATIVITATE BEATÆ VIRGINIS MARIÆ****Sollemnitas****Introitus**

**G**AUDEAMUS omnes in Dómino, diem festum celebrántes sub honóre beátæ Mariæ Vírginis, de cuius Nativitáte gaudent Angeli, et colláudant Fílium Dei.

**Ps 47, 2-3:** Magnus Dóminus, et laudábilis valde in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Fámulis tuis, Dómine, cæléstis grátiae munus impertíre, ut quibus beátæ Vírginis partus éxstitit salútis exórdium, Nativitátis eius votíva sollémnitas pacis tríbuat incrementum. Per Dóminum.

**Responsorium****Ps 44, 3.5**

**R/.** Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

**V/.** Propter veritátem, et mansuetúdinem, et iustítiam: et dedúcet te mirabíliter dextera tua.

**Alleluia****Ps 44, 5**

Allelúia. **V/.** Spécie tua et pulchritúdine tua inténde: próspere procéde, et regna. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium****Ps 44, 15**

Afferéntur Regi vírgines; post eam, próximæ eius afferéntur tibi.

**Super oblata**

Unigéniti tui, Dómine, nobis succúrrat humánitas, ut, qui natus de Vírgine Matris integritátem non mínuit, sed sacrávit, in Nativitátis eius sollémniis, a nostris nos piáculis éxuens oblatiónem nostram tibi fáciat accéptam. Per Christum.

**Præfatio I de beata Virgine Maria** (Et te in Nativitate), p. 256, vel II, p. 257, vel III, p. 258.

**Ant. ad communionem****Ps 44, 3**

Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

**Post communionem**

Exsúltet Ecclésia tua, Dómine, quam sacris mystériis refecísti, de beátæ Mariæ Vírginis Nativitáte congáudens, quæ univérso mundo spes fuit et auróra salútis. Per Dóminum.



**Die 13 septembris**

S. IOANNIS CHRYSOSTOMI, EPISCOPI ET ECCLESIAE DOCTORIS

**Festum 3 lectionum****De Communi doctorum, Missa B, p. 433.****Collecta**

Deus, in te sperantium fortitúdo, qui beátum Ioánnem Chrysóstomum episcopum mira eloquéntia et tribulatiónis experiménto claréscere voluísti, da nobis, quásumus, ut, eius doctrínis erudíti, invictæ patiéntiæ roborémur exémplo. Per Dóminum.

**Super oblata**

Sacrificium tibi pláceat, Deus, in commemoratióne beáti Ioánnis Chrysóstomi libénter exhibítum, quo monénte, nos étiam totos tibi réddimus collaudántes. Per Christum.

**Post communionem**

Concéde, miséricors Deus, ut mystéria, quæ pro beáti Ioánnis Chrysóstomi commemoratióne sumpsimus, nos in tua caritaté confírment, et tuæ fidéles confessóres veritátis effícient. Per Dóminum.

**Die 14 septembris**

IN EXALTATIONE SANCTÆ CRUCIS

**Festum 12 lectionum****Introitus****Cf. Gal 6, 14**

**N**OS autem gloriári opórtet in cruce Dómini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita, et resurrectio nostra, per quem salváti et liberáti sumus.

**Ps 66, 2:** Deus misereátur nostri, et benedícat nobis: illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui Unigéniti tui Dómini nostri Iesu Christi pretióso Sáanguine humánus genus redímere dignátus es, concéde propítius, ut qui ad adorándam vivíficam crucem advéniunt, a peccatórum suórum néxibus liberéntur. Per Dóminum.

**Responsorium****Phil 2, 8-9**

**R/.** Christus factus est pro nobis obédiens usque ad mortem, mortem autem Crucis.

**V/.** Propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

**Alleluia****Cf. Gal 6, 14**

Allelúia. **V/.** Nos autem gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri Iesu Christi. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

Ps 117, 16-17

Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me; non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

**Super oblata**

Hæc oblátio, Dómine, quæsumus, ab ómnibus nos purget offénsis, quæ in ara crucis totíus mundi tulit offénsam. Per Christum.

**Præfatio de Passione, p. 240, vel p. 241.**

**Ant. ad communionem**

Ps 23, 10

Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

**Post communionem**

Refectióne tua sancta enutríti, Dómine Iesu Christe, súplices deprecámur, ut, quos per lignum crucis vivíficæ redemísti, ad resurrectiόνis glóriam perdúcas. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**Die 16 septembris**

SS. CORNELII, PAPÆ ET CYPRIANI, EPISCOPI, MARTYRUM

**Festum 3 lectionum**

**De Communi martyrum, Missa D, p. 425.**

**Collecta**

Deus, qui pópulo tuo beátos Cornélium et Cypriánum sédulos pastóres et invíctos mártires præstitísti, concéde ut, eórum intercessióne, fide et constántia roborémur, et pro Ecclésiæ unitáte óperam tribuámus impénse. Per Dóminum.

**Super oblata**

Súscipe, quæsumus, Dómine, múnera pópuli tui pro mártirum tuórum passióne dicáta sanctórum, et, quæ beátis Cornélio et Cypriáno in persecutióne fortitúdinem ministrárun, nobis quoque præbeant inter advérta constántiam. Per Christum.

**Post communionem**

Per hæc mystéria quæ sumpsimus, Dómine, súplices exorámus, ut, beatórum mártirum Cornélii et Cypriáni exémplo, spíritus tui fortitúdine confirmáti, evangélicæ veritáti possimus testimónium perhibére. Per Dóminum.

**Die 20 septembris****Ss. Andreæ Kim Tæ-gön, presbyteri, et Pauli Chöng Ha-sang et sociorum, martyrum****Memoria**

De Communi martyrum, Missa A, p. 423.

**Collecta**

Deus, qui filios adoptiōnis in toto orbe terrarum multiplicare dignatus es, et sanguinem beatorum martyrum Andreæ et sociorum uberrimum semen christianorum effecisti, concede, ut eorum muniamur auxilio et iugiter proficiamus exemplo. Per Dominum.

**Super oblata**

Oblata populi tui respice propitius, omnipotens Deus, et beatorum martyrum intercessiōne concede, nos ipsos sacrificium tibi acceptabile in totius effici mundi salutem. Per Christum.

**Post communionem**

Fortium esca enutriti in celebratiōne beatorum martyrum, te, Domine, suppliciter exoramus, ut, Christo fideliter inherentes, in Ecclesia ad salutem omnium operemur. Per Dominum.

**Die 21 septembris****S. MATTHÆI, APOSTOLI ET EVANGELISTÆ****Festum 12 lectionum**

De Communi apostolorum, Missa A, p. 421.

**Dicitur** Glória in excelsis.

**Collecta**

Deus, qui ineffabili misericordia beatum Matthæum ex publicano Apostolum es dignatus eligere, da nobis, eius exemplo et intercessiōne suffultis, ut, te sequentes, tibi firmiter adherere mereamur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia secula seculorum.

**Dicitur** Credo.

**Super oblata**

Memoriam beati Matthæi recensentes, preces et hostias tibi, Domine, deferimus, suppliciter exorantes, ut Ecclesiam tuam benignus aspicias, cuius fidem Apostolorum prædicationibus nutrivisti. Per Christum.

**Præfatio de Apostolis**, p. 261.

**Post communionem**

Salutáris gáudii partícipes, Dómine, quo lætus Salvatórem in domo sua convívam beátus Matthæus excépit, da, ut cibo semper reficiámur illíus, qui non iustos sed peccatóres vocáre venit ad salútem. Qui tecum.

**Die 23 septembris****S. Pii de Pietrelcina, presbyteri****Memoria ad libitum**

**De Communi pastorum, Missa C, p. 429.**

**Collecta**

Omnípotens sempitérne Deus, qui sanctum Pium, presbýterum, crucis Fílii tui singulári grátia partícipem esse donásti et per eius ministérium misericórdiæ tuæ mirábília renovásti, concéde nobis, ut, eius intercessióne, passiónibus Christi iúgiter sociáti ad resurrectiónis glóriam felíciter perducámur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Clementíssime Deus, qui, vétere hómine consúmpto, novum secúndum te in beáto Pio creáre dignátus es, concéde propítius, ut nos páriter renováti hanc placatiónis hóstiam tibi acceptábilem offerámus. Per Christum.

**Post communionem**

Per huius virtútem sacraménti, quæsumus, Dómine, beáti Pii exémplo, deduc nos iúgiter in tua dilectióne, et opus bonum quod cœpísti in nobis pérfice usque in diem Christi Iesu. Qui tecum.

**Die 26 septembris****Ss. Cosmæ et Damiani, martyrum****Memoria ad libitum**

**De Communi martyrum, Missa D, p. 425.**

**Collecta**

Magníficet te, Dómine, sanctórum tuórum Cosmæ et Damiáni veneránda memória, quia et illis glóriam sempitérnam, et opem nobis ineffábili providéntia contulísti. Per Dóminum.

**Super oblata**

In tuórum, Dómine, pretiósá morte iustórum, sacrificium illud offérimus, de quo mártýrium sumpsit omne princípium. Per Christum.

**Post communionem**

Consérva in nobis, Dómine, munus tuum, et quod, te donánte, pro commemoratióne beatórum mártýrum Cosmæ et Damiáni percépimus, salútem nobis præstet et pacem. Per Dóminum.

**Die 27 septembris****S. Vincentii de Paul, presbyteri****Memoria**

De Communi pastorum, Missa C, p. 429.

**Collecta**

Deus, qui ad salútem páuperum et cleri institutióne beátum Vincéntium presbýterum virtútibus apostólicis imbuísti, præsta, quæsumus, ut, eódem spírítu fervéntes, et amémus quod amávit, et quod dócuit operémur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Deus, qui beáto Vincéntio divína celebránti mystéria tribuísti quod tractábat imitári, concéde, ut, huius sacrificii virtúte, ipsi quoque in oblatiÓne tibi acceptábilem transeámus. Per Christum.

**Post communionem**

Cæléstibus, Dómine, refécti sacraméntis, súpplīces deprecámur, ut ad imitándum Fílium tuum paupéribus evangelizántem, sicut exémplicis beáti Vincéntii provocámur, ita et patrocíniis adiuvémur. Per Dóminum.

**Die 29 septembris****SS. MICHAELIS ET OMNIUM ANGELORUM****Sollemnitatis****Introitus**

Ps 102, 20

**B**ENEDICITE Dóminum omnes Angeli eius, poténtes virtúte: qui fácitis verbum eius, ad audiéndam vocem sermónum eius.

**Ps 102, 1:** Bénedic, ánima mea, Dómino: et ómnia, quæ intra me sunt, nómini sancto eius.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui miro órđine Angelórum ministéria hominúmque dispéncias, concéde propítius, ut, a quibus tibi ministrántibus in cælo semper assístitur, ab his in terra vita nostra muniátur. Per Dóminum.

**Responsorium**

Ps 102, 20.1

**R/.** Benedícite Dóminum, omnes Angeli eius, poténtes virtúte, qui fácitis verbum eius.**V/.** Bénedic, ánima mea, Dómino, et ómnia interióra mea, nomen sanctum eius.**Alleluia**

Ps 148, 2

Allelúia. **V/.** Laudáte Deum, omnes Angeli eius: laudáte eum, omnes virtútes eius.

Allelúia.

**Dicitur** Credo.**Ant. ad offertorium**

Ap 8, 3-4

Stetit Angelus iuxta aram templi, habens thuríbulum áureum in manu sua; et data sunt ei incénsa multa, et ascéndit fumes arómatum in conspéctu Dei, allelúia.

**Super oblata**

Hóstias tibi, Dómine, laudis offérimus, suppliciter deprecántes, ut eásdem, angélico ministério in conspéctum tuæ maiestátis delátas, et placátus accípias, et ad salútem nostram proveníre concédas. Per Christum.

**Præfatio de Angelis, p. 259.****Ant. ad communionem**

Dn 3, 59

Benedícite, omnes Angeli Dómini, Dóminum, hymnum dícite et superexaltáte eum in sæcula.

**Post communionem**

Pane cælésti refécti, súpplíces te, Dómine, deprecámur, ut, eius fortitúdine roboráti, sub Angelórum tuórum fidéli custódia, fortes, salútis progrediámur in via. Per Dóminum.

**Die 30 septembris****S. HIERONYMI, PRESBYTERI ET ECCLESIAE DOCTORIS****Festum 12 lectionum****De Communi doctorum, Missa D, p. 434.****Dicitur** Glória in excélsis.**Collecta**

Deus, qui beáto Hierónymo presbýtero suávem et vivum Scriptúráe Sacrae afféctum tribuísti, da, ut pópulus tuus verbo tuo ubérius alátur, et in eo fontem vitæ invéniat. Per Dóminum.

**Super oblata**

Tríbue, nobis, Dómine, ut, exémplo beáti Hierónymi, verbum tuum meditáti, ad salutárem hóstiam maiestáti tuæ offeréndam prómptius accedámus. Per Christum.

**Præfatio de Pastoribus, p. 263.**

**Post communionem**

Deus, qui Ecclésiám tuam cælestibus sacraméntis satiásti, atque ei beátum Hierónymum Scriptúræ sanctæ verum intérpretem tribuísti, concéde propítius, ut eius semper erudíta doctrínis, stábili fide in veneratióne tui nóminis, et agnitióne profíciat. Per Dóminum.

## OCTOBER

### Die 1 octobris

#### S. TERESIAE A IESU INFANTE, VIRGINIS ET ECCLESIAE DOCTORIS

##### Festum 12 lectionum

De Communi virginum, Missa C, p. 441.

Dicitur Glória in excélsis.

##### Collecta

Deus, qui regnum tuum humílibus parvulísque dispónis, fac nos beátæ Teresiae trámitem prósequi confidénter, ut, eius intercessióne, glória tua nobis revelétur aetérna. Per Dóminum.

##### Super oblata

In beáta Terésia te, Dómine, mirábilem prædicántes, maiestátem tuam suppliciter exorámus, ut, sicut eius tibi grata sunt mérita, sic nostræ servitútis accépta reddántur offícia. Per Christum.

Præfatio de Virginibus, p. 265.

##### Post communionem

Sacraménta quæ sumpsimus, Dómine, illíus in nobis vim amóris accéndant, quo beáta Terésia se tibi addíxit, tuámque cúpiit miseratióne pro ómnibus impetráre. Per Dóminum.

### Die 2 octobris

#### Ss. Angelorum Custodum

##### Memoria ad libitum

Vide p. 478.

### Die 4 octobris

#### S. FRANCISCI ASSISIENSIS

##### Festum 3 lectionum

De Communi Sanctorum, Missa B, p. 444.

##### Collecta

Deus, qui beáto Francíscó paupertáte et humilitáte Christo configurári tribuísti, concéde, ut, per illíus sémitas gradiéntes, Fílium tuum sequi et tibi coniúngi læta valeámus caritáte. Per Dóminum.



**Super oblata**

Múnera tibi, Dómine, offeréntes, quæsumus, ut ad mystérium crucis celebrándum conveniénter aptémur, cui beátus Francíscus tam ardénter adhæsit. Per Christum.

**Post communionem**

Da nobis, quæsumus, Dómine, per hæc sancta quæ sumpsimus, ut, beáti Francísci caritátem zelúmque apostólicum imitántes, tuæ dilectiónis efféctus percipiámus et in salútem ómnium effundámus. Per Dóminum.

**Die 6 octobris****S. PATRIS NOSTRI BRUNONIS, MONACHI****Sollemnitas****Introitus****Ps 26, 8-9**

**T**IBI dixit cor meum, Quæsívi vultum tuum: vultum tuum, Dómine, requíram: ne avértas fáciem tuam a me.

**Ps 26, 1:** Dóminus illuminátio mea, et salus mea, quem timébo?

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Omnípotens sempitérne Deus, qui renuntiántibus sáculo mansiónes paras in cælo, imménsam cleméntiam tuam humíliter implorámus, ut, intercedénte beáto Patre nostro Brunóne, vota quæ profiténdo fécimur, fidéliter implére, et ad ea, quæ perseverántibus in te dignátus es promíttere, valeámus salúbriter perveníre. Per Dóminum.

**Responsorium****Ps 117, 8-9**

**R/.** Bonum est confídere in Dómino, quam confídere in hómine.

**V/.** Bonum est speráre in Dómino, quam speráre in princípibus.

**Alleluia****Ps 107, 2**

Allelúia. **V/.** Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: cantábo, et psallam tibi in glória mea. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium****Ps 62, 2.5**

Deus, Deus meus, ad te de luce vígilo; et in nómine tuo levábo manus meas, allelúia.

**Super oblata**

Sacrándum tibi, Dómine, munus offérimus, maiestátem tuam supplíciter exorántes, ut, intercessióne et méritis beáti Patris nostri Brunónis adiúti, accéptum tibi sacrificium, in Fílii tui passiónis et nostræ redemptiónis memóriam, offérre valeámus. Per Christum.

**Præfatio de Monachis, p. 264.**

**Ant. ad communionem**

Mt 24, 46-47

Beátus servus, quem cum vénerit Dóminus, invénerit vigilántem; amen dico vobis, super ómnia bona sua constítuet eum.

**Post communionem**

Per hæc sancta, quæ súmpsimus, Dómine Deus, pium in nobis accénde religiónis afféctum, ut eius quem ut Patrem in terris cólimus vestígia insequéntes, quod te donánte promísimus, te operánte implére, et cum vitæ finis advénerit, ad te qui via, véritas, et vita es, perveníre mereámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**Die 7 octobris****B. Virginis Mariæ a Rosario****Memoria**

Vide Missam de B. V. Maria extra Adventum Domini, p. 468.

**Collecta**

Grátiam tuam, quæsumus, Dómine, méntibus nostris infúnde, ut, qui, Angelo nuntiánte, Christi Fílii tui incarnationem cognóvimus, beáta María Vírgine intercedénte, per passiónem eius et crucem ad resurrectiόνis glóriam perducámur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Fac nos, quæsumus, Dómine, his munéribus oblátis conveniénter aptári, et Unigéniti tui mystéria ita recólere, ut eius digni promissionibus éffici mereámur. Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum.

**Post communionem**

Quæsumus, Dómine Deus noster, ut, qui in hoc sacraménto Fílii tui mortem et resurrectiόνem annuntiámus, eius sócii passiónum effécti, consolatiónis étiam ac glóriæ mereámur esse partícipes. Per Dóminum.

**Die 8 octobris****S. Artoldi, monachi et episcopi****Memoria ad libitum**

De Communi monachorum, Missa A, p. 436.

**Collecta**

Da nobis, quæsumus, omnípotens Deus, méritis et intercessióne sancti Artóldi, mónachi atque episcopi, ita viam huius vitæ in stúdio laboriósi certáminis pertransíre, ut mundi quæ sunt postponétes, ad ætéram réquiem valeámus perveníre. Per Dóminum.

**Super oblata**

Aspice seréno vultu, Dómine, hæc múnera, qui semper es propénsus ad dona, ut obláta, non invitántis mérito, sed tuæ puritátis sanctífices exémplo. Per Christum.

**Post communionem**

Hoc convívio refécti, quæsumus, Dómine, ut, in novitáte vitæ ambulátes, tuis pascámur sacraméntis et verbo. Per Dóminum.

**Die 15 octobris****S. TERESIÆ A IESU, VIRGINIS ET ECCLESIAE DOCTORIS****Festum 12 lectionum**

De Communi virginum, Missa C, p. 441.

Dicitur Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui per Spíritum tuum beátam Terésiam suscitásti, ut requiréndæ perfectiónis sémitam Ecclésiæ manifestáret, da nobis et cæléstis eius doctrínæ pábulo semper nutriri, et veræ sanctitátis desidério accéndi. Per Dóminum.

**Super oblata**

Múnera nostra, Dómine, tuæ sint accépta maiestáti, cui beátæ Teresiæ tantópere plácuít devótions obséquiium. Per Christum.

Præfatio de Virginibus, p. 265.

**Post communionem**

Súbdita tibi família, Dómine Deus noster, quam cælésti pane satiásti, fac ut, exémplo beátæ Teresiæ, misericórdias tuas in ætérnum cantáre lætétur. Per Dóminum.

**Die 17 octobris****S. IGNATII ANTIOCHENI, EPISCOPI ET MARTYRIS****Festum 3 lectionum**

De Communi martyrum, Missa B, p. 423.

**Collecta**

Omnípotens sempitérne Deus, qui sanctorum mártýrum confessiónibus Ecclésiæ tuæ sacrum corpus exórnas, concéde, quæsumus, ut hodiérna glória passiónis, sicut beáto Ignátio magnificéntiam tríbuit sempitérnam, ita nobis perpétuum munímen operétur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Grata tibi sit, Dómine, nostræ devotiónis oblátio, qui beátum Ignátium, fruméntum Christi, per martýrii passiónem panem mundum suscepísti. Per Christum.

**Post communionem**

Reficiat nos, Dómine, panis cælestis, quem in beáti Ignátii natáli suscepimus, ac tríbuat nos nómine et ópere esse christiános. Per Dóminum.

**Die 18 octobris****S. LUCÆ, EVANGELISTÆ****Festum 12 lectionum**

**De Communi apostolorum, Missa A, p. 421.**

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Dómine Deus, qui beátum Lucam elegísti, ut prædicatióne et scriptis mystérium tuæ in paúperes dilectiόνis reveláret, concéde, ut, qui tuo iam nómine gloriántur, cor unum et ánima una esse perseverént, et omnes gentes tuam mereántur vidére salútem. Per Dóminum.

**Dicitur** Credo.

**Super oblata**

Donis cælestibus, da nobis, quæsumus, Dómine, libera tibi mente servíre, ut múnera, quæ in festivitáte beáti Lucæ deférimus, et medélam nobis operéntur et glóriam. Per Christum.

**Præfatio de Apostolis, p. 261.**

**Post communionem**

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut, quod de sancto altári tuo accépimus, nos sanctíficet, et in fide Evangélii, quod beátus Lucas prædicávit, fortes effíciat. Per Dóminum.

**Die 21 octobris****S. HILARIONIS, EREMITÆ****Festum 3 lectionum**

**De Communi monachorum, Missa B, p. 437.**

**Collecta**

Deus, qui beáto Hilarióni renuntiáre sáculo, et sub alas tuas confúgere tribuísti, concéde nos, eius intercessiόνem, te solum Dóminum pura mente sectári. Per Dóminum.

**Super oblata**

Accépta tibi sint, quæsumus, Dómine, múnera nostræ servitútis pro beáti Hilariónis commemoratióne altári tuo propósita, et concéde, ut, a terrénis impediméntis absolúti, te solo dívites efficiámur. Per Christum.

**Post communionem**

Grátias ágimus tibi, Dómine, pro sacraméntis susceptis, beáti Hilariónis festivitátem coléntes, qui siléntium elégit, ut Verbum tuum audíret. Qui tecum.

**Die 28 octobris****SS. SIMONIS ET IUDÆ, APOSTOLORUM****Festum 12 lectionum**

**De Communi apostolorum, Missa B, p. 421.**

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui nos per beátos Apóstolos tuos Simónem et Iudam, ad cognitióem tui nóminis veníre tribuísti, da nobis eórum glóriam sempitérnam et proficiéndo celebráre, et celebrándo profícere. Per Dóminum.

**Dicitur** Credo.

**Super oblata**

Glóriam, Dómine, sanctórum apostolórum tuórum Simónis et Iudæ perpétuam recoléntes, quæsumus, ut eándem, sacris mystériis expiáti, dígnius celebrémus. Per Christum.

**Præfatio de Apostolis, p. 261.**

**Post communionem**

Percéptis, Dómine, sacraméntis, súpplíces in Spírítu Sancto deprecámur, ut, quæ pro apostolórum Simónis et Iudæ veneránda gérimus passióne, nos in tua dilectióne consérvent. Per Dóminum.

**Die 31 octobris****Vigilia Omnium Sanctorum****Introitus****Ps 67, 4**

**I**USTI epuléntur, et exsúltent in conspéctu Dei, et delecténtur in lætítia.

**Ps 67, 29:** Manda Deus virtúti tuæ: confírma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.

**Collecta**

Dómine Deus noster, múltíplica super nos grátiam tuam, et quorum prævenímus gloriósa sollémnia, tribue súbsequi in sancta professióne lætítiam. Per Dóminum.

**Responsorium****Ps 149, 5.1**

**R/.** Exsultábunt Sancti in glória, lætabúntur in cubílibus suis.

**V/.** Cantáte Dómino cánticum novum; laus eius in Ecclésia Sanctórum.

**Ant. ad offertorium**

Ps 31, 11

Lætámini in Dómino et exsultáte, iusti, et gloriámini, omnes recti corde.

**Super oblata**

Altáre tuum, Dómine Deus, munéribus cumulámus oblátis: da, quáesumus, ut ad salútem nostram ómnium Sanctórum tuórum precatióne proficiant, quorum sollémnia ventúra præcúrrimus. Per Christum.

**Præfatio temporis per annum, p. 247 - 250.**

**Ant. ad communionem**

Ps 32, 1

Gaudéte, iusti, in Dómino; rectos decet collaudátio.

**Post communionem**

Sacraméntis, Dómine, et gáudiis optátæ celebritátis explétis, quáesumus, ut eórum précibus adiuvémur, quorum recordatióne exhibéntur. Per Dóminum.

**NOVEMBER****Die 1 novembris****OMNIUM SANCTORUM****Sollemnitas****Introitus**

**G**AUDEAMUS omnes in Dómino, diem festum celebrántes sub honóre Sanctórum ómnium, de quorum sollemnitáte gaudent Angeli, et colláudant Fílium Dei.

**Ps 47, 2-3:** Magnus Dóminus, et laudábilis valde: in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Omnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebritáte venerári, quæsumus, ut desiderátam nobis tuæ propitiatiónis abundántiam, multiplicátis intercessóribus, largiáris. Per Dóminum.

**Responsorium****Ps 33, 10-11**

**R/.** Timéte Dóminum omnes Sancti eius, quóniam nihil deest timéntibus eum.

**V/.** Inquiréntes autem Dóminum non defíciant omni bono.

**Alleluia****Ps 144, 10-11**

Allelúia. **V/.** Sancti tui, Dómine, benedícent te: glóriam regni tui dicent. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium****Ps 67, 36**

Mirábilis Deus in Sanctis suis; Deus Israel ipse dabit virtútem et fortitúdinem plebi suæ; benedíctus Deus.

**Super oblata**

Grata tibi sint, Dómine, múnera, quæ pro cunctórum offérimus honóre Sanctórum, et concéde, ut, quos iam crédimus de sua immortalitáte secúros, sentiámus de nostra salúte sollícitos. Per Christum.

**Præfatio de Sanctis, p. 266.**

**Ant. ad communionem****Mt 5, 8-10**

Beáti mundo corde, quóniam ipsi Deum vidébunt: Beáti pacífici, quóniam filii Dei vocabúntur: Beáti qui persecutiónem patiúntur propter iustítiam, quóniam ipsórum est Regnum cælórum.

**Post communionem**

Mirabilem te, Deus, et unum Sanctum in ómnibus Sanctis tuis adorántes, tuam grátiam implorámus, qua, sanctificatióne in tui amóris plenitúdine consummántes, ex hac mensa peregrinántium ad cæléstis pátriæ convívium transeámus. Per Dóminum.

**Die 2 novembris****IN COMMEMORATIONE OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM**

Hæc Commemoratio fit post sollemnitatem Omnium Sanctorum primo die quo dominica vel festum 12 lectionum non accidit. Pro Missa, vel Missis, vide p. 509ss. In orationibus, ubi habentur famulorum vel famuli, addi possunt famularum, famulæ.

Missa conventualis celebratur cum orationibus infra positis in A.

In Missa in sacello ad libitum adhiberi potest quælibet series orationum.

Si continue celebrantur plures Missæ:

in prima et in secunda (si tres celebrantur) ablutiones cum aqua tantum fiunt;  
prima et secunda Missa cum oratione Post Communionem finiuntur;  
secunda et tertia ab introitu incipiuntur.

**A****Collecta**

Fidélium, Deus, ómnium cónditor et redémptor, animábus famulórum tuórum remissionem cunctórum tríbue peccatórum, ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiónebus consequántur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Hóstias, quæsumus, Dómine, quas tibi pro animábus famulórum tuórum offérimus, propitiátus inténde, ut quibus fidei christiánæ méritum contulísti, dones et præmium. Per Christum.

**Post communionem**

Animábus, quæsumus, Dómine, famulórum tuórum orátio proficiat supplicántium, ut eas, his sacrificiis, et a peccátis ómnibus éxuas, et tuæ redemptiόνis fácias esse partícipes. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**B****Collecta**

Preces nostras, quæsumus, Dómine, benígnus exáudi, ut, dum attóllitur nostra fides in Fílio tuo a mórtuis suscitáto, in famulórum tuórum præstolánda resurrectione spes quoque nostra firmétur. Per Dóminum.



**Super oblata**

Nostris, Dómine, propitiare munéribus, ut famuli tui defuncti assumantur in glóriam cum Fílio tuo, cuius magno pietátis iúngimur sacraménto. Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum.

**Post communionem**

Præsta, quæsumus, Dómine, ut famuli tui defuncti in mansiónem lucis tránseant et pacis, pro quibus paschále celebrávimus sacraméntum. Per Dóminum.

**C****Collecta**

Deus, cuius bonitátis nullus est númerus, quia semper misericórdia tibi est causa miseréndi, exáudi nos pro famulórum tuórum animábus supplicántes, ut illos grátia tua, sicut donávit baptísimo, ita donet et regno. Per Dóminum.

**Super oblata**

Oblatiónes nostras, quæsumus, Dómine, propitiátus inténde, quas tibi offérimus pro animábus famulórum tuórum, et quibus donásti baptísimi sacraméntum, da eis æternórum plenitúdinem gaudiórum. Per Christum.

**Post communionem**

Ascéndant ad te, Dómine, gratiárum actiões nostræ, et ánimæ famulórum tuórum gáudia æténa suscípant, ut, quos fecísti adoptiόνis partícipes, iúbeas hereditátis tuæ esse consórtes. Per Dóminum.

**Die 4 novembris****S. Caroli Borromeo, episcopi****Memoria**

**De Communi pastorum, Missa D, p. 430.**

**Collecta**

Custódi, quæsumus, Dómine, in pópulo tuo spíritum, quo beátum Cárolum episcopum implevísti, ut Ecclésia indesinénter renovétur, et, Christi se imágini confórmans, ipsíus vultum mundo váleat osténdere. Qui tecum.

**Super oblata**

Inténde múnera, Dómine, altáribus tuis pro beáti Cároli commemoratióne propósita, et huius sacrificii virtúte concéde, ut, sicut illum pastorális officii vigilántia et præcláris virtútum méritis sublimásti, ita nos fácias sincéris óperum frúctibus abundáre. Per Christum.

**Post communionem**

Præstent nobis, quæsumus, Dómine, sacra mystéria quæ sumpsimus eam ánimi fortitúdinem, quæ beátum Cárolum réddidit in ministério fidélem et in caritáte fervéntem. Per Dóminum.

**Die 9 novembris****IN DEDICATIONE BASILICÆ LATERANENSIS****Festum 12 lectionum****Introitus**

Cf. Gen 28, 17

**T**ERRIBILIS est locus iste: hic domus Dei est, et porta cæli, et vocábitur Aula Dei.

**Ps 92, 1:** Dóminus regnávít, decórem indútus est: indútus est Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui de vivis et eléctis lapídibus ætérnum habitáculum tuæ præparas maiestáti, múltiplica in Ecclésia tua spíritum grátia, quem dedísti, ut fidélis tibi pópulus in cælestis ædificatióem Ierúsalem semper accrésca. Per Dóminum.

**Responsorium**

Ps 83, 2-3.5

**R/.** Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum: concupíscit, et déficit ánima mea in átria Dómini.

**V/.** Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine: in sæcula sæculórum laudábunt te.

**Alleluia**

Ps 137, 2

Alleluia. **V/.** Adorábo ad Templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo. Alleluia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

1 Chr 29, 17-18

Dómine Deus, in simplicitáte cordis mei lætus óbtuli univérssa; et pópulum tuum qui repértus est, vidi cum ingénti gáudio; Deus Israel, custódi hanc voluntátem.

**Super oblata**

Súscipe, quæsumus, Dómine, munus oblátum, et poscéntibus concéde, ut hic sacramentórum virtus et votórum obtineátur efféctus. Per Christum.

**Præfatio de Dedicatióne ecclesiæ, p. 255.**

**Ant. ad communionem**

Mt 21, 13; 7, 8

Domus mea, domus oratiónis vocábitur, dicit Dóminus: in ea omnis qui petit áccipit, et qui quærit ínvenit, et pulsánti aperiétur.

**Post communionem**

Deus, qui nobis supérnam Ierúsalem per temporále Ecclésiæ tuæ signum adumbráre voluísti, da, quæsumus, ut, huius participatióne sacraménti, nos tuæ grátiae templum efficias, et habitatióne glóriæ tuæ íngredi concédas. Per Dóminum.

**Die 10 novembris**

S. LEONIS MAGNI, PAPÆ ET ECCLESIAE DOCTORIS

**Festum 3 lectionum**

De Communi doctorum, Missa D, p. 434.

**Collecta**

Deus, qui advérsus Ecclésiám tuam, in apostólicæ petræ soliditate fundátam, portas ínferi numquam prævalére permíttis, da ei, quæsumus, ut, intercedénte beáto Leóne papa, in tua veritate consistens, pace contínuá muniátur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Oblátis munéribus, quæsumus, Dómine, Ecclésiám tuam benígnus illúmina, ut et gregis tui proficiat ubíque succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Christum.

**Post communionem**

RefectiÓne sancta enutrítam guberná, quæsumus, Dómine, tuam placátus Ecclésiám, ut, poténti moderatiÓne dirécta, et increménta libertátis accípiat, et in religiÓnis integritáte persístat. Per Dóminum.

**Die 11 novembris**

S. MARTINI, EPISCOPI

**Festum 12 lectionum**

De Communi pastorum, Missa B, p. 428.

Dicitur Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui in beáto Martíno epíscopo sive per vitam sive per mortem magnificátus es, ínnoVa grátiae tuæ mirábília in córdibus nostris, ut neque mors neque vita separáre nos possit a caritate tua. Per Dóminum.

**Super oblata**

Sanctífica, quæsumus, Dómine Deus, hæc múnera, quæ in honórem sancti Martíni lætánter offérimus, ut per ea vita nostra inter advérsa et próspera semper dirigátur. Per Christum.

Præfatio de Pastoribus, p. 263.

**Post communionem**

Da nobis, Dómine, unitátis sacraménto reféctis, perféctam in ómnibus cum tua voluntáte concórdiam, ut, sicut beátus Martínus totum se tibi subiécit, ita et nos esse tui veráciter gloriémur. Per Dóminum.

**Die 12 novembris****S. Iosaphat, episcopi et martyris****Memoria**

**De Communi martyrum, Missa C, p. 424.**

**Collecta**

Excita, quáesumus, Dómine, in Ecclésia tua Spíritum, quo replétus beátus Iósaphat ánimam suam pro óvibus pósuit, ut, eo intercedénte, nos quoque eódem Spíritu roboráti, ánimam nostram pro frátribus pónere non vereámur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Clementíssime Deus, múnera hæc tua benedictióne perfúnde, et nos in tua fide confírma, quam sanctus Iósaphat effúso sángine assérui. Per Christum.

**Post communionem**

Spíritum, Dómine, fortitúdinis et pacis hæc nobis tríbuat mensa cæléstis, ut, sancti Iósaphat exémplo, vitam nostram ad honórem et unitátem Ecclesiæ libénter impendámus. Per Dóminum.

**Die 13 novembris****OMNIUM SANCTORUM CARTUSIANORUM, MONACHORUM****Festum 12 lectionum**

**De Communi monachorum, Missa C, p. 437.**

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Da nobis, Dómine, nostri Ordinis sanctórum et sanctárum festum coléntibus, eórum exémplo in lúmine vultus tui ambuláre, ut defíxum in te cor nostrum habétes, nullo sollicitémur aliéno aspéctu. Per Dóminum.

**Super oblata**

Súscipe, Dómine, hæc múnera, et ad te corda nostra convérte, ut nos, unum necessariúm semper quærétes, tuo cúltoi præstes esse dicátos. Per Christum.

**Præfatio de Monachis, p. 264.**

**Post communionem**

Vísita nos, Dómine, abs te peregrinántes, ac pane Angelórum semper restáura, ut, æténi tabernáculi habitatióne percépta, plenitúdine perénnis póculi repleámur, cum ómnibus frátribus et soróribus nostris qui eándem vocatiónem accepérunt. Per Dóminum.

**Die 14 novembris****IN COMMEMORATIONE FRATRUM SORORUMQUE NOSTRORUM DEFUNCTORUM**

Sumitur una ex Missis, p. 400, cum orationibus sequentibus:

**Collecta**

Deus, vénia largítor, et humánae salútis auctor, quæsumus cleméntiam tuam, ut nostri Ordinis fratres et soróres qui ex hoc sæculo transiérunt, beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas. Per Dóminum.

**Super oblata**

Deus, cuius misericórdiæ non est númerus, súscipe propítius preces humilitátis nostræ, et animábus fratrum nostrórum et sorórum, quibus tui nóminis dedísti confessiónem, per hæc sacraménta nostræ salútis, cunctórum tríbue véniam peccátorum. Per Christum.

**Post communionem**

Præsta, miséricors Deus, ut ánimæ famulórum et famulárum tuárum pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ obtúlimus maiestáti, per huius virtútem sacraménti a peccátis ómnibus expiátæ, lucis perpétuæ, te miseránte, recipiant beatitúdinem. Per Dóminum.

**Die 17 novembris****S. HUGONIS LINCOLNIENSIS, MONACHI ET EPISCOPI****Festum 12 lectionum**

De Communi monachorum, Missa D, p. 438.

Dicitur Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui beátum Hugónem episcopum, eminentia meritórum et claritáte signórum excellénte ornásti, concéde propítius, ut eius exépla nos próvocent, et virtútes illústrent. Per Dóminum.

**Super oblata**

Múnera, quæsumus, Dómine, oblata sanctífica, et præsta, ut Fílii tui cibo satiémur et póculo, qui et nostram imáginem reparávit, et suam nobis grátiam repromísit. Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum.

Præfatio de Monachis, p. 264.

**Post communionem**

Salvati6nis abundantiam tribue, D6mine, fidelibus hac sancta sum6ntibus, et quos similes ad imaginem tuam fecisti, simili6res observati6ne p6rfice mandat6rum. Per D6minum.

**Die 18 novembris**  
**S. Elisabeth Hungariæ**  
**Memoria ad libitum**

**De Communi Sanctorum, Missa B, p. 444.**

**Collecta**

Deus, qui beatae Elisabeth tribuisti in pauperibus Christum cognoscere ac venerari, da nobis, eius intercessi6ne, egenis et tribulatis iugi caritate servire. Per D6minum.

**Super oblata**

Suscipe, D6mine, munera populi tui, et presta, ut, qui Filii tui immensa caritatis opus recolumus, in tui et proximi dilecti6ne, beatae Elisabeth exemplo, confirmemur. Per Christum.

**Post communionem**

Sacris mysteriis refectos, da nos, quæsumus, D6mine, beatae Elisabeth exempla sectari, quæ te indefessa pietate coluit, et populo tuo immensa profuit caritate. Per D6minum.

**Die 21 novembris****IN PRÆSENTATIONE B. VIRGINIS MARIE****Festum 12 lectionum****Introitus****Ps 18, 15**

**M**EDITATIO cordis mei in conspectu tuo semper: D6mine, adiutor meus, et redemptor meus.

**Ps 18, 2:** Cæli enarrant gloriam Dei: et opera manuum eius annuntiat firmamentum.

**Dicitur** Gl6ria in excelsis.

**Collecta**

Sanctissimæ venerantibus Virginitatis Mariæ memoriæ gloriosam, ipsius nobis, quæsumus, D6mine, intercessi6ne concede, ut de plenitudine gratiæ tuæ nos quoque mereamur accipere. Per D6minum.

**Responsorium****Ps 44, 12.11**

**R/.** Concupivit Rex decorem tuum, quoniam ipse est D6minus Deus tuus.

**V/.** Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam; et obliviscere populum tuum, et domum patris tui.

**Alleluia**

Ps 107, 2

Allelúia. **V/** . Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: cantábo, et psallam tibi in glória mea. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

1 Chr 29, 17-18

Dómine Deus, in simplicitáte cordis mei lætus óbtuli univérſa; et pópulum tuum qui repértus est, vidi cum ingénti gáudio; Deus Israel, custódi hanc voluntátem.

**Super oblata**

Múnera tibi placatiónis et laudis offérimus, Dómine, humíliter deprecántes, ut, beátæ Maríæ Vírginis sequéntes exémpla, nosmetípsos exhibeámus hóstiam sanctam, tibi placéntem. Per Christum.

**Præfatio I de beata Virgine Maria (Et te in Præsentatione), p. 256, vel II, p. 257, vel III, p. 258.**

**Ant. ad communionem**

Ps 1, 2-3

Qui meditábitur in lege Dómini die ac nocte, dabit fructum suum in témpore suo.

**Post communionem**

Cælésti alimónia nutritos, fac nos, Dómine, exémpla beátæ Vírginis Maríæ, pura tibi conversatióne servíre, et cum ipsa te sincéris láudibus magnificáre. Per Dóminum.

**Die 22 novembris****S. CÆCILIAE, VIRGINIS ET MARTYRIS****Festum 3 lectionum**

**De Communi martyrum, Missa F, p. 426.**

**Collecta**

Deus, qui nos ánnua beátæ Cæcíliae, vírginis et mártiris tuæ, festivitáte lætíficas, da, ut quam venerámur officio, étiam piæ conversatiónis sequámur exémpla. Per Dóminum.

**Super oblata**

Agnum immaculátum tibi offérimus, Dómine, memóriam beátæ Cæcíliae recoléntes, quæ Fílio tuo coniúcta est moriéndo, cui se consecráverat caste vivéndo. Qui vivit et regnat in sácula sæculórum.

**Post communionem**

Famíliam tuam, Deus, suávitás ætérna contíngat et végetet, quæ in mártire tua Cæcília Christi Fílii tui bono iúgiter odóre pascátur. Qui tecum.

## Die 24 novembris

### Ss. Andreae Dũng-Lạc, presbyteri, et sociorum, martyrum

#### Memoria

De Communi martyrum, Missa A, p. 423.

#### Collecta

Deus, omnis paternitatis fons et origo, qui beatos martyres Andream et socios eius Cruci Filii tui usque ad sanguinis effusionem fideles effecisti, eorum intercessione concede, ut amorem tuum inter fratres propagantes filii tui nominari et esse valeamus. Per Dominum.

#### Super oblata

Suscipe, sancte Pater, munera quae offerimus, passionem venerantes sanctorum martyrum, ut inter adversa vitae nostrae, fideles tibi semper inveniri mereamur et hostiam tibi acceptabilem nosmetipsos exhibere. Per Christum.

#### Post communionem

Unius panis alimonia refecti in commemoratiōne sanctorum martyrum, te, Domine, suppliciter deprecamur, ut, in tua dilectione unanimis manentes, patientiae praemium mereamur consequi aeternum. Per Dominum.

## Die 25 novembris

### B. BEATRICIS, VIRGINIS ET MONIALIS

#### Festum 3 lectionum

De Communi virginum, Missa A, p. 440.

#### Collecta

Deus, qui beatam Beatricem virginem in imitatione passionis Domini nostri Iesu Christi caritatis victimam effecisti, da nobis, ut eius intercessione et exemplo, eiusdem Filii tui passionibus communicantes in terris, ad aeternam gloriam pervenire mereamur in caelis. Per Dominum.

#### Super oblata

Dicatae, quaesumus, Domine, capiamus oblationis effectum, ut, beatae Beatricis exemplo, terrenae vetustatis conversatione mundati, caelestis vitae profectibus innovemur. Per Christum.

#### Post communionem

Corporis et Sanguinis Unigeniti tui sacra perceptio, Domine, ab omnibus nos caducis rebus avertat, ut, exemplo beatae Beatricis, valeamus tui et sincera in terris caritate proficere, et perpetua in caelis visione gaudere. Per Dominum.



**Die 30 novembris**  
**S. ANDREÆ, APOSTOLI**  
**Festum 12 lectionum**

Introitus

Ps 138, 17

**M**IHI autem nimis honorāti sunt amíci tui, Deus: nimis confortátus est principátus eórum.

**Ps 138, 1-2:** Dómine, probásti me, et cognovísti me: tu cognovísti sessiónem meam, et resurrectiónem meam.

**Dicitur** Glória in excélsis, **si ante Adventum celebratur.**

Collecta

Maiestátem tuam, Dómine, suppliciter exorámus, ut, sicut Ecclésiæ tuæ beátus Andréas apóstolus éxstitit prædicátor et rector, ita apud te sit pro nobis perpétuus intercéssor. Per Dóminum.

Responsorium

Ps 44, 17-18

**R/.** Constítues eos príncipes super omnem terram: mémores erunt nóminis tui, Dómine.

**V/.** Pro pátribus tuis nati sunt tibi fílii: proptérea pópuli confitebúntur tibi.

Alleluia

Mt 11, 28

Allelúia. **V/.** Veníte ad me omnes, qui laborátis, et oneráti estis, et ego refíciam vos.  
 Allelúia.

**Dicitur** Credo.**Ant. ad offertorium**

Ps 138, 17

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui, Deus; nimis confortátus est principátus eórum.

**Super oblata**

Concéde nobis, omnípotens Deus, ut his munéribus, quæ in beáti Andréæ festivitáte deférimus, et tibi placeámus exhibitis, et vivificémur accéptis. Per Christum.

**Præfatio de Apostolis, p. 261.****Ant. ad communionem**

Io 1, 41-42

Dicit Andréas Simóni fratri suo: Invénimus Messíam, qui dícitur Christus, et addúxit eum ad Iesum.

**Post communionem**

Róboret nos, Dómine, sacraménti tui commúnio, ut, exémplo beáti Andréæ apóstoli, Christi mortificatióem feréntes, cum ipso vívere mereámur in glória. Qui tecum.

## DECEMBER

### Die 3 decembris

#### S. Francisci Xavier, presbyteri

##### Memoria

De Communi pastorum, Missa C, p. 429.

##### Collecta

Deus, qui beāti Francisci prædicatione multos tibi pópulos acquisisti, da, ut fidélium ánimi eódem fidei zelo férveant, et ubérrima ubíque prole Ecclésia sancta lætétur. Per Dóminum.

##### Super oblata

Súscipe, Dómine, múnera, quæ tibi in beāti Francisci commemoratióne deférimus, et præsta, ut, sicut ille desidério salutis hóminum ad terras longínquas est progréssus, ita et nos, testimónium Evangélio effícaciter perhibéntes, ad te cum frátribus properáre festinémus. Per Christum.

##### Post communionem

Mystéria tua, Deus, eum in nobis accéndant caritátis ardórem, quo beátus Franciscus pro animárum salute flagrávit, ut, vocatióne nostra dígnius ambulántes, promíssum bonis operáriis præmium cum eo consequámur. Per Dóminum.

### Die 6 decembris

#### S. Nicolai, episcopi

##### Memoria ad libitum

De Communi pastorum, Missa A, p. 428.

##### Collecta

Misericórdiam tuam, Dómine, súpplices implorámus, et, beāti Nicolái epíscopi interveniénte suffrágio, nos in ómnibus custódi perículis, ut via salutis nobis páteat expedita. Per Dóminum.

##### Super oblata

Sanctífica, quæsumus, Dómine, oblata múnera, quæ in festivitáte beāti Nicolái offerúntur, ut per ea vita nostra inter advérsa et próspéra ubíque dirigátur. Per Christum.

##### Post communionem

Sacrificia quæ súmpsimus, Dómine, pro festivitáte beāti Nicolái, et animárum nobis medélam cónferant, et sempitérna nos protectiÓne confírment. Per Dóminum.

**Die 7 decembris**

S. AMBROSII, EPISCOPI ET ECCLESIAE DOCTORIS

**Festum 3 lectionum****De Communi doctorum, Missa A, p. 432.****Collecta**

Deus, qui beátum Ambrósium episcopum cathólicæ fidei doctórem et apostólicæ fortitúdinis exémplum effecísti, éxcita in Ecclésia tua viros secúndum cor tuum, qui eam fórtiter et sapiénter gubérnent. Per Dóminum.

**Super oblata**

Illa nos, quæsumus, Dómine, divína tractántes, Spíritus Sanctus fidei luce perfúndat, qua beátum Ambrósium ad glóriæ tuæ propagatiónem iúgiter collustrávit. Per Christum.

**Post communionem**

Huius sacraménti, Dómine, virtúte roborátos, fac nos beáti Ambrósii documéntis ita proficere, ut, viríliter per tuas sémitas festinántes, ad æténi suavitátem convívii præparémur. Per Dóminum.

**Die 8 decembris**

IN CONCEPTIONE IMMACULATA BEATÆ VIRGINIS  
MARIÆ

**Sollemnitatis****Introitus****Is 61, 10**

**G**AUDENS gaudébo in Dómino, et exultábit ánima mea in Deo meo: quia índuit me vestiméntis salutis, et induménto iustítiæ circúmdedit me, quasi sponsam ornátam monílibus suis.

**Ps 29, 2:** Exaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me, nec delectásti inimícos meos super me.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui per immaculátam Vírginis Conceptiόnem dignum Fílio tuo habitáculum præparásti, quæsumus, ut, qui ex morte eiúsdem Fílii tui prævísa, eam ab omni labe præservásti, nos quoque mundos, eius intercessióne, ad te perveníre concédas. Per Dóminum.

**Responsorium****Cf. Idt 13, 18; 15, 9**

**R/.** Benedícta es tu, Virgo María, a Dómino Deo excélso præ ómnibus muliéribus super terram.

**V/.** Tu glória Ierúsalem, tu lætítia Israel, tu honorificéntia pópuli nostri.

**Alleluia**

Cf. Cant 4, 7

Allelúia. **V/** . Tota pulchra es, María, et mácula originális non est in te. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

Lc 1, 28.42

Ave, María, grátia plena, Dóminus tecum; benedícta tu in muliéribus. Allelúia.

**Super oblata**

Salutárem hóstiam, quam in sollemnitate immaculátæ Conceptionis beátæ Vírginis Maríæ tibi, Dómine, offérimus, súscipe et præsta, ut, sicut illam tua grátia præveniéntem ab omni labe immúnem profitémur, ita, eius intercessióne, a culpis ómnibus liberémur. Per Christum.

**Præfatio I de beata Virgine Maria** (Et te in Conceptione Immaculata), p. 256, vel II, p. 257, vel III, p. 258.

**Ant. ad communionem**

Cf. Ps 86, 3; Lc 1, 49

Gloriósá dicta sunt de te, María: quia fecit tibi magna qui potens est.

**Post communionem**

Sacraménta quæ súmpsimus, Dómine Deus noster, illíus in nobis culpæ vúlnera réparent, a qua immaculátam beátæ Maríæ Conceptionem singuláriter præservásti. Per Dóminum.

**Die 9 decembris****S. Ioannis Didaci Cuauhtlatoatzin****Memoria**

**De Communi Sanctorum, Missa B, p. 444.**

**Collecta**

Deus, qui per beátum Ioánnem Dídacum, sanctíssimæ Vírginis Maríæ dilectiónem erga pópulum tuum ostendísti, eius nobis intercessióne concéde, ut, Matris nostræ mónitis Guadalúpæ datis obsequéntes, voluntátem tuam iúgiter adimplére valeámus. Per Dóminum.

**Super oblata**

Pláceant, Dómine Deus, oblatiónes in celebratióne beáti Ioánnis Dídaci tibi delátæ, et præsta, ut sacrosáncta mystéria, in quibus omnis sanctitátis fontem constituísti, nos quoque in veritate sanctíficent. Per Christum.

**Post communionem**

Sacraménta quæ súmpsimus, Dómine, in commemoratióne beáti Ioánnis Dídaci mentes et corda nostra sanctíficent, ut divínæ consórtis natúre éffici mereámur. Per Dóminum.

**Die 13 decembris**  
**S. Luciae, virginis et martyris**

**Memoria**

**De Communi martyrum, Missa F, p. 426.**

**Collecta**

Intercéssio nos, quæsumus, Dómine, sanctæ Lúciæ vírginis et mártiris gloriósa confóveat, ut eius natalícia et temporáliter frequentémus, et conspiciámus æténa. Per Dóminum.

**Super oblata**

Obláta múnera, quæsumus, Dómine, tua benedictióne sanctífica, quæ, te donánte, nos illa flamma tuæ dilectiónis accéndat, per quam sancta Lúcia torménta sui córporis univérsa devícit. Per Christum.

**Post communionem**

Divíni múneris participatióne refécti, quæsumus, Dómine Deus noster, ut, exémplo beátæ Lúciæ, mortificatióne Iesu in cópore nostro circumferéntes, tibi soli adhærere studeámus. Per Dóminum.

**Die 14 decembris**

**S. IOANNIS A CRUCE, PRESBYTERI ET ECCLESIAE DOCTORIS**

**Festum 3 lectionum**

**De Communi doctorum, Missa C, p. 433.**

**Collecta**

Deus, qui beátum Ioánnem presbýterum perféctæ sui abnegatiónis et crucis amatórem exímium effecísti, concéde ut, eius imitatióni iúgiter inhæréntes, ad contemplatióne glóriæ tuæ perveniámus æténam. Per Dóminum.

**Super oblata**

Réspice quas offérimus hóstias, omnípotens Deus, in commemoratióne beáti Ioánnis, et præsta, ut, qui domínicæ passiónis mystéria celebrámus, imitémur quod ágimus. Per Christum.

**Post communionem**

Deus, qui crucis mystérium in beáto Ioáanne mirabíliter illustrásti, concéde propítius, ut, ex hoc sacrificio roboráti, Christo fidéles hæreámus, et in Ecclésia ad salútem ónnum operémur. Per Dóminum.

**Die 26 decembris**  
**S. STEPHANI, PROTOMARTYRIS**

**Sollemnitas**

**Introitus**

Ps 118, 23.86

**E**TENIM sedérunt príncipes et advérsum me loquebántur, et iníqui persecúti sunt me: ádiuva me, Dómine Deus meus, quia servus tuus exercebátur in tuis iustificatióibus.

**Ps 118, 1:** Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Da nobis, Dómine, quæsumus, imitári quod cólimus, ut discámus et inimícos dilígere, quia eius natalícia celebrámus, qui novit étiam pro persecutóribus exoráre Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum. Qui tecum.

**Responsorium**

Ps 118, 23.86; 6, 5

**R/.** Sedérunt príncipes, et advérsum me loquebántur, et iníqui persecúti sunt me.

**V/.** Ádiuva me, Dómine Deus meus: salvum me fac propter misericórdiam tuam.

**Alleluia**

Cf. Act 7, 56

Allelúia. **V/.** Vídeo cælos apértos, et Iesum stantem a dextris virtútis Dei. Allelúia.

**Non dicitur** Credo, nisi sit dominica.

**Ant. ad offertorium**

Ps 20, 4-5

Posuísti, Dómine, in cápite eius corónam de lápide pretióso; vitam pétiit a te, et tribuísti ei.

**Super oblata**

Múnera, quæsumus, Dómine, tibi sint hodiérnæ devotiónis accépta, quæ beáti Stéphaní mártiris commemorátio gloriósa deprómit. Per Christum.

**Præfatio de Nativitate, p. 236.**

**Ant. ad communionem**

Cf. Act 7, 56.59.60

Vídeo cælos apértos, et Iesum stantem a dextris virtútis Dei: Dómine Iesu, áccipe spíritum meum, et ne státuas illis hoc peccátum.

**Post communionem**

Grátias ágimus, Dómine, multiplicátis circa nos miseratióibus tuis, qui et Fílii tui nativátate nos salvas, et beáti mártiris Stéphaní celebratióne lætíficas. Per Dóminum.

**Die 27 decembris****S. IOANNIS, APOSTOLI ET EVANGELISTÆ****Festum 12 lectionum****Introitus****Sir 15, 5**

**I**N médio Ecclésiæ aperuit os eius, et implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ et intelléctus: stola glóriæ induit eum.

**Ps 91, 2:** Bonum est confitéri Dómino, et psállere nómini tuo, Altíssime.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui per beátum apóstolum Ioánnem Verbi tui nobis arcána reserásti, præsta, quæsumus, ut, quod ille nostris áuribus excellénter infúdit, intellegéntiæ competéntis eruditióné capiámus. Per Dóminum.

**Responsorium****Io 21, 23**

**R/.** Exiit sermo inter fratres quod discípulus ille non móritur.

**V/.** Et non dixit Iesus, Non móritur: sed, Si eum volo manére donec véniam.

**Alleluia****Io 21, 24**

Allelúia. **V/.** Hic est discípulus ille qui testimónium pérhibet de his, et scimus quia verum est testimónium eius. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium****Ps 91, 13**

Iustus ut palma florébit: sicut cedrus quæ in Líbano est multiplicábitur.

**Super oblata**

Múnera, quæsumus, Dómine, obláta sanctífica, et præsta, ut ex huius cenæ convívio ætéрни Verbi secréta hauriámus, quæ ex eódem fonte apóstolo tuo Ioánni revelásti. Per Christum.

**Præfatio de Nativitate, p. 236.**

**Ant. ad communionem****Io 21, 23**

Exiit sermo inter fratres quod discípulus ille non móritur; et non dixit Iesus, Non móritur, sed, Si eum volo manére donec véniam.

**Post communionem**

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut Verbum caro factum, quod beátus Ioánnes apóstolus prædicávit, per hoc mystérium quod celebrávimus hábitet semper in nobis. Qui tecum.

**Die 28 decembris**  
**SS. INNOCENTIUM, MARTYRUM**  
**Festum 12 lectionum**

**Introitus**

Ps 8, 3

**E**X ore infántium, Deus, et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos.

**Ps 8, 2:** Dómine, Dóminus noster, quam admirábile est nomen tuum in univérſa terra!

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, cuius hodiérna die præcónium Innocéntes mártýres non loquéndo sed moriéndo conféssi sunt, da, quásumus, ut fidem tuam, quam lingua nostra lóquitur, étiam móribus vita fateátur. Per Dóminum.

**Responsorium**

Ps 123, 7-8

**R/.** Anima nostra sicut passer erépta est de láqueo venántium.

**V/ .** Láqueus contrítus est, et nos liberáti sumus: adiutórium nostrum in nómine Dómini, qui fecit cælum et terram.

**Alleluia**

Ps 112, 1

Allelúia. **V/ .** Laudáte, púeri, Dóminum: laudáte nomen Dómini. Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Ps 123, 7

Anima nostra sicut passer erépta est de láqueo venántium: láqueus contrítus est, et nos liberáti sumus.

**Super oblata**

Adésto, Dómine, munéribus Innocéntium festivitáte sacrándis, et præsta, quásumus, ut eórum sinceritátem possímus imitári, quorum tibi dicátam venerámur infántiam. Per Christum.

**Præfatio de Nativitate, p. 236.**

**Ant. ad communionem**

Mt 2, 18

Vox in Rama audíta est, plorátus, et ululátus: Rachel plorans fílios suos, et nóluit consolári, quia non sunt.

**Post communionem**

Salvatiónis abundántiam tríbue, Dómine, fidélibus in eórum festivitáte tua sancta suméntibus, qui, Fílium tuum humána necdum voce profiténtes, cælésti sunt grátia pro eius nativitáte coronáti. Qui tecum.



COMMUNIA

In Missis de Communibus in quibus orationes non sunt, adhibentur orationes ex alia Missa de eodem Communi.

# COMMUNE DEDICATIONIS ECCLESIAE

## IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS

### Introitus

Cf. Gen 28, 17

**T**ERRIBILIS est locus iste: hic domus Dei est, et porta caeli, et vocabitur Aula Dei.

Ps 92, 1: Dóminus regnávít, decórem indútus est: indútus est Dóminus fortitúdinem, et praecínxit se.

**Dicitur** Glória in excélsis.

### In anniversario dedicationis ecclesiae Domus

#### Collecta

Deus, qui nobis per síngulos annos huius sancti templi tui consecratiónis réparas diem, exáudi preces pópuli tui, et praesta, ut fiat hic tibi semper purum servítium et nobis plena redéemptio. Per Dóminum.

### In anniversario dedicationis cathedralis ecclesiae

#### Collecta

Deus, qui Ecclésiám tuam sponsam vocáre dignátus es, da, ut plebs nómini tuo insérviens te tímeat, te díligat, te sequátur et ad caeléstia promíssa, te ducénte, pervéniat. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 83, 2-3.5

**R/.** Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum: concupíscit, et déficit ánima mea in átria Dómini.

**V/.** Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine: in saecula saeculórum laudábunt te.

### Alleluia

Ps 137, 2

Allelúia. **V/.** Adorábo ad Templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo. Allelúia.

### In Quadragesima, omisso Alleluia, dicitur tractus:

Ps 124, 1-2

Qui confídunt in Dómino sicut mons Sion: non commovébitur in aetérnum, qui hábitat in Ierúsalem.

**V/.** Montes in circúitu eius, et Dóminus in circúitu pópuli sui ex hoc nunc et usque in saeculum.

### Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:

#### Alleluia 1

Ps 137, 2

Allelúia. **V/.** Adorábo ad Templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

#### Alleluia 2 (ante Ascensionem)

Ps 117, 24

Allelúia. **V/.** Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

**Alleluia 2 (post Ascensionem)**

Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. *V/*. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum.  
Allelúia.

**Dicitur** Credo in festis 12 lectionum.

**Ant. ad offertorium**

1 Chr 29, 17-18

Dómine Deus, in simplicitáte cordis mei lætus óbtuli univérsa; et pópulum tuum qui repértus est, vidi cum ingénti gáudio; Deus Israel, custódi hanc voluntátem.

**In anniversario dedicationis ecclesiæ Domus****Super oblata**

Mémores diéi quo domum tuam, Dómine, glória dignátus es ac sanctitáte replére, nosmetípsos, quæsumus, fac hóstias tibi semper accéptas. Per Christum.

**In anniversario dedicationis cathedralis ecclesiæ****Super oblata**

Súscipe, quæsumus, Dómine, munus oblátum, et poscéntibus concéde, ut hic sacramentórum virtus et votórum obtineátur efféctus. Per Christum.

**Præfatio de Dedicatione ecclesiæ, p. 255.****Ant. ad communionem**

Mt 21, 13; 7, 8

Domus mea, domus oratiónis vocábitur, dicit Dóminus: in ea omnis qui petit áccipit, et qui quærit ínvenit, et pulsánti aperiétur.

**Post communionem**

Deus, qui nobis supérnam Ierúsalem per temporále Ecclésiæ tuæ signum adumbráre voluísti, da, quæsumus, ut, huius participatióne sacraménti, nos tuæ grátia templum effícias, et habitatiónem glóriæ tuæ íngredi concédas. Per Dóminum.

## COMMUNE APOSTOLORUM

## MISSA A

Introitus

Ps 138, 17

**M**IHI autem nimis honoráti sunt amíci tui, Deus; nimis confortátus est principátus eórum.

Ps 138, 1-2: Dómine, probásti me, et cognovísti me: tu cognovísti sessiónem meam, et resurrectiónem meam.

Responsorium

Ps 138, 17-18

R/. Nimis honoráti sunt amíci tui, Deus; nimis confortátus est principátus eórum.

V/. Dinumerábo eos, et super arénam multiplicabúntur.

Alleluia

Mt 11, 28

Allelúia. V/. Veníte ad me, omnes qui laborátis et oneráti estis, et ego refíciam vos.

Allelúia.

Dicitur Credo.

Ant. ad offertorium

Ps 18, 5

In omnem terram exívit sonus eórum, et in fines orbis terræ verba eórum.

Ant. ad communionem

Io 15, 16

Ego vos elégi de mundo, ut eátis, et fructum afferátis, et fructus vester máneat.

## MISSA B

Introitus

Ps 89, 1.2

**D**OMINE, refúgium factus es nobis a generatióne et progénie: a sáculo et in sáculum tu es.

Ps 89, 2: Priúsquam montes fierent, aut formarétur terra et orbis: a sáculo et in sáculum tu es Deus.

Responsorium

Ps 44, 17-18

R/. Constítues eos príncipes super omnem terram; mémores erunt nóminis tui, Dómine.

V/. Pro pátribus tuis nati sunt tibi fílii; proptérea pópuli confitebúntur tibi.

Alleluia

1 Cor 5, 8

Allelúia. V/. Epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis. Allelúia.

Dicitur Credo.

**Ant. ad offertorium**

Ps 17, 28.32

Pópulum húmilem salvum fácies, Dómine, et óculos superbórum humiliábis; quóniam quis Deus præter te, Dómine?

**Ant. ad communionem**

Cf. Mt 19, 28

Vos qui secúti estis me, sedébitis super sedes, iudicántes duódecim tribus Israel.

## MISSA C

### TEMPORE PASCHALI

**Introitus**

Cf. Is 48, 20

**V**OCES iucunditátis annuntiáte, et audiátur, allelúia: annuntiáte usque ad extrémum terræ: Liberávit Dóminus pópulum suum, allelúia, allelúia.

**Ps 65, 1-2:** Iubiláte Deo, omnis terra: psalmum dícite nómini eius, date glóriam laudi eius.

**Alleluia 1**

Ps 46, 2

Allelúia. **V/** . Omnes gentes, pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exsultatiónis.

**Alleluia 2 (ante Ascensionem)**

Ap 5, 12

Allelúia. **V/** . Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.

**Alleluia 2 (post Ascensionem)**

Ps 67, 18-19

Allelúia. **V/** . Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

**Dicitur** Credo.

**Ant. ad offertorium**

Ps 17, 14.16

Intónuit de cælo Dóminus, et Altíssimus dedit vocem suam; et apparuérunt fontes aquárum, allelúia.

**Ant. ad communionem**

Mt 28, 18-19

Data est mihi omnis potéstas in cælo et in terra, allelúia: eúntes docéte omnes gentes, baptizántes eos in Nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti, allelúia, allelúia.

## COMMUNE MARTYRUM

## MISSA A

## Introitus

Ps 118, 75.120

**C**OGNOVI, Dómine, quia æquitas iudícia tua, et in veritate tua humiliásti me:  
confíge timóre tuo carnes meas, a mandátis tuis tímui.

**Ps 118, 1:** Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini.

## Collecta

Lætíficet nos, quæsumus, Dómine, beatórum mártýrum tuórum **N. ET N.** gloriósa festívitás, quos, Unigéniti tui passiónem et resurrectiónem voce líbera confiténtes, pretiósus sánguinem gloriósa morte fúndere fecísti. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 27, 7.1

**R/.** In Deo sperávit cor meum, et adiútus sum: et reflóruit caro mea: et ex voluntáte mea confitébor illi.

**V/.** Ad te, Dómine, clamávi, Deus meus ne síleas: ne discédas a me.

## Alleluia

Ps 89, 1

Allelúia. **V/.** Dómine, refúgium factus es nobis a generatióne et progénie. Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ps 108, 30-31

Confitébor Dómino nimis in ore meo, et in médio multórum laudábo eum, qui ástitit ad dexteram páuperis, ut salvam fáciat a persecúentibus ánimam meam, allelúia.

## Super oblata

Súscipe, sancte Pater, múnera quæ in sanctórum mártýrum commemoratióne deférimus, et nobis fámulis tuis concéde, ut in confessiόne tui nóminis inveníri stábiles mereámur. Per Christum.

## Ant. ad communionem

Ps 118, 22.24

Aufer a me oppróbrium et contéptum, quia mandáta tua exquisívi, Dómine; nam et testimónia tua meditátiō mea est.

## Post communionem

Tua, Dómine, súmpsimus dona cæléstia de hodiérna festivitáte lætántes; præsta, quæsumus, ut, qui in hoc divíno convívio mortem Fílii tui annuntiámus, eiúsdem resurrectiόnis et glóriæ cum sanctis mártýribus partícipes esse mereámur. Per Dóminum.

## MISSA B

## Introitus

Ps 27, 8-9

**D**OMINUS fortitúdo plebis suæ, et protéctor salutárium Christi sui est: salvum fac pópulum tuum, Dómine, et bénedic hereditáti tuæ, et rege eos usque in sáeculum.

**Ps 27, 1:** Ad te, Dómine, clamábo, Deus meus, ne síleas a me: nequándo táceas a me, et assimilábor descendéntibus in lacum.

## Collecta

Deus, qui sánguinem mártýrum semen christianórum esse fecísti, concéde propítius, ut tuæ ager Ecclésiæ, beáti **N.** (vel beatórum **N.** et **N.**) cruóre rigátus, in amplam tibi messem iúgiter fecundétur. Per Dóminum.

**Responsorium Phil 2, 8-9 R/.** Christus factus est pro nobis obcédians usque ad mortem, mortem autem crucis.

**V/.** Propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi nomen quod est super omne nomen.

## Alleluia

Ps 99, 2

Allelúia. **V/.** Iubiláte Deo, omnis terra: servíte Dómino in lætítia. Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ps 91, 13

Iustus ut palma florébit, sicut cedrus quæ in Líbano est multiplicábitur.

## Super oblata

Grata tibi sit, Dómine, nostræ devotiónis oblátio, qui beátum **N.** (vel beátos **N.** et **N.**), fruméntum Christi, per martýrii passióem panem mundum suscepísti. Per Christum.

## Ant. ad communionem

Io 12, 26

Qui mihi minístrat, me sequátur: et ubi ego sum, illic et miníster meus erit.

## Post communionem

Cæléstibus, Dómine, pasti delíciis, súplices te rogámus, ut, exémplo beáti **N.** (vel beatórum **N.** et **N.**), caritátis et passiónis Fílii tui in méntibus nostris signa ferámus, et perpétuæ pacis fructu iúgiter perfruámur. Per Dóminum.

## MISSA C

## Introitus

Ps 63, 11

**L**ÆTABITUR iustus in Dómino, et sperábit in eo, et laudabúntur omnes recti corde. **Ps 63, 2:** Exáudi, Deus, oratióem meam cum déprecor: a timóre inimíci éripe ánimam meam.



**Collecta**

Omnípotens sempitérne Deus, qui sanctis **N.** et **N.** pro Christo pati donásti, nostræ quoque fragilitáti divínium præténde subsidiúm, ut sicut illi pro te mori non dubitárunť, ita nos fortes in tua confessióne vívere valeámus. Per Dóminum.

**Responsorium**

Ps 20, 4.3

**R/.** Posuísti, Dómine, super caput eius corónam de lápide pretiósó.

**V/.** Desidérium ánimæ eius tribuísti ei, et voluntáte labiórum eius non fraudásti eum.

**Alleluia**

Ps 111, 1

Allelúia. **V/.** Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis. Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Ps 8, 6-7

Glória et honóre coronásti eum, et constituísti eum super ópera mánuum tuárum, Dómine.

**Super oblata**

Hæc hóstia, Dómine, quam in beatórum **N.** et **N.** triúmpho deférimus, corda nostra tui amóris igne iúgiter inflámmet, et ad promíssa perseverántibus præmia dispónat. Per Christum.

**Ant. ad communionem**

Mt 16, 24

Qui vult veníre post me, ábneget semetípsum, et tollat crucem suam, et sequáťur me.

**Post communionem**

Beatórum mártýrum **N.** et **N.** cæléstem victóriam divíno convívio celebrántes, te, Dómine, depóscimus, ut panem vitæ hic edéntes des víncere, et víncétes des édere de ligno vitæ in paradíso. Per Dóminum.

**MISSA D****Introitus**

Ps 67, 4

**I**USTI epuléntur, et exsúltent in conspéctu Dei, et delecténtur in lætítia.

Ps 67, 29 : Manda Deus virtúti tuæ: confírma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.

**Responsorium**

Ps 149, 5.1

**R/.** Exsultábunt Sancti in glória, lætabúntur in cubílibus suis.

**V/.** Cantáte Dómino cánticum novum; laus eius in Ecclésia Sanctórum.

**Alleluia**

Sap 3, 8

Allelúia. **V/.** Iudicábunt Sancti natiónes, et dominabúntur pópulis; et regnábit Dóminus illórum in perpétuum. Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Ps 31, 11

Lætámini in Dómino et exsultáte, iusti, et gloriámini, omnes recti corde.

**Ant. ad communionem**

Ps 32, 1

Gaudéte, iusti, in Dómino; rectos decet collaudátio.

**MISSA E**

**TEMPORE PASCHALI**

**Introitus**

Ps 63, 3

ROTEXISTI me, Deus, a convéntu malignántium, allelúia: a multitudíne

**P**operántium iniquitátem, allelúia, allelúia.

**Ps 63, 2:** Exáudi, Deus, oratióne meam cum déprecor: a timóre inimíci éripe ánimam meam.

**Alleluia 1**

Ps 88, 6

Allelúia. **V/** . Confitebúntur cæli mirabília tua, Dómine, et veritátem tuam in Ecclésia Sanctórum.

**Alleluia 2 (ante Ascensionem)**

Ap 5, 12

Allelúia. **V/** . Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.

**Alleluia 2 (post Ascensionem)**

Ps 67, 18-19

Allelúia. **V/** . Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Ps 88, 6

Confitebúntur cæli mirabília tua Dómine, et veritátem tuam in Ecclésia Sanctórum, allelúia, allelúia.

**Ant. ad communionem**

Ps 63, 11

Lætábitur iustus in Dómino, et sperábit in eo, et laudabúntur omnes recti corde, allelúia, allelúia.

**MISSA F**

**PRO VIRGINE MARTYRE**

**Introitus**

Ps 118, 95-96

**M**E exspectavérunt peccatóres ut pérderent me: testimónia tua, Dómine, intelléxi; omnis consummationis vidi finem: latum mandátum tuum nimis.

**Ps 118, 1:** Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómini.

**(In festo S. Agathæ)**

Gaudeámus omnes in Dómino, diem festum celebrántes sub honóre beátæ Agathæ Mártiris, de cuius passióne gaudent Angeli, et colláudant Fílium Dei.

**Ps 47, 2-3:** Magnus Dóminus, et laudábilis valde in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.

### Collecta

Exáudi, quæsumus, Dómine, preces nostras, ut, qui beátæ **N.** vírginis virtútem devóte recólimus, in tui amóre permanére et usque in finem semper créscere mereámur. Per Dóminum.

### Responsorium

Ps 45, 6.5

**R/.** Adiuvábit eam Deus vultu suo: Deus in médio eius, non commovébitur.

**V/.** Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

### Alleluia

Ps 30, 2-3

Allelúia. **V/.** In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: in tua iustítia líbera me, et éripe me: inclína ad me aurem tuam, accélera ut erípias me. Allelúia.

### Ant. ad offertorium

Ps 30, 15-16

In te sperávi, Dómine; dixi: Tu es Deus meus, in mánibus tuis témpora mea.

### Super oblata

Múnera, quæsumus, Dómine, quæ in celebritáte beátæ **N.** deférimus, ita grátiae tuæ efficiántur accépta, sicut eius tibi plácitum éxstitit passiónis certámen. Per Christum.

### Ant. ad communionem

Ps 83, 4-5

Passer ínvenit sibi domum, et turtur nidum, ubi repónat pullos suos: altária tua, Dómine virtútum, Rex meus, et Deus meus: beáti qui hábitant in domo tua, in sáeculum sáeculi laudábunt te.

### Post communionem

Deus, qui beátam **N.** pro gémina virginitátis et martýrii victória inter Sanctos coronásti, da, quæsumus, per huius virtútem sacraménti, ut, omne malum fórtiter superántes, cæléstem glóriam consequámur. Per Dóminum.

## COMMUNE PASTORUM

### MISSA A

Hæc Missa magis idonea est pro Papa vel Episcopo.

#### Introitus

Cf. Sir 45, 30

**S**TATUIT ei Dóminus testaméntum pacis; et princípem fecit eum, ut sit illi sacerdótii dígnitas in ætérnum.

**Ps 88, 2:** Misericórdias Dómini: in ætérnum cantábo.

#### Collecta

Deus, qui Ecclésiæ tuæ in beáto **N.** boni pastóris exéplum providére dignátus es, concéde propítius, ut, eius intercessióne, in loco páscuæ tuæ perpétuo collocári mereámur. Per Dóminum.

#### Responsorium

Ps 109, 4.1

**R/.** Iurávit Dóminus, et non pænitébit eum: Tu es Sacérdos in ætérnum, secúndum órđinem Melchisedech.

**V/.** Dixit Dóminus Dómino meo: Sede a dextris meis.

#### Alleluia

Ps 88, 21

Allelúia. **V/.** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Allelúia.

#### Ant. ad offertorium

Ps 88, 25

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso, et in nómine meo exaltábitur cornu eius.

#### Super oblata

Propitiáre, Dómine, supplicatióibus nostris, et nos ab omni culpa líberos esse concéde, ut, purificánte grátia tua, iisdem quibus famulámur mystériis emundémur. Per Christum.

#### Ant. ad communionem

Mt 25, 20.21

Dómine, quinque talénta tradidísti mihi: ecce ália quinque superlucrátus sum. Euge, serve bone et fidélis, quia super pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, intra in gáudium Dómini tui.

#### Post communionem

Refectióne sacra enutrítos, fac nos, omnípotens Deus, exépla beáti **N.** iúgiter sequétes, te pérpeti devotióne cólere, et indeféssa ómnibus caritáte profícere. Per Dóminum.

## MISSA B

## Introitus

Cf. Is 30, 30

**P**OPULUS Sion, ecce Dóminus véniet ad salvándas gentes: et audítam fáciat Dóminus glóriam vocis suæ, in lætítia cordis vestri.

**Ps 79, 2:** Qui regis Israel, inténde: qui dedúcis velut ovem Ioseph.

## Collecta

Réspice, Dómine, famíliam tuam, quam beátus **N.** (epíscopus) génuít verbo veritátis, et vitæ áluit sacraménto, ut, quos grátia tua fecit illíus ministéριο fidéles, fáciat eiúsdem précibus in caritáte fervéntes. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 106, 20-21

**R/.** Misit Dóminus verbum suum, et sanávit eos: et erípuit eos de intéritu eórum.

**V/.** Confiteántur Dómino misericórdiæ eius, et mirabília eius fíliis hóminum.

## Alleluia

Ps 110, 9

Allelúia. **V/.** Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ps 16, 5-7

Pérfice gressus meos in sémitis tuis, ut non moveántur vestígia mea; inclína aurem tuam, et exáudi verba mea; mirífica misericórdias tuas, qui salvos facis sperántes in te, Dómine.

## Super oblata

Deus, qui beáto **N.** divína celebránti mystéria tribuísti quod tractábat imitári, concéde, ut, huius sacrificií virtúte, ipsi quoque in oblatiónem tibi acceptábilem transeámus. Per Christum.

## Ant. ad communionem

Ps 22, 1-2

Dóminus regit me, et nihil mihi déerit; in loco páscuæ ibi me collocávit; super aquam refectiónis educávit me.

## Post communionem

Mystéria tua, Deus, eum in nobis accéndant caritátis ardórem, quo beátus **N.** pro animárum salúte flagrávit, ut, vocatióne nostra dígnius ambulántes, promíssum bonis operáriis præmíum cum eo consequámur. Per Dóminum.

## MISSA C

## Introitus

**S**ALUS pópuli ego sum, dicit Dóminus: de quacúmque tribulatióne clamáverint ad me, exáudiam eos: et ero illórum Dóminus in perpétuum.

**Ps 77, 1:** Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei.

**Collecta**

Omnípotens sempitérne Deus, qui huius diéi lætítiam in beáti **N.** glorificatióne consecrásti, concéde propítius, ut fidem illam, quam inexplébili stúdio semper assérui, iúgiter retinére et ópere complére studéamus. Per Dóminum.

**Responsorium**

Ps 44, 8

**R/.** Dilexísti iustítiam, et odísti iniquitátem.

**V/.** Proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ.

**Alleluia**

Ps 104, 1

Allelúia. **V/.** Confitémini Dómino, et invocáte nomen eius: annuntiáte inter gentes ópera eius. Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Dn 3, 40

Sicut in holocáustis aríetum et taurórum, et sicut in mílibus agnórum pínguim, sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi; quia non est confúsió confidéntibus in te, Dómine.

**Super oblata**

Réspice quas offérimus hóstias, omnípotens Deus, in beáti **N.** festivitáte, et præsta, ut, qui domínicæ passiónis mystéria celebrámus, imitémur quod ágimus. Per Christum.

**Ant. ad communionem**

Io 6, 51

Panis quem ego dédero caro mea est, pro sáeculi vita.

**Post communionem**

Sacraménta quæ sumpsimus, Dómine Deus noster, illam nobis fidem innútriant, quam et apostólica dócuit prædicátió, et beáti **N.** sollicitúdo custodívit. Per Dóminum.

**MISSA D****Introitus**

Ps 83, 10-11

**P**ROTECTOR noster aspice, Deus, et respice in faciém Christi tui: quia mélior est dies una in átriis tuis super mília.

**Ps 83, 2-3:** Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum! Concupíscit et déficit ánima mea in átria Dómini.

**Responsorium**

Cf. Ps 83, 10.9

**R/.** Protéctor noster aspice, Deus, et respice super servos tuos.

**V/.** Dómine Deus virtútum, exáudi preces servórum tuórum.

**Alleluia**

Ps 84, 8

Allelúia. **V/.** Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis. Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Cf. Ex 24, 4-5

Sanctificávit Móyses altáre Dómino, ófferens super illud holocáusta; et ímmolans víctimas, fecit sacrificium vespertinum in odórem suavitátis Dómino Deo in conspéctu filiórum Israel.

**Ant. ad communionem**

Cf. Ps 50, 21

Acceptábis sacrificium iustítiæ, oblatiónes, et holocáusta super altáre tuum, Dómine.

**MISSA E****TEMPORE PASCHALI****Introitus**

Ps 67, 8-9

**D**EUS, dum egredereris coram pópulo tuo, allelúia, iter fáciens eis, hábitans in illis, allelúia; terra mota est, cæli distillaverunt, allelúia, allelúia.

**Ps 67, 2:** Exsúrgat Deus et dissipéntur inimíci eius: et fúgiant qui odérunt eum, a fácie eius.

**Alleluia 1**

Ps 110, 9

Allelúia. **V/** . Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo.

**Alleluia 2 (ante Ascensionem)**

1 Cor 5, 8

Allelúia. **V/** . Epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis. Allelúia.

**Alleluia 2 (post Ascensionem)**

Ps 67, 18-19

Allelúia. **V/** . Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Ps 16, 5-7

Pérfice gressus meos in sémitis tuis, ut non moveántur vestígia mea; inclína aurem tuam, et exáudi verba mea; mirífica misericórdias tuas, qui salvos facis sperántes in te, Dómine, allelúia.

**Ant. ad communionem**

Io 10, 14

Ego sum pastor bonus, allelúia: et cognóscó oves meas, et cognóscunt me meæ, allelúia, allelúia.

## COMMUNE DOCTORUM

## MISSA A

Hæc Missa magis idonea est pro Papa vel Episcopo.

## Introitus

Sir 15, 5

**I**N médio Ecclésiæ aperuit os eius, et implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ et intelléctus; stola glóriæ induit eum.

**Ps 91, 2:** Bonum est confitéri Dómino, et psállere nómini tuo, Altíssime.

## Collecta

Omnípotens ætérne Deus, qui beátum **N.** (episcopum) Ecclésiæ tuæ doctórem dedísti, præsta, ut, quod ille divíno afflátus Spíritu dócuit, nostris iúgiter stabiliátur in córdibus, et quem patrónum, te donánte, ampléctimur, eum apud tuam misericórdiam defensórem habeámus. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 33, 12.6

**R/.** Veníte, filii, audíte me: timórem Dómini docébo vos.

**V/.** Accédite ad eum, et illuminámini: et fácies vestræ non confundéntur.

## Alleluia

Ps 88, 6

Allelúia. **V/.** Confitebúntur cæli mirabília tua, Dómine, et veritátem tuam in Ecclésia Sanctórum. Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ps 118, 12-13

Benedíctus es, Dómine, doce me iustificatiónes tuas; benedíctus es, Dómine, doce me iustificatiónes tuas; in lábiis meis pronuntiávi ómnia iudícia oris tui.

## Super oblata

Sacrificium tibi pláceat, Deus, in festivitáte beáti **N.** libénte exhibítum, quo monénte, nos étiam totos tibi réddimus collaudántes. Per Christum.

## Ant. ad communionem

Cf. Io 7, 37.38-39

Ultimo festivitátis die dicébat Iesus: Qui in me credit, flúmina de ventre eius fluent aquæ vivæ: hoc autem dixit de Spíritu, quem acceptúri erant credéntes in eum.

## Post communionem

Quos Christo réficus pane vivo, eósdem édoce, Dómine, Christo magístro, ut in festivitáte beáti **N.** tuam discant veritátem, et eam in caritáte operéntur. Per Dóminum.



## MISSA B

## Introitus

Cf. Is 55, 1

**S**ITIENTES, veníte ad aquas, dicit Dóminus: et qui non habétis prétium, veníte et bíbite cum lætítia.

**Ps 77, 1:** Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei.

## Collecta

Dómine Deus, qui beátum **N.** cælésti doctrína imbúere dignátus es, da nobis, ipsíus intervéntu, eándem doctrínam fidéliter custodíre et móribus profitéri. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 24, 3-4

**R/.** Univérsi qui te expéctant non confundéntur, Dómine.

**V/.** Vias tuas, Dómine, notas fac mihi, et sémitas tuas édoce me.

## Alleluia

Sap 7, 26

Allelúia. **V/.** Candor est lucis æternæ, spéculum sine mácula, et imágo bonitátis illíus. Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ps 39, 2-4

Exspéctans expectávi Dóminum, et respéxit me, et exaudívit deprecationem meam, et immísit in os meum cánticum novum, hymnum Deo nostro.

## Super oblata

Illa nos, quæsumus, Dómine, divína tractántes, Spíritus Sanctus fidei luce perfúndat, qua beátum **N.** ad glóriæ tuæ propagatióem iúgiter collustrávit. Per Christum.

## Ant. ad communionem

Cf. Sap 16, 20

Panem de cælo dedísti nobis, Dómine, habéntem omne delectaméntum et omnem sapórem suavitátis.

## Post communionem

Cælésti alimónia refécti, súpplíces te, Dómine, deprecámur, ut, beáti **N.** mónitis obsequéntes, de accéptis donis semper in gratiárum actióne maneámus. Per Dóminum.

## MISSA C

## Introitus

Ps 118, 137.124

**I**USTUS es, Dómine, et rectum iudícium tuum: fac cum servo tuo secúndum misericórdiam tuam.

**Ps 118, 1:** Beáti immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dómini.

**Responsorium**

Eph 3, 17-19

**R/.** Det vobis Pater Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in caritate radicati et fundati: ut possitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quae sit latitudo et longitudo, et sublimitas et profundum.

**V/.** Scire etiam supereminentem scientiae caritatem Christi: ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.

**Alleluia**

Ps 92, 1

Alleluia. **V/.** Dominus regnavit, decorem induit: induit Dominus fortitudinem, et praecinxit se virtute. Alleluia.

**Ant. ad offertorium**

Ps 118, 47-48

Meditabor in mandatis tuis quae dilexi valde; et levabo manus meas ad mandata tua quae dilexi.

**Ant. ad communionem**

Ps 15, 11

Notas mihi fecisti vias vitae: adimpleris me laetitia cum vultu tuo, Domine.

**MISSA D****Introitus**

Ps 36, 30-31

**O**s iusti meditabitur sapientiam, et lingua eius loquetur iudicium; lex Dei eius in corde ipsius.

**Ps 36, 34:** Exspecta Dominum et custodi viam eius: et exaltabit te ut hereditate capias terram.

**Responsorium**

Ps 36, 30-31

**R/.** Os iusti meditabitur sapientiam, et lingua eius loquetur iudicium.

**V/.** Lex Dei eius in corde ipsius, et non supplantabuntur gressus eius.

**Alleluia**

Ps 111, 1

Alleluia. **V/.** Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. Alleluia.

**Ant. ad offertorium**

Ps 88, 25

Veritas mea et misericordia mea cum ipso, et in nomine meo exaltabitur cornu eius.

**Ant. ad communionem**

Ps 1, 2-3

Qui meditabitur in lege Domini die ac nocte, dabit fructum suum in tempore suo.

## MISSA E

## TEMPORE PASCHALI

## Introitus

Sap 10, 20-21

**V**ICTRICEM manum tuam, Dómine, laudavérunt páriter, allelúia: quia sapiéntia apéruit os mutum, et linguas infántium fecit disértas, allelúia, allelúia.

**Ps 97, 1:** Cantáte Dómino cánticum novum: quia mirabília fecit.

## Alleluia 1

Ps 111, 1

Allelúia. **V/** . Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

## Alleluia 2 (ante Ascensionem)

Ps 117, 24

Allelúia. **V/** . Hæc dies quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

## Alleluia 2 (post Ascensionem)

Ps 67, 18-19

Allelúia. **V/** . Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ps 88, 25

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso, et in nómine meo exaltábitur cornu eius, allelúia.

## Ant. ad communionem

Io 3, 8

Spíritus ubi vult spirat, et vocem eius audis, allelúia; sed nescis unde véniat, aut quo vadat, allelúia, allelúia, allelúia.

## COMMUNE MONACHORUM

## MISSA A

## Introitus

Ps 17, 19-20

**F**ACTUS est Dóminus protéctor meus, et edúxit me in latitúdinem: salvum me fecit, quóniam vóluit me.

**Ps 17, 2-3:** Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus.

## Collecta

Deus, qui fámulum tuum beátum **N.** ad Christi sequélam benígnus vocásti, eius, quáesumus, intercessióne, concéde, ut, nosmetípsos abnegántes, tibi toto corde adhærére valeámus. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 23, 7.3-4

**R/.** Tóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ æternáles, et introíbit Rex Glóriæ.

**V/.** Quis ascéndet in montem Dómini, aut quis stabit in loco sancto eius? ínnocens mánibus et mundo corde.

## Alleluia

Ps 17, 2-3

Allelúia. **V/.** Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum. Allelúia.

## Ant. ad offertorium

1 Chr 29, 17-18

Dómine Deus, in simplicitáte cordis mei lætus óbtuli univérssa; et pópulum tuum qui repértus est, vidi cum ingénti gáudio; Deus Israel, custódi hanc voluntátem.

## Super oblata

Súscipe, Dómine, quáesumus, hóstias pro salúte tuæ plebis oblátas, quibus nos, intercedénte beáto **N.**, et peccánda illécebras fúgere valeámus et cæléstibus propinquáre consórtiis. Per Christum.

## Ant. ad communionem

Mt 6, 33

Primum quærite regnum Dei, et ómnia adiciéntur vobis, dicit Dóminus.

## Post communionem

Annue, quáesumus, Dómine, Deus noster, ut, beáti **N.** fulti præsidio, per hoc tuæ sapiéntiæ sacraméntum æqua moderatióne vivámus. Per Dóminum.

## MISSA B

## Introitus

Ps 26, 1.2

**D**OMINUS illuminatio mea, et salus mea, quem timébo? Dóminus defénsor vitæ meæ, a quo trepidábo? qui trébulant me inimíci mei, infirmáti sunt et cecidérunt.

**Ps 26, 3:** Si consístant advérsus me castra, non timébit cor meum.

## Collecta

Deus, cuius múnere beátus **N.**, Christum secútus, usque in finem perseverávit, da cunctis sémitam mandatórum tuórum ingrédissis, ut nec retro respiciéntes, nec in via hæréntes, ad te sine offensióne pervéniant. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 112, 5-7

**R/.** Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, et humília réspicit in cælo et in terra?

**V/.** Súscitans a terra ínopem, et de stércore érigens páuperem.

## Alleluia

Ps 58, 17

Allelúia. **V/.** Ego autem cantábo fortitúdinem tuam, et exaltábo mane misericórdiam tuam. Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ps 33, 8-9

Immíttet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum, et erípiet eos; gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus.

## Super oblata

Servórum tuórum, Dómine, múnera et vota benígnus assúme, et evangélica profiténtes consília tua caritáte confírma. Per Christum.

## Ant. ad communionem

Bar 5, 5; 4, 36

Ierúsalem, surge, et sta in excélsis: et vide iucunditátem quæ véniet tibi a Deo tuo.

## Post communionem

Divínis mystériis veneránte assumptis, te, Dómine, súpplíces deprecámur, ut fámulos tuos, sacra tibi oblatióne devíntos, Sancti Spíritus igne succéndas, et Fílio tuo perénni iungas consórtio. Qui tecum.

## MISSA C

## Introitus

Ps 122, 2-3

**S**ICUT óculi servórum in mánibus dominórum suórum, ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, donec misereátur nostri, miserére nobis, Dómine, miserére nobis.

**Ps 122, 1:** Ad te levávi óculos meos, qui hábitas in cælis.

**Collecta**

Deus, cuius múnere beátus **N.** Christum páuperem et húmitem perseverávit imitári, concéde nobis, ipso intercedénte, ut, in vocatióne nostra fidéliter ambulánte, ad eam perfectiõem, quam nobis in Fílio tuo proposuísti, perveníre valeámus. Per Dóminum.

**Responsorium**

Ps 144, 18.21

**R/.** Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum: ómnibus qui ínvocant eum in veritaté.

**V/.** Laudem Dómini loquétur os meum: et benedícat omnis caro nomen sanctum eius.

**Alleluia**

Ps 145, 1-2

Allelúia. **V/.** Lauda, ánima mea, Dóminum: laudábo Dóminum in vita mea: psallam Deo meo quámduo ero. Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Dn 9, 17-19

Orávi Deum meum ego Dániel, dicens: Exáudi, Dómine, preces servi tui; illúmina fáciem tuam super sanctuárium tuum; et propítius inténde pópulum istum, super quem invocátum est nomen tuum, Deus.

**Super oblata**

Clementíssime Deus, qui, vétere hómine consúmpto, novum secúndum te in beáto **N.** creáre dignátus es, concéde propítius, ut nos páriter renováti hanc placatióis hóstiam tibi acceptábilem offerámus. Per Christum.

**Ant. ad communionem**

Mt 21, 13; 7, 8

Domus mea, domus oratióis vocábitur, dicit Dóminus: in ea omnis qui petit, áccipit; et qui quærit, ínvenit; et pulsánti aperiétur.

**Post communionem**

Per huius virtútem sacraménti, quæsumus, Dómine, beáti **N.** exémplo, deduc nos iúgiter in tua dilectiõe, et opus bonum quod cœpísti in nobis pérfice usque in diem Christi Iesu. Qui tecum.

**MISSA D****Introitus**

Ps 67, 6-7.36

**D**EUS in loco sancto suo: Deus qui inhabitáre facit unánimes in domo, ipse dabit virtútem et fortitúdinem plebi suæ.

**Ps 67, 16a-17b:** Mons Dei, mons in quo beneplácitum est Deo habitáre in eo.

**Responsorium**

Ps 132, 1-2

**R/.** Ecce quam bonum, et quam iucúndum habitáre fratres in unum.

**V/.** Sicut unguéntum in cápite, quod descéndit in barbam, barbam Aaron.

## Alleluia

Ps 64, 2

Allelúia. **V/** . Te decet hymnus, Deus, in Sion: et tibi reddétur votum in Ierúsalem.  
Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ps 84, 7-8

Deus, tu convértens vivificábis nos, et plebs tua lætábitur in te; osténde nobis,  
Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis.

## Ant. ad communionem

Ps 33, 9

Gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus: beátus vir qui sperat in eo.

## MISSA E

## TEMPORE PASCHALI

## Introitus

Ps 26, 7-9

**E**XAUDI, Dómine, vocem meam, qua clamávi ad te, allelúia: tibi dixit cor meum:

Quæsívi vultum tuum: vultum tuum, Dómine, requíram: ne avértas fáciem tuam a me, allelúia, allelúia.

**Ps 26, 1a:** Dóminus illuminátio mea, et salus mea, quem timébo?

## Alleluia 1

Ps 107, 2

Allelúia. **V/** . Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: cantábo, et psallam tibi in glória mea.

## Alleluia 2 (ante Ascensionem)

Lc 24, 32

Allelúia. **V/** . Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

## Alleluia 2 (post Ascensionem)

Ps 67, 18-19

Allelúia. **V/** . Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ps 62, 2.5

Deus, Deus meus, ad te de luce vígilo; et in nómine tuo levábo manus meas, allelúia.

## Ant. ad communionem

Col 3, 1-2

Si consurrexístis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, allelúia, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sápite, allelúia.

## COMMUNE VIRGINUM

## MISSA A

## Introitus

Ps 30, 7-8

**E**GO autem in Dómino sperávi: exultábo, et lætabor in tua misericórdia: quia respexísti humilitátem meam.

**Ps 30, 2:** In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: in iustítia tua líbera me.

## Collecta

Deus, qui te in puris manére córdibus ásseris, da nobis, beátæ **N.** vírginis intercessióne, per grátiam tuam tales exsístere, in quibus habitáre dignéris. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 16, 8.2

**R/.** Custódi me, Dómine, ut pupíllam óculi: sub umbra alárum tuárum prótege me.

**V/.** De vultu tuo iudícium meum pródeat: óculi tui vídeant æquitátes.

## Alleluia

Ps 17, 2-3

Allelúia. **V/.** Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum. Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ps 108, 21

Dómine, fac mecum misericórdiam tuam propter nomen tuum, quia suávis est misericórdia tua.

## Super oblata

Súscipe, Dómine, obséquium humilitátis nostræ, quod tibi in commemoratióne beátæ **N.** vírginis exhibémus, et nos, per immaculátam hóstiam, da iúgiter in tuo conspéctu pio sanctóque amóre flagráre. Per Christum.

## Ant. ad communionem

Cf. Mt 13, 45-46

Símile est Regnum cælórum hómīni negotiátōri quærénti bonas margarítas; invénta una pretiósā margaríta, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

## Post communionem

Sumpta mystéria, quæsumus, Dómine, in hac festivitáte beátæ vírginis **N.**, íncitent nos iúgiter et illústrent, ut digne advéntum Fílii tui præstolémur, et ad supérnas eius núptias admittámur. Per Dóminum.

## MISSA B

## Introitus

Ps 104, 3-4

**L**ÆTETUR cor quæréntium Dóminum: quærite Dóminum, et confirmámini: quærite fáciem eius semper.



**Ps 104, 1:** Confitémini Dómino, et invocáte nomen eius: annuntiáte inter gentes ópera eius.

### Collecta

Dómine Deus, qui beátam **N.** vírginem cæléstibus donis cumulásti, tríbue, quæsumus, ut, eius virtútes æmulántes in terris, gáudiis cum ipsa perfruámur ætérnis. Per Dóminum.

### Responsorium

Cf. Ps 26, 4

**R/.** Unam pétii a Dómino, hanc requíram, ut inhábitem in domo Dómini.

**V/.** Ut vídeam voluptátem Dómini, et prótegar a templo sancto eius.

### Alleluia

Ps 137, 2

Allelúia. **V/.** Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo. Allelúia.

### Ant. ad offertorium

Ps 44, 3

Diffúsa est grátia in lábiis tuis, proptérea benedíxit te Deus in ætérnum, et in sáculum sáculi.

### Super oblata

Dicátæ, quæsumus, Dómine, capiámus oblatiónis efféctum, ut, beátæ **N.** exémplo, terrénæ vetustátis conversatióne mundáti, cæléstis vitæ proféctibus innovémur. Per Christum.

### Ant. ad communionem

Mt 25, 4.6

Quinque prudéntes vírgines accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus; média autem nocte clamor factus est: Ecce Sponsus venit, exíte óbviám Christo Dómino.

### Post communionem

Cælésti pane refécti, humíliter deprecámur cleméntiam tuam, Dómine, ut, qui de beátæ **N.** commemoratióne gaudémus, véniam delictórum, sospitátem córporum, gratiámque et glóriam ætérnam consequámur animárum. Per Dóminum.

## MISSA C

### Introitus

Cf. Ps 94, 6-7

**V**ENITE, adorémus Deum et procidámus ante Dóminum: plorémus ante eum qui fecit nos, quia ipse est Dóminus Deus noster.

**Ps 94, 2:** Præoccupémus fáciem eius in confessiόne: et in psalmis iubilémus ei.

### Responsorium

Ps 33, 2-3

**R/.** Benedícam Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo.

**V/.** In Dómino laudábitur ánima mea: áudiant mansuéti, et læténtur.

### Alleluia

Ps 94, 1

Allelúia. **V/.** Veníte, exsultémus Dómino; iubilémus Deo salutári nostro. Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Ps 134, 3-6

Laudáte Dóminum quia benígnus est; psállite nómini eius, quóniam suáve est: ómnia quaecúmque vóluit, fecit in cælo et in terra.

**Ant. ad communionem**

Ps 26, 4

Unam pétii a Dómino, hanc requíram, ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ.

**MISSA D****TEMPORE PASCHALI****Introitus**

Cf. Sir 15, 3-4

**A**QUA sapiéntiæ potávit eos, allelúia: firmábitur in illis, et non flectétur, allelúia: et exaltábit eos in ætérnum, allelúia, allelúia.

**Ps 117, 1:** Confitémيني Dómino quóniam bonus: quóniam in sæculum misericórdia eius.

**Alleluia 1**

Ps 94, 1

Allelúia. **V/** . Veníte, exultémus Dómino; iubilémus Deo salutári nostro.

**Alleluia 2 (ante Ascensionem)**

Ps 44, 5

Allelúia. **V/** . Propter veritátem et mansuetúdinem et iustítiam, et dedúcet te mirabíliter dextera tua. Allelúia.

**Alleluia 2 (post Ascensionem)**

Ps 67, 18-19

Allelúia. **V/** . Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Ps 134, 3.6

Laudáte Dóminum quia benígnus est; psállite nómini eius, quóniam suáve est: ómnia quaecúmque vóluit, fecit in cælo et in terra, allelúia.

**Ant. ad communionem**

Cf. Io 15, 26; 16, 14

Spíritus qui a Patre procédit, allelúia, ille me clarificábit, allelúia, allelúia.

## COMMUNE SANCTORUM ET SANCTARUM

## MISSA A

## Introitus

Cf. Ez 36, 23-26

**C**UM sanctificátus fúero in vobis, congregábo vos de univérsis terris: et effúndam super vos aquam mundam, et mundabímmini ab ómnibus inquinaméntis vestris: et dabo vobis spíritum novum.

**Ps 33, 2:** Benedícám Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo.

## Collecta

Deus, qui Ecclésiám tuam in dilectióne tuæ divinitátis et próximi cuncta serváre cæléstia mandáta docuísti, da nobis, ut, beáti (**vel** beátæ) **N.** exémplo caritátis ópera exercéntes, inter benedíctos regni tui connumerári mereámur. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 40, 5.2

**R/.** Ego dixi, Dómine, miserére mei: sana ánimam meam, quóniam peccávi tibi.

**V/.** Beátus qui intéllegit super egénum et páuperem: in die mala liberábit eum Dóminus.

## Alleluia

Ps 146, 3

Allelúia. **V/.** Qui sanat contrítos corde, et álligat contritiónes eórum. Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ps 65, 8-9.20

Benedícite, gentes, Dóminum Deum nostrum, et obaudíte vocem laudis eius; qui pósuit ánimam meam ad vitam, et non dedit commoveri pedes meos; benedíctus Dóminus qui non amóvit deprecatióne meam, et misericórdiam suam a me.

## Super oblata

Súscipe, Dómine, múnera pópuli tui, et præsta, ut, qui Fílii tui imménsæ caritátis opus recólimus, in tui et próximi dilectióne, Sanctórum tuórum exémplo, confirmémur. Per Christum.

## Ant. ad communionem

Ps 19, 6

Lætábimur in salutári tuo: et in nómine Dómini Dei nostri magnificábimur.

## Post communionem

Sacris mystériis reféctos, da nos, quæsumus, Dómine, beáti (**vel** beátæ) **N.** exémplo sectári, qui (**vel** quæ) te indeféssa pietáte cóluit, et pópulo tuo imménsa prófuit caritate. Per Dóminum.

## MISSA B

## Introitus

Ps 26, 14

**E**XSPECTA Dóminum, viríliter age: et confortétur cor tuum, et sústine Dóminum.

Ps 26, 1: Dóminus illuminátio mea, et salus mea, quem timébo?

(In memoria Ss. Ioachim et Annæ)

Cf. Ps 79, 2-4

Veni, et osténde nobis fáciem tuam, Dómine, qui sedes super Chérubim, et salvi érimus.

Ps 79, 2: Qui regis Israel, inténde: qui dedúcis velut ovem Ioseph.

## Collecta

Omnípotens ætérne Deus, qui per glorificatióem Sanctórum novíssima dilectiόνis tuæ nobis arguménta largíris, concéde propítius, ut, ad Unigénitum tuum fidéliter imitándum, et ipsórum intercessióne commendémur, et incitémur exémplo. Per Dóminum.

## Responsorium

Cf. Ps 54, 23.17.18.19

R/. Iacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet.

V/. Dum clamárem ad Dóminum, exaudívit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi.

## Alleluia

Ps 113, 19

Allelúia. V/. Qui timent Dóminum sperent in eum: adiútor et protéctor eórum est.

Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ps 136, 1

Super flúmina Babylónis, illic sédimus, et flévimus; dum recordarémur tui, Sion.

## Super oblata

Preces nostras, Dómine, quæsumus, propitiátus admítte, et, ut digne tuis famulémur altáribus, Sanctórum tuórum nos intercessióne custódi. Per Christum.

## Ant. ad communionem

Cf. Zac 14, 5.6.7

Ecce Dóminus véniet et omnes sancti eius cum eo; et erit in die illa lux magna.

## Post communionem

Sacraménta quæ sumpsimus, Dómine, in commemoratióne beáti (vel beátæ) N. mentes et corda nostra sanctíficent, ut divínæ consórtes natúræ éffici mereámur. Per Dóminum.

## MISSA C

## TEMPORE PASCHALI

## Introitus

Mt 25, 34

**V**ENITE, benedícti Patris mei, percípite regnum, allelúia, quod vobis parátum est ab orígine mundi, allelúia, allelúia, allelúia.

Ps 117, 1: Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in sáeculum misericórdia eius.

Alleluia 1

Ps 146, 3

Allelúia. *V/* . Qui sanat contrítos corde, et álligat contritiónes eórum.

Alleluia 2 (ante Ascensionem)

Ps 110, 9

Allelúia. *V/* . Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúia.

Alleluia 2 (post Ascensionem)

Ps 67, 18-19

Allelúia. *V/* . Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

Ant. ad offertorium

Ps 65, 8-9.20

Benedícite, gentes, Dóminum Deum nostrum, et obaudíte vocem laudis eius; qui pósuit ánimam meam ad vitam, et non dedit commoveri pedes meos; benedíctus Dóminus qui non amóvit deprecatióem meam, et misericórdiam suam a me, allelúia.

Ant. ad communionem

Gal 3, 27

Omnes qui in Christo baptizáti estis, Christum induístis, allelúia.



# MISSÆ RITUALES





## I. In conferenda Unctione infirmorum

Quoties sacra Unctio intra Missam confertur, exceptis diebus qui sub nn. 1-9 tabulæ dierum liturgicorum recensentur, adhiberi potest Missa pro infirmis (p. 491). Vide *Rituale cartusiense*, De Unctione infirmorum.

## II. Ad ministrandum viaticum

Vide *Rituale cartusiense*, De Communionem per modum viatici.

Si infirmo ministratur Viaticum sub specie vini tantum, Missa celebratur in cubiculo eius. Exceptis diebus qui sub nn. 1-9 tabulæ dierum liturgicorum recensentur, adhiberi potest Missa votiva de Sanctissima Eucharistia (p. 463). Post presbyteri Communionem et antequam adstantes communicentur, Sanguis Christi infirmo ministratur dum adstantes dicunt antiphonam:

Hoc Corpus quod pro vobis tradetur, hic calix novi testaménti est in meo Sanguine, dicit Dóminus; hoc fácite quotiescúmque súmitis, in meam commemoratióem.

## III. In consecratione virginum

Consecratio virginum fit inter celebrationem Missæ. Si consecratio fit in una ex dominicis Paschæ vel infra octavam eiusdem festi, vel etiam in quacumque sollemnitate, celebranda est Missa diei. Aliis autem diebus convenienter celebratur Missa ritualis “In consecratione virginum” (cf. Missale Romanum).

Ad Missam ritualement “In consecratione virginum” celebrandam, sacræ vestes coloris festivi adhibeantur.

## IV. In professione monastica

Die professionis, in altari nonnullæ reliquiæ Sanctorum exponuntur.

Loco orationum propriarum Missæ, dummodo non sit dies qui sub nn. 1-2 tabulæ dierum liturgicorum recensentur, adhiberi possunt orationes sequentes.

In die Professionis perpetuæ, in Prece eucharistica, opportune commemoratur professi vel professæ oblatio. Professus vel professa de manu presbyteri Corpus Dominicum et Sanguinem accipit.

### Collecta

Deus, qui in hoc fámulo tuo (hac fámula tua) N. baptísmatis grátiam tanta voluísti frondére virtúte, ut Fílii tui vestígia préssius sequi conténderet, concéde, ut ipse (ipsa), evangélicam perfectiónem iúgiter sectándo, Ecclésiæ sanctitátem adáugeat eiúsque apostólicum confírmet vigórem. Per Dóminum.

### Super oblata

Servi tui (ancíllæ tuæ), Dómine, múnera et vota benígus assúme, et evangélica profiténtem consília tua caritáte confírma. Per Christum.

### Post communionem

Lætíficet nos, Dómine, confirmáti propósi hodiérna sollémnitas ac divíni sacraménti veneránda percéptio, et concéde propítius, ut geminátum devotiónis munus fámuli tui (fámulae tuæ) pectus in Ecclésiæ hominúmque servítium vehémeni caritáte compéllat. Per Dóminum.

#### V. In donatione perpetua

*Loco collectæ propriæ Missæ, dummodo non sit dies qui sub nn. 1-2 tabulæ dierum liturgicorum recensetur, adhiberi potest collecta sequens.*

### Collecta

Deus, qui a princípio duxísti hómines in solitúdinem ut loqueréris ad cor eórum, confórta fámulum tuum (fámulam tuam) qui (quæ) hódie spondet tibi fidéliter servíre, oratióni et labóri incúmbens in hac erémo, ut, auxílio tuo, in suo vitæ statu ad perfectiÓNem caritátis pervéniat et Ecclésiæ sanctitátem adáugeat. Per Dóminum.

#### VI. In institutione lectorum et acolythorum

*Vide Rituale cartusiense, De Institutione Lectorum et Acolythorum.*

# MISSÆ VOTIVÆ



## MUTATIONES FACIENDÆ

Quando in Missa quæ celebratur ut votiva inveniuntur verba sollemnitate, festivitate, die festo, huius diei vel alia similia, dicatur commemoratióne aut simpliciter omittantur, prout contextus postulaverit.

In Missis votivis, Credo in unum Deum numquam dicitur.

Ratione temporis liturgici sequentes mutationes fiant, nisi aliter suo loco indicatur:

In Quadragesima:

In Missis mysteriorum Domini quæ tractu carent, non dicitur Allelúia nec tractus.

In Missis de B. V. Maria, nisi habeatur tractus proprius, dici potest:

Tractus Lc 1, 28.42.31; Is 7, 14; Lc 1, 34-35

Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum.

V/. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

V/. Ecce concípies, et páries Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

V/. Quómodo, inquit, fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus dixit ei.

V/. Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

V/. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

In Missis de Virginibus dici potest tractus:

Veni, sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum. Pro cuius amóre sánguinem tuum fudísti.

V/. Dilexísti iustítiam, et odísti iniquitátem: proptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ, præ consórtibus tuis.

V/. Spécie tua et pulchritúdine tua inténde: próspere procéde, et regna.

In Missis de ceteris Sanctis dici potest tractus: Ps 111, 1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

V/. Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

V/. Glória, et divítia in domo eius; et iustítia eius manet in sáeculum sáeculi.

Tempore paschali:

Ante Ascensionem:

In Missis mysteriorum Domini dicatur:

Alleluia 2 Ps 117, 24

Allelúia. V/. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

**In Missis de B. V. Maria (præterquam pro Immaculata Conceptione):**

Alleluia 2 Ps 117, 1

Allelúia. *V/* . Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in sáeculum misericórdia eius. Allelúia.

**In Missis de Apostolis et Martyribus:**

Alleluia 2 Ap 5, 12

Allelúia. *V/* . Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.

**In Missis de Pastoribus:**

Alleluia 2 1 Cor 5, 8

Allelúia. *V/* . Epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis. Allelúia.

**In Missis de doctoribus:**

Alleluia 2 Ps 117, 24

Allelúia. *V/* . Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

**In Missis de Monachis:**

Alleluia 2 Lc 24, 32

Allelúia. *V/* . Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

**In Missis de Virginibus:**

Alleluia 2 Ps 44, 5

Allelúia. *V/* . Propter veritátem et mansuetúdinem et iustítiam, et dedúcet te mirabíliter dextera tua. Allelúia.

**In Missis de Sanctis:**

Alleluia 2 Ps 110, 9

Allelúia. *V/* . Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúia.

**Post Ascensionem:**

**In Missis mysteriorum Domini vel de B. V. Maria (Immaculata Conceptione excepta) dicitur:**

Alleluia 2 Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. *V/* . Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

Pro ceteris Sanctis:

Alleluia 2

Ps 67, 18-19

Allelúia. **V/** . Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

## DE SANCTISSIMA TRINITATE

Vide p. 190.

In Quadragesima, omittitur Allelúia, nec dicitur tractus.

Tempore paschali, omittitur responsorium, et dicitur:

Alleluia 1

Dn 3, 52

Allelúia. *V/* . Benedíctus es, Dómine Deus Patrum nostrórum, et laudábilis in sǎcula.

Alleluia 2 (ante Ascensionem)

Ps 117, 24

Allelúia. *V/* . Hæc dies, quam fecit Dóminus: exultémus et lætémur in ea. Allelúia.

Alleluia 2 (post Ascensionem)

Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. *V/* . Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.



## DE SPIRITU SANCTO

## A

## Introitus (extra Quadragesimam)

Sap 1, 7

**S**PIRITUS Dómini replévit orbem terrárum, allelúia: et hoc quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis, allelúia, allelúia, allelúia.

**Ps 32, 6:** Verbo Dómini cæli firmáti sunt, et Spíritu oris eius omnis virtus eórum.

**Dicitur** Glória in excélsis.

---

## (In Quadragesima)

Cf. Ez 36, 23-26

Cum sanctificátus fúero in vobis, congregábo vos de univérsis terris: et effúdam super vos aquam mundam, et mundabímmini ab ómnibus inquinaméntis vestris: et dabo vobis spíritum novum.

**Ps 33, 2:** Benedícám Dóminum in omni témpore: semper laus eius in ore meo.

**Non dicitur** Glória in excélsis.

---

## Collecta

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti, da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de eius semper consolatióne gaudére. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 32, 12.6

**R/.** Beáta gens, cuius est Dóminus Deus eórum: pópulus, quem elégit Dóminus in hereditátem sibi.

**V/.** Verbo Dómini cæli firmáti sunt: et Spíritu oris eius omnis virtus eórum.

## Alleluia

Allelúia. **V/.** Veni, Sancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium, et tui amóris in eis ignem accénde. Allelúia.

**In Quadragesima, omittitur Allelúia, nec dicitur tractus.**

**Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:**

## Alleluia 1 (ante Ascensionem)

Lc 24, 32

Allelúia. **V/.** Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu dum loquerétur nobis in via?

## Alleluia 1 (post Ascensionem)

Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. **V/.** Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum.

## Alleluia 2

Allelúia. **V/.** Veni, Sancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium, et tui amóris in eis ignem accénde. Allelúia.

**Ant. ad offertorium (extra Quadragesimam)**

Ps 67, 29-30

Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis; a templo tuo, quod est in Ierusalem, tibi offerent reges múnera, allelúia.

**(In Quadragesima)**

Ps 103, 30-31

Emítte Spíritum tuum, et creabúntur, et renovábis fáciem terræ; sit glória Dómini in sæcula.

**Super oblata**

Múnera, Dómine, quæsumus, oblata sanctífica, et corda nostra Sancti Spíritus illustratióne emúnda. Per Christum.

**Ant. ad communionem**

Act 2, 2.4.11

**In Quadragesima, omittuntur allelúia.**

Factus est repénite de cælo sonus, tamquam adveniéntis spíritus veheméntis, ubi erant sedéntes, allelúia: et repléti sunt omnes Spíritu Sancto, loquéntes magnália Dei, allelúia, allelúia.

**Post communionem**

Sancti Spíritus, Dómine, corda nostra mundet infúsió, et sui roris íntima aspersione fecúndet. Per Dóminum.

**B**

**In Quadragesima, dicitur Missa A cum orationibus sequentibus.**

**Introitus**

4 Esdr 2,36-37

**A**CCIPITE iucunditátem glóriæ vestræ, allelúia: grátias ágéntes Deo, allelúia, qui vos ad cæléstia regna vocávit, allelúia, allelúia, allelúia.

**Ps 77, 1:** Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui Apóstolis tuis Sanctum dedísti Spíritum, concéde plebi tuæ piæ petitiónis efféctum, ut quibus dedísti fidem, largiáris et pacem. Per Dóminum.

**Responsorium**

Ps 32, 12.6

**R/.** Beáta gens, cuius est Dóminus Deus eórum: pópulus, quem elégit Dóminus in hereditátem sibi.

**V/.** Verbo Dómini cæli firmáti sunt: et Spíritu oris eius omnis virtus eórum.

**Alleluia**

Sap 1, 7

Allelúia. **V/.** Spíritus Dómini replévit orbem terrárum: et hoc, quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis. Allelúia.

Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:

Alleluia 1 (ante Ascensionem)

Lc 24, 32

Allelúia. *V/* . Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loquerétur nobis in via?

Alleluia 1 (post Ascensionem)

Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. *V/* . Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum.

Alleluia 2

Sap 1, 7

Allelúia. *V/* . Spíritus Dómini replévit orbem terrárum: et hoc, quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis. Allelúia.

Ant. ad offertorium

Ps 17, 14.16

Intónuit de cælo Dóminus, et Altíssimus dedit vocem suam; et apparuérunt fontes aquárum, allelúia.

Super oblata

Sacrifícia, Dómine, tuis obláta conspéctibus, ille divínus ignis absúmat, qui discipulórum Christi Fílii tui per Spíritum Sanctum corda succéndit. Per Christum.

Ant. ad communionem

Cf. Io 14, 26

Spíritus Sanctus docébit vos, allelúia, quæcúmque dixéro vobis, allelúia, allelúia.

Post communionem

Mentes nostras, quæsumus, Dómine, Spíritus Sanctus divínis réparet sacraméntis, quia ipse est remíssio ómnium peccatórum. Per Dóminum.

## DE SANCTISSIMO NOMINE IESU

Vide p. 324.

In Quadragesima, omittitur Allelúia, nec dicitur tractus.

Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:

Alleluia 1 Ps 112, 1

Allelúia. *V/*. Laudáte, púeri, Dóminum, laudáte nomen Dómini.

Alleluia 2 (ante Ascensionem) Lc 24, 32

Allelúia. *V/*. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu dum loquerétur nobis in via? Allelúia.

Alleluia 2 (post Ascensionem) Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. *V/*. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

Tempore paschali, in fine antiphonæ ad offertorium additur allelúia.

## DE ANNUNTIATIONE DOMINI

Missa de sollemnitate, p. 339, præter ea quæ sequuntur.

Alleluia Ps 79, 3

Allelúia. *V/*. Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos. Allelúia.

In Quadragesima, omisso Allelúia, dici potest tractus:

Lc 1, 28.42.31; Is 7, 14; Lc 1, 34-35

Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum.

*V/*. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

*V/*. Ecce concípies, et páries Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

*V/*. Quómodo, inquit, fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus dixit ei.

*V/*. Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. *V/*. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

Tempore paschali, omisso responsorio et tractu, dicitur:

Alleluia 1 Ps 79, 3

Allelúia. *V/*. Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos.

Alleluia 2 (ante Ascensionem) Ps 117, 24

Allelúia. *V/*. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

Alleluia 2 (post Ascensionem)

Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. *V/*. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum.  
Allelúia.

## DE PRÆSENTATIONE DOMINI

Vide p. 331.

In Quadragesima, omittitur Allelúia et dici potest tractus:

Ps 44, 3.5.11.12

Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.

*V/*. Spécie tua et pulchritúdine tua inténde: prospere procéde, et regna.

*V/*. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et iustítiam: et dedúcet te mirabíliter dèxtera tua.

*V/*. Audi, fília, et vide, et inclína aurem tuam: quia concupívit Rex spéciem tuam.

Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:

Alleluia 1

Ps 137, 2

Allelúia. *V/*. Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Alleluia 2 (ante Ascensionem)

Ps 117, 24

Allelúia. *V/*. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

Alleluia 2 (post Ascensionem)

Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. *V/*. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum.  
Allelúia.

## DE MYSTERIO SANCTÆ CRUCIS

Vide p. 385.

Tempore paschali, duo allelúia in fine introitus adduntur, unum vero in fine antiphonæ ad offertorium et antiphonæ ad communionem.

Non dicitur Glória in excélsis.

In Quadragesima, omittitur Allelúia, nec dicitur tractus.

Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:

Alleluia 1.

Cf. Gal 6, 14

Allelúia. *V/*. Nos autem gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri Iesu Christi.

**Alleluia 2 (ante Ascensionem)****Mt 28, 2**

Allelúia. *V/* . Angelus Dómini descéndit de cælo: et accédens revólvit lápidem, et sedébat super eum. Allelúia.

**Alleluia 2 (post Ascensionem)****Cf. Io 14, 18; 16, 17.22**

Allelúia. *V/* . Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

## DE PASSIONE SEU DE QUINQUE VULNERIBUS DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI

*Hæc Missa in sacello tantum celebrari potest, sed orationes eius sumi possunt, etiam in conventu, pro Missa de Sancta Cruce, p. 385.*

**Introitus****Phil 2, 8-9**

**H**UMILIAVIT semetípsum Dóminus noster Iesus Christus, factus obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod et Deus exaltávit illum, et dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

**Ps 88, 2:** Misericórdias Dómini in ætérnum cantábo.

**Non dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Dómine Iesu Christe, qui crucis patíbulum ascendísti, ut univérsum mundum, in ténebris constitútum illumináres, illam, quæsumus, lucem animæ et córpori nostro semper infúnde, per quam ad ætérnam claritátem perveníre mereámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**Responsorium****Ps 68, 21-22**

*R/*. Improperium exspectávit cor meum et misériam: et sustínui qui simul contristarétur, et non fuit: consolántem me quæsívi, et non invéni.

*V/* . Dedérunt in escam meam fel, et in siti mea potavérunt me acéto.

**Alleluia**

Allelúia. *V/* . Ave, Rex noster: tu solus nostros es miserátus erróres, Patri obédiens ductus es ad crucifigéndum, ut agnus mansuétus ad occisiónem: tibi glória, hosánna, tibi summæ laudis et honóris coróna. Allelúia.

**In Quadragesima, omisso Allelúia, dici potest tractus:**

**Ps 21, 16-20**

Aruit tamquam testa virtus mea, et lingua mea adhæsit fáucibus meis, et in púlverem mortis deduxísti me.

*V/* . Circumdedérunt me canes multi: concílium malignántium obsédit me.

*V/* . Foderunt manus meas et pedes meos: dinumeravérunt ómnia ossa mea.

**V/** . Ipsi vero consideraverunt, et conspexerunt me: divisérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam miserunt sortem.

**V/** . Tu autem, Dómine, ne elongáveris auxiliúm tuum a me: ad defensionem meam cónspice.

**Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:**

### Alleluia 1

Allelúia. **V/** . Ave, Rex noster: tu solus nostros es miserátus erróres, Patri obcédiens ductus es ad crucifigéndum, ut agnus mansuétus ad occisionem: tibi glória, hosánna, tibi summæ laudis et honóris coróna.

### Alleluia 2 (ante Ascensionem)

Allelúia. **V/** . Surréxit Altíssimus de sepúlcro, qui pro nobis pepéndit in ligno. Allelúia.

### Alleluia 2 (post Ascensionem)

**Cf. Io 14, 18; 16, 17.22**

Allelúia. **V/** . Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

### Ant. ad offertorium

**Cf. Ps 85, 14**

Insurrexérunt in me viri iníqui, et absque misericórdia quæsiérunt me interfícere, et lánceis suis vulneravérunt me, et concússa sunt ómnia ossa mea.

### Super oblata

Deus, cuius Fílius, ut granum in terra móriens plúrimos áttulit fructus, da nobis, hunc panem et vinum offeréntibus, pro illo qui Sánguinem suum in cruce effúdit, pótius mori quam peccáre. Per Christum.

### Ant. ad communionem

**Ps 21, 17.18**

Foderunt manus meas, et pedes meos: dinumeravérunt ómnia ossa mea.

### Post communionem

Cibo refécti, Dómine, potúque salútis, Salvatóris nostri, quæsumus, semper Ságuine perfundámur, qui fons aquæ nobis fiat in vitam saliéntis ætérnam. Per Dóminum.

## DE SANCTISSIMA EUCHARISTIA

**Vide p. 192.**

**Ad introitum, in Quadragesima, omittuntur allelúia.**

**In Quadragesima, omittitur Allelúia, nec dicitur tractus.**

Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:

Alleluia 1 Io 6, 55-56

Allelúia. *V/*. Caro mea vere est cibus, et Sanguis meus vere est potus: qui mandúcat meam Carnem, et bibit meum Ságuinem, in me manet, et ego in eo.

Alleluia 2 (ante Ascensionem) 1 Cor 5, 8

Allelúia. *V/*. Epulémur in ázymis sinceritátis et veritátis. Allelúia.

Alleluia 2 (post Ascensionem) Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. *V/*. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

Ad antiphonam ad offertorium et ad communionem, in Quadragesima, omittitur allelúia.

## DE SACRATISSIMO CORDE IESU

Vide p. 195.

Dici potest etiam unus Introitus ex sequentibus.

Introitus Cf. Rom 5, 5

In Quadragesima, omittuntur allelúia.

**C**ARITAS Dei diffúsa est in córdibus nostris, allelúia, per inhabitántem Spíritum eius in nobis, allelúia, allelúia.

*Ps 87, 2:* Dómine, Deus salútis meæ: in die clamávi et nocte coram te.

Introitus Cant 3, 11

Egredímini, et vidéte, fíliæ Sion, Regem Salomónem in diadémate, quo coronávit eum mater sua in die desponsatiónis eius, et in die lætítiæ Cordis eius.

*Ps 44, 2ab:* Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi.

In Quadragesima, omisso Alleluia, dici potest tractus: Ps 21, 15-16

Sicut aqua effúsus sum: et dispérsa sunt ómnia ossa mea.

*V/*. Factum est cor meum tamquam cera liquéscens in médio ventris mei.

*V/*. Aruit tamquam testa virtus mea: et lingua mea adhæsít fáucibus meis.

Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:

Alleluia 1 Phil 2, 5

Allelúia. *V/*. Hoc sentíte in vobis, quod et in Christo Iesu.

Alleluia 2 (ante Ascensionem) Ap 5, 12

Allelúia. *V/*. Dignus est Agnus, qui occísus est, accíperere virtútem, et divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem. Allelúia.



Alleluia 2 (post Ascensionem)

Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. *V/* . Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum.  
Allelúia.

## DE DOMINO NOSTRO IESU CHRISTO UNIVERSORUM REGE

Vide p. 220.

Dici etiam potest introitus (in Quadragesima, omittuntur allelúia).

Mt 25, 34

**V**ENITE, benedícti Patris mei, percípite regnum, allelúia, quod vobis parátum est ab orígine mundi, allelúia, allelúia, allelúia.

Ps 117, 1: Confitémيني Dómino quóniam bonus: quóniam in sáeculum misericórdia eius.

In Quadragesima, omittitur Allelúia.

Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:

Alleluia 1

Ap 5, 12

Allelúia. *V/* . Dignus est Agnus, qui occísus est, accípere virtútem, et divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem, et glóriam, et benedictiónem.

Alleluia 2 (ante Ascensionem)

Ps 88, 6

Allelúia. *V/* . Confitebúntur cæli mirabília tua, Dómine, et veritátem tuam in Ecclésia Sanctórum. Allelúia.

Alleluia 2 (post Ascensionem)

Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. *V/* . Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum.  
Allelúia.

Tempore paschali, ad antiphonam ad communionem, in fine additur allelúia.

## DE SANCTA FAMILIA

Missa de Festo, p. 64, præter ea quæ sequuntur.

In Quadragesima, omittitur Allelúia.

Tempore paschali, omisso responsorio dicitur:

Alleluia 1

Phil 2, 5

Allelúia. *V/* . Hoc sentíte in vobis, quod et in Christo Iesu.

Alleluia 2 (ante Ascensionem)

Ps 117, 24

Allelúia. *V/* . Hæc dies, quam fecit Dóminus: exsultémus et lætémur in ea. Allelúia.

Alleluia 2 (post Ascensionem)

Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. *V/*. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum.  
Allelúia.

## DE BEATA VIRGINE MARIA

A

## In Adventu Domini

Introitus

Is 45, 8

**R**ORATE, cæli, desuper, et nubes pluant iustum: aperiatur terra, et germinet Salvatorem.

Ps 18, 2: Cæli enarrant glóriam Dei: et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

Non dicitur Glória in excélsis.

Collecta

Omnípotens Pater, qui, ancílla tua annuente, Verbum tuum in ipsa habitare fecísti, ita corda nostra suaviter dispóne, ut in nobis quoque Christus nasci et créscere dignétur. Qui tecum.

Responsorium

Ps 144, 18.21

R/. Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum: ómnibus qui ínvocant eum in veritáte.

V/. Laudem Dómini loquétur os meum: et benedícat omnis caro nomen sanctum eius.

Alleluia

Ps 79, 3

Allelúia. V/. Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos. Allelúia.

Ant. ad offertorium

Lc 1, 28.42

Ave, María, grátia plena, Dóminus tecum; benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

Super oblata

Altári tuo, Dómine, superpósita múnera Spíritus ille sanctíficet, qui beátæ Maríæ víscera sua virtúte replévit. Per Christum.

Ant. ad communionem

Is 7, 14

Ecce Virgo concípiet, et páriet Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

Post communionem

Mystéria, quæ súmpsimus, Dómine Deus noster, misericórdiam tuam in nobis semper osténdant, ut Fílii tui incarnatióne salvémur, qui Genetrícis eius lætam expectatiónem fidéli mente celebrámus. Per Dóminum.

## B

**Extra Adventum Domini**

Introitus

Sedulius

**S**ALVE, Sancta Parens, eníxa puérpera Regem, qui cælum terrámque regit in sácula sæculórum.

**Ps 44, 12:** Quia concupívit Rex decórem tuum: quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, et adorábunt eum.

**Dicitur** Glória in excélsis.

Collecta

Deus, qui per Fílii tui incarnatiónem mundum lætificáre dignátus es, fac ut corda nostra eódem amóre Christum suscípant, quo María eum adamávit. Qui tecum.

Responsorium

**R/.** Benedícta et venerábilis es, Virgo María, quæ sine tactu pudóris invénta es Mater Salvatóris.

**V/.** Virgo Dei Génetrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit víscera factus homo.

Alleluia

Allelúia. **V/.** Post partum Virgo invioláta permansísti: Dei Génetrix, intercède pro nobis. Allelúia.

**In Quadragesima, omisso Allelúia, dici potest tractus:**

**Lc 1, 28.42.31; Is 7, 14; Lc 1, 34-35**

Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum.

**V/.** Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

**V/.** Ecce concípies, et páries Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

**V/.** Quómodo, inquit, fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus dixit ei.

**V/.** Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. **V/.** Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

**Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:**

Alleluia 1

Allelúia. **V/.** Post partum Virgo invioláta permansísti: Dei Génetrix, intercède pro nobis.

Alleluia 2 (ante Ascensionem)

Ps 117, 1

Allelúia. **V/.** Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in sáculum misericórdia eius. Allelúia.

## Alleluia 2 (post Ascensionem)

Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. *V/*. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum.  
Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Lc 1, 28.42

Ave, Maríá, grátia plena, Dóminus tecum; benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui (*T.P.* allelúia).

## Super oblata

Súscipe, Dómine, múnera, quæ tibi offérimus, et præsta, ut corda nostra, Sancti Spíritus luce irradiáta, exémplo beátæ Vírginis Mariæ, tua semper váleant perquirere et conserváre. Per Christum.

## Ant. ad communionem

Cf. Lc 11, 27

Beáta víscera Mariæ Vírginis, quæ portavérunt æténi Patris Fílium.

## Post communionem

Divíni múneris largitáte satiáti, quæsumus, Dómine, ut illam, quæ pópulo peregrinánti certæ spei est signum, in cælésti glória pro nobis oráre sentiámus. Per Dóminum.

## DE CONCEPTIONE IMMACULATA B. VIRGINIS MARIÆ

Vide p. 411.

In Quadragesima, omisso Allelúia, dici potest tractus:

Ps 86, 1-3.5

Fundaménta eius in móntibus sanctis: díligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Iacob.

*V/*. Gloriósa dicta sunt de te, Cívitas Dei.

*V/*. Homo natus est in ea, et ipse fundávit eam Altíssimus.

Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:

## Alleluia 1

Iudt 15, 9

Allelúia. *V/*. Tu glória Ierúsalem, tu lætítia Israel, tu honorificéntia pópuli nostri.

## Alleluia 2 (per totum tempus paschale)

Cf. Cant 4, 7

Allelúia. *V/*. Tota pulchra es, Maríá, et mácula originális non est in te. Allelúia.

## DE NATIVITATE B. VIRGINIS MARIÆ

Missa de sollemnitate, p. 384, præter ea quæ sequuntur.

Introitus

Ps 44, 13.15.16

**V**ULTUM tuum deprecabuntur omnes divites plebis: adducuntur Regi virgines: post eam proxima eius adducuntur tibi, in lætitia et exultatione (T.P. allelúia, allelúia).

Ps 44, 2: Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi.

In Quadragesima, omisso Allelúia, dici potest tractus:

Lc 1, 28.42.31; Is 7, 14; Lc 1, 34-35

Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum.

**V/** . Benedícta tu in mulieribus, et benedíctus fructus ventris tui.

**V/** . Ecce concípies, et páries Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

**V/** . Quómodo, inquit, fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus dixit ei.

**V/** . Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. **V/** . Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:

Alleluia 1

Ps 44, 5

Allelúia. **V/** . Spécie tua et pulchritúdi-ne tua inténde: prospere procéde, et regna.

Alleluia 2 (ante Ascensionem)

Ps 117, 1

Allelúia. **V/** . Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in sáeculum misericórdia eius. Allelúia.

Alleluia 2 (post Ascensionem)

Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. **V/** . Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

## DE PRÆSENTATIONE B. VIRGINIS MARIÆ

Vide p. 406.

In Quadragesima, omisso Allelúia, dici potest tractus:

Lc 1, 28.42.31; Is 7, 14; Lc 1, 34-35

Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum.

**V/** . Benedícta tu in mulieribus, et benedíctus fructus ventris tui.

**V/** . Ecce concípies, et páries Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

**V/** . Quómodo, inquit, fiet istud, quóniam virum non cognósco? Et respóndens Angelus dixit ei.

**V/** . Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. **V/** . Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

**Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:**

**Alleluia 1** **Ps 107, 2**

Allelúia. **V/** . Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: cantábo, et psallam tibi in glória mea.

**Alleluia 2 (ante Ascensionem)** **Ps 117, 1**

Allelúia. **V/** . Confitémmini Dómino quóniam bonus, quóniam in sáeculum misericórdia eius. Allelúia.

**Alleluia 2 (post Ascensionem)** **Cf. Io 14, 18; 16, 17.22**

Allelúia. **V/** . Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

## DE B. VIRGINE MARIA IN ANNUNTIATIONE DOMINI

**Introitus** **Ps 44, 13.15.16**

**V**ULTUM tuum deprecabúntur omnes dívites plebis: adducéntur Regi vírgines: post eam próximæ eius adducéntur tibi, in lætítia et exsultatióne (**T.P.** allelúia, allelúia).

**Ps 44, 2:** Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi.

**Vel:** **Ps 47, 10-11**

Suscépiimus, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Deus, ita et laus tua in fines terræ: iustítia plena est délixtera tua.

**Ps 47, 2-3:** Magnus Dóminus, et laudábilis valde in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Introitus (in Adventu)** **Is 45, 8**

**R**ORATE, cæli, désuper, et nubes pluant iustum: aperiátur terra, et gérminet Salvatórem.

**Ps 18, 2:** Cæli enárrant glóriam Dei: et ópera mánuum eius annúntiat firmaméntum.

**Non dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, qui de beátæ Mariæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem suscípere voluísti, præsta supplícibus tuis, ut, qui vere eam Genetrícem Dei crédimus, eius apud te intercessiόνibus adiuvémur. Per Dóminum.

**Responsorium**

Ps 144, 18.21

**R/.** Prope est Dóminus ómnibus invocántibus eum: ómnibus qui ínvocant eum in veritaté.

**V/.** Laudem Dómini loquétur os meum: et benedícat omnis caro nomen sanctum eius.

**Alleluia**

Ps 79, 3

Allelúia. **V/.** Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos. Allelúia.

**In Quadragesima, omissio Allelúia, dici potest tractus:**

Lc 1, 28.42.31; Is 7, 14; Lc 1, 34-35

Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum.

**V/.** Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

**V/.** Ecce concípies, et páries Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

**V/.** Quómodo, inquit, fiet istud, quóniam virum non cognósco? Et respóndens Angelus dixit ei.

**V/.** Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. **V/.** Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

**Tempore paschali, omissio responsorio, dicitur:**

**Alleluia 1**

Ps 79, 3

Allelúia. **V/.** Excita, Dómine, poténtiam tuam, et veni: ut salvos fácias nos.

**Alleluia 2 (ante Ascensionem)**

Ps 117, 1

Allelúia. **V/.** Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in sáeculum misericórdia eius. Allelúia.

**Alleluia 2 (post Ascensionem)**

Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. **V/.** Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Lc 1, 28.42

Ave, María, grátia plena, Dóminus tecum; benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui (**T.P.** allelúia).

**Super oblata**

Altári tuo, Dómine, superpósita múnera Spíritus ille sanctíficet, qui beátæ Mariæ víscera sua virtúte replévit. Per Christum.



**Ant. ad communionem**

Is 7, 14

Ecce Virgo concípiet, et páriet Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel (T.P. allelúia).

**Post communionem**

Mystéria quæ sumpsimus, Dómine Deus noster, misericórdiam tuam in nobis semper osténdant, ut Fílii tui incarnatióne salvémur, qui Genetrícis eius commemoratiónem fidéli mente celebrámus. Qui tecum.

**DE VISITATIONE B. VIRGINIS MARIÆ**

Vide p. 349.

**DE B. VIRGINE MARIA IN PRÆSENTATIONE DOMINI**

Missa de sollemnitate Præsentationis Domini, p. 331, præter ea quæ sequuntur.

**Collecta**

Novum amóris fœdus, Dómine, virgo Ecclésia íntegrum custódiat et, húmilis Ancíllæ tuæ exémplo, quæ tibi novæ legis Auctórem in templo præsentávit, intaminátam servet fidem, supérnam róbores spem, ardéntem nútriat caritátem. Per Dóminum.

**Super oblata**

Accéptæ sint tibi, Dómine, preces et hóstiæ in commemoratióne beátæ Vírginis lætánter oblátæ, quæ ad rediméndum Fílium, ómnium nostrum redemptórem, páuperum munus obtulit. Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum.

**Post communionem**

Quæsumus, Dómine Deus noster, ut sacrosáncta mystéria, quæ pro reparatiónis nostræ munímine contulísti, intercedénte beáta semper Vírgine María, et præsens nobis remédiu[m] esse fácias, et futúrum. Per Dóminum.

**DE COMPASSIONE B. VIRGINIS MARIÆ**

Vide p. 127.

Extra Quadragesimam, loco tractus dicitur sequens Allelúia:

Phil 2, 5

Allelúia. **V/** . Hoc sentíte in vobis, quod et in Christo Iesu. Allelúia.

Tempore paschali, omittuntur responsorium et tractus, et eorum loco dicitur:

Alleluia 1 Ph 2, 5

Allelúia. *V/*. Hoc sentíte in vobis, quod et in Christo Iesu.

Alleluia 2 (ante Ascensionem) Ps 117, 1

Allelúia. *V/*. Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in sáeculum misericórdia eius. Allelúia.

Alleluia 2 (post Ascensionem) Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. *V/*. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

## DE ASSUMPTIONE B. VIRGINIS MARIÆ

Missa de sollemnitate, p. 376, præter ea quæ sequuntur.

Introitus Ps 16, 15

**E**GO autem cum iustítia apparébo in conspéctu tuo: satiábor dum manifestábitur glória tua.

*Ps 16, 1:* Exáudi, Dómine, iustítiam meam: inténde deprecatióem meam.

In Quadragesima, omisso Allelúia, dici potest tractus:

*Lc 1, 28.42.31; Is 7, 14; Lc 1, 34-35*

Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum.

*V/*. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

*V/*. Ecce concípies, et páries Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

*V/*. Quómodo, inquit, fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus dixit ei.

*V/*. Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. *V/*. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:

Alleluia 1 Ps 44, 3

Allelúia. *V/*. Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. Allelúia.

Alleluia 2 (ante Ascensionem) Ps 117, 1

Allelúia. *V/*. Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in sáeculum misericórdia eius. Allelúia.

Alleluia 2 (post Ascensionem)

Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. *V/* . Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum.  
Allelúia.

## DE SANCTISSIMO NOMINE MARIÆ

Adhibetur quælibet Missa de Beata Virgine Maria.

### Collecta

Deus, qui gloriósam Matrem tuam nominári Mariám voluísti, concéde, quæsumus, ut qui dulce Mariæ nomen implórant, perpétuæ séntiant tuæ benedictionis efféctum. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

### Super oblata

Súscipe, quæsumus, Dómine, sacrificium placatiónis et laudis, quod dulce Mariæ nomen celebrántes, offérimus, ut ad véniam nos obtinéndam perdúcat, et in perpétua gratiárum constítuat actióne. Per Christum.

### Post communionem

Dei Genetrícis Mariæ nomen venerántibus, da nobis, Dómine, per hæc sancta, quæ súmpsimus, ut eius quoque virtútes imitántes, nostra in cælis nómina scripta esse gaudeámus. Per Dóminum.

## DE CORDE IMMACULATO B. VIRGINIS MARIÆ

Vide p. 353.

In Quadragesima, omisso Allelúia, dici potest tractus:

Lc 1, 28.42.31; Is 7, 14; Lc 1, 34-35

Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum.

*V/* . Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

*V/* . Ecce concípies, et páries Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

*V/* . Quómodo, inquit, fiet istud, quóniam virum non cognósco? Et respóndens Angelus dixit ei.

*V/* . Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi.

*V/* . Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:

Alleluia 1 Ps 107, 2

Allelúia. *V/*. Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: cantábo, et psallam tibi in glória mea.

Alleluia 2 (ante Ascensionem) Ps 117, 1

Allelúia. *V/*. Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in sáeculum misericórdia eius. Allelúia.

Alleluia 2 (post Ascensionem) Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. *V/*. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

## DE B. VIRGINE MARIA REGINA

Vide p. 378.

Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:

Alleluia 1 Ps 44, 3

Allelúia. *V/*. Diffúsa est grátia in lábiis tuis: proptérea benedíxit te Deus in aetérnum.

Alleluia 2 (ante Ascensionem) Ps 117, 1

Allelúia. *V/*. Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in sáeculum misericórdia eius. Allelúia.

Alleluia 2 (post Ascensionem) Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. *V/*. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

## DE B. VIRGINE MARIA MATRE ECCLESIAE

Missa de sollemnitate, p. 351, præter ea quæ sequuntur.

Introitus Io 19, 26

**C**UM vidisset Iesus Matrem, et discipulum stantem quem diligébat, dixit Matri suæ:  
Múlier, ecce filius tuus.

Ps 44, 10.11: Astitit Regína a dextris tuis; audi, fília, et vide, et inclína aurem tuam.

In Quadragesima, omisso Allelúia, dici potest tractus:

Lc 1, 28.42.31; Is 7, 14; Lc 1, 34-35

Ave, María, grátia plena: Dóminus tecum.

**V/** . Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

**V/** . Ecce concípies, et páries Fílium: et vocábitur nomen eius Emmánuel.

**V/** . Quómodo, inquit, fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus dixit ei.

**V/** . Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. **V/** . Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

**Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:**

**Alleluia 1 Iudt 15, 9 Allelúia.** **V/** . Tu glória Ierúsalem, tu lætítia Israel, tu honorificéntia pópuli nostri.

**Alleluia 2 (ante Ascensionem)**

**Ps 117, 1**

Allelúia. **V/** . Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in sáeculum misericórdia eius. Allelúia.

**Alleluia 2 (post Ascensionem)**

**Cf. Io 14, 18; 16, 17.22**

Allelúia. **V/** . Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

## DE SANCTIS ANGELIS

Vide p. 389.

In Quadragesima, omittitur Allelúia, nec dicitur tractus.

Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:

Alleluia 1 Ps 148, 2

Allelúia. *V/*. Laudáte Deum, omnes Angeli eius: laudáte eum, omnes virtútes eius.

Alleluia 2 (ante Ascensionem) Mt 28, 2

Allelúia. *V/*. Angelus Dómini descéndit de cælo: et accédens revólvit lápidem, et sedébat super eum. Allelúia.

Alleluia 2 (post Ascensionem) Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. *V/*. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

## DE SS. ANGELIS CUSTODIBUS

Introitus Ps 102, 20

**B**ENEDICITE Dóminum, omnes Angeli eius, poténtes virtúte: qui fácitis verbum eius, ad audiéndam vocem sermónum eius.

Ps 102, 1: Bénedic, ánima mea, Dómino: et ómnia, quæ intra me sunt, nómini sancto eius.

Dicitur Glória in excélsis.

Collecta

Deus, qui ineffábili providéntia sanctos Angelos tuos ad nostram custódiam mittere dignáris, largíre supplicibus tuis, et eórum semper protectióne deféndi, et æténa societáte gaudére. Per Dóminum.

Responsorium Ps 90, 11-12

*R/*. Angelis suis Deus mandávit de te: ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

*V/*. In mánibus portábunt te: ne umquam offéndas ad lápidem pedem tuum.

Alleluia Ps 148, 2

Allelúia. *V/*. Laudáte Deum, omnes Angeli eius: laudáte eum, omnes virtútes eius. Allelúia.

In Quadragesima, omisso Allelúia, dici potest tractus: Ps 102, 20.21-22

Benedícite Dóminum, omnes Angeli eius: poténtes virtúte, qui fácitis verbum eius.

*V/*. Benedícite Dómino, omnes virtútes eius: minístri eius, qui fácitis voluntátem eius.

**V/** . Benedícite Dómino, ómnia ópera eius in omni loco dominatiónis eius: bénedic, ánima mea, Dómino.

**Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:**

**Alleluia 1** **Ps 148, 2**

Allelúia. **V/** . Laudáte Deum, omnes Angeli eius: laudáte eum, omnes virtútes eius.

**Alleluia 2 (ante Ascensionem)** **Mt 28, 2**

Allelúia. **V/** . Angelus Dómini descéndit de cælo: et accédens revólvit lápidem, et sedébat super eum. Allelúia.

**Alleluia 2 (post Ascensionem)** **Cf. Io 14, 18; 16, 17.22**

Allelúia. **V/** . Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

**Ant. ad offertorium** **Ps 33, 8-9**

Immíttet Angelus Dómini in circúitu tíméntium eum, et erípiet eos; gustáte et vidéte quóniam suávis est Dóminus.

**Super oblata**

Súscipe, Dómine, múnera, quæ pro sanctórum Angelórum tuórum veneratióne deférimus, et concéde propítius, ut, perpétuis eórum præsídiis, a præsentibus perículis liberémur, et ad vitam felíciter perveniámus ætéram. Per Christum.

**Ant. ad communionem** **Ps 102, 20.21**

Benedícite Dóminum, omnes Angeli eius; minístri eius qui fácitis verbum eius, ad audiéndam vocem sermonum eius.

**Post communionem**

Quos tantis, Dómine, in vitam ætéram dignáris páscere sacraméntis, angélico ministério dírige in viam salútis et pacis. Per Dóminum.

## DE S. IOSEPH

## A

Missa de sollemnitate, p. 338, præter ea quæ sequuntur.

Responsorium

Cf. Ps 73, 20.19.22

**R/.** Réspice, Dómine, in testaméntum tuum: et ánimas páuperum tuórum ne obliviscáris in finem.

**V/.** Exsúrge, Dómine, et iúdica causam tuam: memor esto oppróbrii servórum tuórum.

Alleluia

Ps 80, 2-3

Allelúia. **V/.** Exsultáte Deo adiutóri nostro: iubiláte Deo Iacob: súmite psalmum iucúndum cum cíthara. Allelúia.

In Quadragesima, omittitur Allelúia et dici potest tractus:

Ps 111, 1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

**V/.** Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum benedicétur.

**V/.** Glória, et divítiae in domo eius: et iustítia eius manet in sáeculum sáeculi.

Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:

Alleluia 1

Ps 80, 2-3

Allelúia. **V/.** Exsultáte Deo adiutóri nostro: iubiláte Deo Iacob: súmite psalmum iucúndum cum cíthara.

Alleluia 2 (ante Ascensionem)

Ps 110, 9

Allelúia. **V/.** Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúia.

Alleluia 2 (post Ascensionem)

Ps 67, 18-19

Allelúia. **V/.** Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

## B

Introitus

Ps 36, 30-31

**O** S iusti meditábitur sapiéntiam, et lingua eius loquétur iudícium; lex Dei eius in corde ipsíus.

**Ps 36, 34:** Exspécta Dóminum et custódi viam eius: et exaltábit te ut hereditáte cápias terram.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Orationes de sollemnitate, p. 338.**



**Responsorium**

Ps 36, 30-31

**R/.** Os iusti meditabitur sapiéntiam, et lingua eius loquétur iudícium.**V/.** Lex Dei eius in corde ipsíus, et non supplantabúntur gressus eius.**Alleluia**

Ps 111, 1

Allelúia. **V/.** Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis. Allelúia.**In Quadragesima, omittitur Allelúia et dici potest tractus:**

Ps 111, 1-3

Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.

**V/.** Potens in terra erit semen eius: generátio rectórum Benedícétur.**V/.** Glória, et divítiae in domo eius; et iustítia eius manet in sáeculum sáeculi.**Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:****Alleluia 1**

Ps 111, 1

Allelúia. **V/.** Beátus vir qui timet Dóminum: in mandátis eius cupit nimis.**Alleluia 2 (ante Ascensionem)**

Ps 110, 9

Allelúia. **V/.** Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúia.**Alleluia 2 (post Ascensionem)**

Ps 67, 18-19

Allelúia. **V/.** Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.**Ant. ad offertorium**

Ps 88, 25

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso, et in nómine meo exaltábitur cornu eius.

**Ant. ad communionem**

Ps 1, 2-3

Qui meditábitur in lege Dómini die ac nocte, dabit fructum suum in témpore suo.

**C****Hæc Missa in sacello tantum celebrari potest.****Introitus**

Ps 32, 20-21

**A**DIUTOR et protéctor noster est Dóminus: in eo lætábitur cor nostrum, et in nómine sancto eius sperávimus (**T.P.** allelúia, allelúia).**Ps 79, 2:** Qui regis Israel, inténde: qui dedúcis velut ovem Ioseph.**Dicitur** Glória in excélsis.**Collecta**

Deus, qui ineffábili providéntia beátum Ioseph sanctíssimæ Genetrícis Fílii tui sponsum elígere dignátus es, præsta, quæsumus, ut, quem protectórem venerámur in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum.

**Responsorium**

Ps 36, 30-31

**R/.** Os iusti meditabitur sapiéntiam, et lingua eius loquétur iudícium.

**V/.** Lex Dei eius in corde ipsíus, et non supplantabúntur gressus eius.

**Alleluia**

Allelúia. **V/.** Fac nos innócuam, Ioseph, decúrre vitam, sitque tuo semper tuta patrocínio. Allelúia.

**Tempore paschali, omissio responsorio dicitur:**

**Alleluia 1**

Allelúia. **V/.** Fac nos innócuam, Ioseph, decúrre vitam, sitque tuo semper tuta patrocínio.

**Alleluia 2 (ante Ascensionem)**

Ps 110, 9

Allelúia. **V/.** Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúia.

**Alleluia 2 (post Ascensionem)**

Ps 67, 18-19

Allelúia. **V/.** Dóminus in Sina in Sancto, ascéndens in altum, captívam duxit captivitátem. Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Ps 147, 1-2

Lauda, Ierúsalem, Dóminum, quóniam confortávit seras portárum tuárum, benedíxit fíliis tuis in te (**T.P.** allelúia, allelúia).

**Super oblata**

Laudis hóstiam immolatúri, Pater sancte, suppliciter postulámus, ut in ministério nostro beáti Ioseph précibus foveámur, cui dedísti Unigénitum tuum vice in terris custodire patérna. Qui vivit et regnat in sácula sáculórum.

**Ant. ad communionem**

Mt 1, 16

Iacob autem genuit Ioseph, virum Mariáe, de qua natus est Iesus qui vocátur Christus (**T.P.** allelúia, allelúia).

**Post communionem**

Divíni múnere fonte refécti, quáesumus, Dómine Deus noster, ut sicut nos facis beáti Ioseph protectióne gaudére, ita eius méritis et intercessióne, cæléstis glóriæ fácias esse partícipes. Per Dóminum.

## DE S. PATRE NOSTRO BRUNONE

Vide p. 393.

Tempore paschali, dicitur *Missa E de monachis*, p. 439.

Adhiberi possunt sive orationes sollemnitatis, sive quæ sequuntur:

**Collecta**

Deus, infinite bonitatis thesáure, qui servum tuum Brunónem, perfécte Fílium tuum imitántem, patrem et exémpLAR eremitárum fecísti, da nobis, eo intercedénte, ut in te quiéscat diléctio cordis nostri. Per Dóminum.

**Super oblata**

Súscipe, Dómine, hæc múnera, et ad te corda nostra convérte, ut nos, unum necessárium semper quæréntes, tuo cúltoi præstes esse dicátos. Per Christum.

**Post communionem**

Refectióne sacra enutrítos fac nos, omnípotens Deus, intercedénte beáto patre nostro Brunóne, in tua devotióne gaudére, quia perpétua est et plena felícitas, si bonórum ómnium serviámus auctóri. Per Dóminum.



MISSÆ ET ORATIONES PRO  
VARIIS NECESSITATIBUS  
VEL AD DIVERSA



# MISSÆ PRO VARIIS NECESSITATIBUS

Missæ hæ numquam habent tractum.

Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur secundum Allelúia:

Alleluia 2 (ante Ascensionem)

Ps 117, 24

Allelúia. *V/*. Hæc dies, quam fecit Dóminus: exultémus et lætémur in ea. Allelúia.

Alleluia 2 (post Ascensionem)

Cf. Io 14, 18; 16, 17.22

Allelúia. *V/*. Non vos relínquam órphanos: vado et vénio ad vos, et gaudébit cor vestrum. Allelúia.

## 1. PRO ADVENTU REGNI

Introitus

Cf. Est 4, 17

**I**N voluntáte tua, Dómine, univérsa sunt pósita, et non est qui possit resistere voluntáti tuæ: tu enim fecísti ómnia, cælum et terram, et univérsa quæ cæli ámbitu continéntur: Dóminus universórum tu es.

Ps 118, 1: Beáti immaculáti in via, qui ámbulant in lege Dómini.

Collecta

Deus, qui regnum Christi ubíque terrárum dilatári providéntia mirábili disposuísti, et omnes hómines salutáris éffici redemptiόνis partícipes, præsta, quæsumus, ut Ecclesia tua universále sit salutis sacraméntum, et cunctis homínibus revelétur exspectatio géntium et Salvátor eárum. Per Dóminum.

Responsorium

Ps 84, 8.2

*R/*. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis.

*V/*. Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Iacob.

Alleluia

Ps 46, 2

Allelúia. *V/*. Omnes gentes, pláudite mánibus: iubiláte Deo in voce exsultatiόνis. Allelúia.

Ant. ad offertorium

Ps 17, 28.32

Pópulum húmilem salvum fácies, Dómine, et óculos superbórum humiliábis; quóniam quis Deus præter te, Dómine?

Super oblata

Imménsæ Fílii tui caritátis memoriále celebrántes, te Dómine, suppliciter exorámus, ut regnum tuum his in terris iúgiter quærámus, atque eius advéntum instánter implorémus. Per Christum.

**Ant. ad communionem****Mt 5, 8-10**

Beáti mundo corde, quóniam ipsi Deum vidébunt: beáti pacífici, quóniam filii Dei vocabúntur: beáti qui persecutióem patiúntur propter iustítiam, quóniam ipsórum est Regnum cælórum.

**Post communionem**

Divínis sacraméntis reféctis largíre, Rex glóriæ, abundántiam grátiae tuæ, ut, quos redemísti in hoc mundo, partícipes effícias lúminis regni. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**2. PRO UNITATE CHRISTIANORUM****Introitus****Ps 67, 6-7.36**

**D**EUS in loco sancto suo: Deus qui inhabitáre facit unánimes in domo, ipse dabit virtútem et fortitúdinem plebi suæ.

**Ps 67, 16-17:** Mons Dei, mons in quo beneplácitum est Deo habitáre in eo.

**Collecta**

Omnípotens sempitérne Deus, qui dispérsa cóngregas et congregáta consérvas, ad gregem Filii tui placátus inténde, ut quos unum sacrávit baptísma, eos et fidei iungat intégritas, et vínculum sóciet caritátis. Per Dóminum.

**Responsorium****Ps 24, 3.4**

**R/.** Univérsi qui te expéctant non confundéntur, Dómine.

**V/.** Vias tuas, Dómine, notas fac mihi, et sémitas tuas édoce me.

**Alleluia****Ps 147, 1**

Allelúia. **V/.** Lauda, Ierúsalem, Dóminum: lauda Deum tuum, Sion. Allelúia.

**Ant. ad offertorium****Ps 9, 11-13**

Sperent in te omnes qui novérunt nomen tuum, Dómine, quóniam non derelínquis quæréntes te: psállite Dómino qui hábitat in Sion, quóniam non est oblítus oratiónes páuperum.

**Super oblata**

Quam tibi, Dómine, offérimus hóstia et purificatióem cónferat, et omnes uno baptísmate coniúctos eorúndem mysteriórum tandem partícipes effíciat. Per Christum.

**Ant. ad communionem****Ps 121, 3-4**

Ierúsalem, quæ ædificátur ut cívitas, cuius participátio eius in idípsum: illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini, ad confiténdum nómini tuo, Dómine.

**Post communionem**

Hæc tua, Dómine, sumpta sacra commúnio, sicut fidélium in te unióem præsignat, sic in Ecclésia tua unitátis operétur efféctum. Per Dóminum.



## 3. PRO PACE

Dici potest etiam Missa 1, p. 487.

## Introitus

Cf. Sir 36, 18

**D**A pacem, Dómine, sustinéntibus te, ut Prophétæ tui fidéles inveniántur: exáudi preces servi tui, et plebis tuæ Israel.

**Ps 114, 1:** Diléxi: quóniam exáudiet Dóminus vocem oratiónis meæ.

## Collecta

Deus, cónditor mundi, sub cuius arbítrio ómnium sæculórum ordo decúrrit, adésto propítius invocatióibus nostris et tranquillitátem pacis præsentibus concéde temporibus, ut in láudibus misericórdiæ tuæ incessábili exsultatióne lætémur. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 43, 8-9

**R/.** Liberásti nos, Dómine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confudísti.

**V/.** In Deo laudábimur tota die: et in nómine tuo confitébimur in sæcula.

## Alleluia

Ps 147, 3

Allelúia. **V/.** Qui pósuit fines tuos pacem: et ádipe fruménti sátiat te. Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ps 118, 133

Gressus meos dírige secúndum elóquium tuum; ut non dominétur mei omnis iniustítia, Dómine.

## Super oblata

Fílii tui, pacífici Regis, sacrificium salutáre, his sacramentórum signis oblátum, quibus pax et únitás designántur, quæsumus, Dómine, ad concórdiam proficiat inter omnes fílios tuos confirmándam. Per Christum.

## Ant. ad communionem

Ps 4, 2

Cum invocárem te, exaudísti me, Deus iustítia meæ: in tribulatióne dilatásti mihi: miserére mihi, Dómine, et exáudi oratiónem meam.

## Post communionem

Largíre nobis, quæsumus, Dómine, spíritum caritátis, ut, Córpoze et Ságuine Unigéniti tui vegetáti, pacem inter omnes, quam ipse relíquit, efficáciter nutriámus. Per Dóminum.

## 4. IN QUACUMQUE NECESSITATE

## A

## Introitus

**S**ALUS pópuli ego sum, dicit Dóminus: de quacúmque tribulatióne clamáverint ad me, exáudiam eos: et ero illórum Dóminus in perpétuum.

**Ps 77, 1:** Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei.

(Tempore paschali)

Ps 17, 7

Exaudívit de templo sancto suo vocem meam, allelúia; et clamor meus in conspéctu eius introívit in aures eius, allelúia, allelúia.

**Ps 17, 2-3a:** Díligam te, Dómine, virtus mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus.

## Collecta

Omnípotens et miséricors Deus, afflictiónem nostram propitiátus inténde, et ita filiórum tuórum onus álleva fidémque confírma, ut in patérna semper providéntia tua sine dubitatióne confídant. Per Dóminum.

## Responsorium

Cf. Ps 54, 23.17.18.19

**R/.** Iacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet.

**V/.** Dum clamárem ad Dóminum, exaudívit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi.

## Alleluia

Mt 11, 28

Allelúia. **V/.** Veníte ad me, omnes qui laborátis et oneráti estis, et ego refíciam vos.  
Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ps 87, 2-3

Dómine Deus salútis meæ, in die clamávi et nocte coram te; intret orátio mea in conspéctu tuo, Dómine (**T.P.** allelúia).

## Super oblata

Súscipe, Dómine, múnera, quæ tibi fidénter offérimus, et, quam mæróris amaritúdinem sustinémus, fac, ut in suavitátis sacrificium convertátur. Per Christum.

## Ant. ad communionem

Mt 7, 7-8

Pétite, et accipiétis; quærite, et inveniétis; pulsáte, et aperiétur vobis; omnis enim qui petit, áccipit; et qui quærit, ínvenit; et pulsánti aperiétur (**T.P.** allelúia).

## Post communionem

Te súpplices, Dómine, exorámus, ut, dápius recreáti munitíque divínis, et futúros labóres fórtiter ággredi valeámus, et fratres in pressúra pósito impénsius confirmémus. Per Dóminum.

## B

## Alia orationes

## Collecta

Omnípotens sempitérne Deus, qui nos et castigándo sanas et ignoscéndo consérvas, præsta supplicibus tuis, ut optáta (1) consolatióne lætémur, et pietátis tuæ donis ad glóriam nóminis tui salutémque nostram semper utámur. Per Dóminum.

(1) Hoc loco intentio inseri potest: v. gr., pro pluviis petendis: ... ut optáta plúviae consolatióne lætémur...

## Super oblata

Súscipe, quæsumus, Dómine, preces et oblatiões nostras, ut, qui peccatórum nostrórum flagéllis percútimur, miseratiónis tuæ grátia liberémur. Per Christum.

## Post communionem

Tribulatióne nostram, quæsumus, Dómine, propítius réspice, et iram tuæ indignatiónis, quam pro peccátis nostris iuste merémur, per passióne Filii tui, propitiátus avérte. Per Dóminum.

## 5. PRO INFIRMIS ET MORIENTIBUS

## Introitus

Ps 122, 2-3

**S**ICUT óculi servórum in mánibus dominórum suórum, ita óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, donec misereátur nostri: miserére nobis, Dómine, miserére nobis.

Ps 122, 1: Ad te levávi óculos meos, qui hábitas in cælis.

## Collecta (pro infirmis)

Omnípotens sempitérne Deus, salus æténa credéntium, exáudi nos pro fámulis tuis infirmis, pro quibus misericórdiæ tuæ implorámus auxílium, ut, réddita sibi sanitáte, gratiárum tibi in Ecclésia tua réferant actiões. Per Dóminum.

## Collecta (pro morientibus)

Omnípotens et miséricors Deus, qui humáno géneri, per ipsum mortis institútum, ætérnæ vitæ áditum misericórditer reserásti, réspice propítius fámulum tuum extrémó agóne laborántem, ut, consociátus Filii tui passióne et eius sángine signátus, tibi váleat immaculátus præsentári. Per Dóminum.

## Responsorium

Ps 6, 3-4

R/. Miserére mei, Dómine, quóniam infirmus sum: sana me, Dómine.

V/. Conturbáta sunt ómnia ossa mea: et ánima mea turbáta est valde.

## Alleluia

Ps 101, 2

Allelúia. V/. Dómine, exáudi oratióne meam, et clamor meus ad te véniat. Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Ps 30, 15-16

In te sperávi, Dómine; dixi: Tu es Deus meus, in mánibus tuis témpora mea.

**Super oblata**

Deus, cuius nútibus vitæ nostræ moménta decúrrunt, súscipe preces et hóstias, quibus tuam pro frátribus ægrotántibus misericórdiam implorámus, ut, de quorum perículo metúimus, de eórum salúte lætémur. Per Christum.

**Ant. ad communionem**

Ps 16, 6

Ego clamávi, quóniam exaudísti me, Deus: inclína aurem tuam, et exáudi verba mea.

**Post communionem**

Deus, infirmitátis humánæ singuláre præsidium, auxilií tui super infirmos fámulos tuos osténde virtútem, ut, ope misericórdiæ tuæ adiúti, Ecclésiæ tuæ sanctæ incólumes repræsentári mereántur. Per Dóminum.

## 6. PRO REMISSIONE PECCATORUM

**Introitus**

Cf. Sap 11, 23-24.26

**M**ISERERIS ómnium, Dómine, et nihil odísti eórum quæ fecísti: dissímulans peccáta hóminum propter pæniténtiam, et parcens illis, quia tu es Dóminus Deus noster.

**Ps 56, 2:** Miserére mei, Deus, miserére mei: quóniam in te confíditi anima mea.

**Collecta**

Deus, qui nullum réspuis, sed quantúmvis peccántibus per pæniténtiam pia miseratióne placáris, réspice propítius ad preces humilitátis nostræ, et illúmina corda nostra, ut tua valeámus implére præcépta. Per Dóminum.

**Vel**

Omnípotens et mitíssime Deus, qui sitiénti pópulo tuo fontem vivéntis aquæ de petra produxísti: educ de cordis nostri durítia lácrimas compunctiόνis, ut peccáta nostra plángere valeámus, remissionémque eórum, te miseránte, mereámur accípere. Per Dóminum.

**Responsorium**

Ps 40, 5.2

**R/.** Ego dixi, Dómine, miserére mei: sana ánimam meam, quóniam peccávi tibi.

**V/.** Beátus qui intéllegit super egénium et páuperem: in die mala liberábit eum Dóminus.

**Alleluia**

Ps 5, 2

Allelúia. **V/.** Verba mea áuribus pércipe, Dómine, intéllege clamórem meum. Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Ps 65, 8-9.20

Benedícite, gentes, Dóminum Deum nostrum, et obaudíte vocem laudis eius; qui pósuit ánimam meam ad vitam, et non dedit commovéri pedes meos; benedíctus Dóminus qui non amóvit deprecationem meam, et misericórdiam suam a me (T.P. allelúia).

**Super oblata**

Hóstias tibi, Dómine, placatiónis et laudis offérimus, ut et delícta nostra miserátus absólvas, et nutántia corda tu dírigas. Per Christum.

**Ant. ad communionem**

Lc 15, 10

Dico vobis, gáudium est Angelis Dei super uno peccatóre pæniténtiam agénte.

**Post communionem**

Tui, Dómine, sacraménti veneránda percéptio fáciat nos gemítibus lacrimárum máculas nostrórum dilúere peccatórum atque optátæ nobis, te largiénte, indulgéntiæ, præstet efféctum. Per Dóminum.

## 7. CONTRA TENTATIONEM

**Introitus**

Cf. Ps 43, 24-26

**E**XSURGE, quare obdórmis, Dómine? exsúrge, et ne repéllas in finem. Quare fáciem tuam avértis, oblivísceris tribulatióem nostram? adhæsít in terra venter noster: exsúrge, Dómine, ádiuva nos, et líbera nos.

Ps 43, 2: Deus, áuribus nostris audívimus: patres nostri annuntiavérunt nobis.

**Collecta**

Deus, qui dilígéntibus te facis cuncta prodésse, da córdibus nostris inviolábilem tuæ caritátis afféctum, ut desidéria de tua inspiratióne concépta, nulla possint tentatióne mutári. Per Dóminum.

**Responsorium**

Ps 89, 13.1

R/. Convértere, Dómine, aliquántulum: et deprecáre super servos tuos.

V/. Dómine, refúgium factus es nobis, a generatióne et progénie.

**Alleluia**

Ps 146, 3

Allelúia. V/. Qui sanat contrítos corde, et álligat contritiónes eórum. Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Ps 137, 7

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me, Dómine, et super iram inimicórum meórum exténdes manum tuam, et salvum me fáciat délixtera tua.

**Super oblata**

Deus, qui ténebras ignorántiæ, Verbi tui luce depéllis, præsta huius oblátionis virtúte, ut ignis, quem grátia tua veheménter accéndit, nullis tentatióibus exstinguátur. Per Christum.

**Ant. ad communionem**

Cf. Ps 24, 22

Rédime me, Deus Israel, ex ómnibus angústiiis meis.

**Post communionem**

Deus, qui illúminas omnem hóminem veniéntem in hunc mundum, illúmina, quáesumus, corda nostra grátiae tuæ splendóre, ut digne maiestáti tuæ ministráre, teque æténa caritáte dilígere valeámus. Per Dóminum.

**8. PRO GRATIIS DEO REDDENDIS****Introitus**

Ps 47, 10-11

**S**USCEPIMUS, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Deus, ita et laus tua in fines terræ, iustítia plena est dextera tua.

**Ps 47, 2-3:** Magnus Dóminus, et laudábilis valde in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.

**Dicitur** Glória in excélsis.

**Collecta**

Deus, cuius misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infinítus est thesáurus, píssimæ maiestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes, ut qui peténtibus postuláta concédís, eósdem non déserens, ad præmia futúra dispónas. Per Dóminum.

**Responsorium**

Ps 47, 10-11.9.3

**R/.** Suscépimus, Deus, misericórdiam tuam in médio templi tui: secúndum nomen tuum, Dómine, ita et laus tua in fines terræ.

**V/.** Sicut audívimus, ita et vídimus in civitáte Dei nostri, in monte sancto eius.

**Alleluia**

Ps 88, 6

Allelúia. **V/.** Confitebúntur cæli mirabília tua, Dómine, et veritátem tuam in Ecclésia Sanctórum. Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Ps 134, 3-6

Laudáte Dóminum quia benígnus est; psállite nómini eius, quóniam suáve est: ómnia quæcúmque vóluit, fecit in cælo et in terra.

**Super oblata**

Pro collátis donis sacrificium tibi, Dómine, laudis offérimus, suppliciter deprecántes, ut, quod imméritis contulísti, ad nóminis tui glóriam referámus. Per Christum.

**Ant. ad communionem**

Ps 9, 2-3

Narrábo ómnia mirabília tua: lætábor et exsultábo in te: psallam nómini tuo, Altíssime.

**Post communionem**

Omnípotens Deus, qui per hunc panem vitæ fámulos tuos et peccáti vínculo liberáre et vires eórum dignáris tua pietáte refícere, da nobis in spem glóriæ sine intermissióne profícere. Per Dóminum.

## ORATIONES PRO VARIIS NECESSITATIBUS

Pro intentionibus quæ sequuntur, dicitur Missa congrua e nn. 1-8 supra, vel Missa ferialis.

### I. PRO SANCTA ECCLESIA

#### 9. PRO ECCLESIA

##### Collecta

Concéde, quæsumus, omnipotens Deus, ut Ecclésia tua semper ea plebs sancta permáneat de unitáte Patris et Fílii et Spíritus Sancti adunáta, quæ tuæ sanctitátis et unitátis sacraméntum mundo maniféstet, et ipsum ad perfectiónem tuæ condúcat caritátis. Per Dóminum.

##### Super oblata

Múnera quæ tibi offérimus, Dómine, súscipe benígnus, et præsta, ut Ecclésia tua, de látere Christi in cruce dormiéntis exórta, ex huius participatióne mystérii suam iúgiter háuriat sanctitátem, qua semper vivat suóque digne respóndeat auctóri, Iesu Christo Dómino nostro. Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum.

##### Post communionem

Deus, qui mirábili sacraménto Ecclésiæ fortitúdinem tríbuis et solámen, da pópulo tuo per hæc sancta Christo adhærere, ut, temporálibus munéribus quæ gerit, tuum in libertáte regnum ædíficet ætérnum. Per Dóminum.

#### 10. PRO PAPA

Dici potest Missa de Cathedra S. Petri, p. 336, vel de Ss. Petro et Paulo, p. 361.

##### Collecta

Deus, ómnium fidélium pastor et rector, fámulum tuum **N.**, quem pastórem Ecclésiæ tuæ præesse voluisti, propitiús réspice; da ei, quæsumus, verbo et exémplo, quibus præest profícere, ut ad vitam, una cum grege sibi crédito, pervéniat sempitérnam. Per Dóminum.

##### Super oblata

Oblátis, quæsumus, Dómine, placáre munéribus, et Ecclésiam tuam sanctam, una cum Papa nostro **N.**, quem ipsi constituísti pastórem, assídua protectióne gubérna. Per Christum.

##### Post communionem

Mensæ cæléstis participes effécti, súpplīces te, Dómine, deprecámur, ut, huius virtúte mystérii, Ecclésiam tuam in unitáte et caritáte confirmes, et fámulum tuum **N.**, cui



pastorále munus tradidisti, una cum commissó sibi grege salves semper et múnias. Per Dóminum.

## 11. PRO ELIGENDO PAPA

**Dici potest Missa** A de Communi pastorum, p. 428.

### Collecta

Deus, qui pastor ætérnus, gregem tuum assídua custódia gubernas, eum imménsa tua pietáte concédas Ecclésiæ pastórem, qui tibi sanctitáte pláceat, et vígili nobis sollicitúdine prosit. Per Dóminum.

### Super oblata

Tuæ nobis, Dómine, abundántia pietátis indúlgeat, ut, per sacra múnera, quæ tibi reverénter offérimus, gratum maiestáti tuæ pastórem Ecclésiæ sanctæ præesse gaudeámus. Per Christum.

### Post communionem

Reféctos, Dómine, Córporis et Sánguinis Unigéniti tui salubérrimo sacraménto, nos mirífica tuæ maiestátis grátia de illíus pastóris concessióne lætíficet, qui et plebem tuam virtútibus ínstruat, et fidélium mentes evangélica veritáte perfúndat. Per Dóminum.

## 12. PRO EPISCOPO

### Collecta

Deus, ómnium fidélium pastor et rector, fámulum tuum **N.**, quem pastórem Ecclésiæ **N.** præesse voluísti, propítius réspice; da ei, quæsumus, verbo et exémplo, quibus præest profícere, ut ad vitam, una cum grege sibi crédito, pervéniat sempitérnam. Per Dóminum.

### Super oblata

Hæc oblátio, Dómine, pro fámulo tuo **N.** deláta sit tibi munus accéptum, et, quem sacerdotem magnum in tuo pópulo suscitásti, apostolicárum virtútum munéribus, ad regis proféctum, exórna. Per Christum.

### Post communionem

Huius, Dómine, virtúte mystérii, in fámulo tuo **N.** epíscopo nostro grátia tuæ dona múltiplica, ut et tibi digne persólvat pastorále ministérium, et fidélis dispensatiónis æténa præmia consequátur. Per Dóminum.

## 13. PRO PRESBYTERIS

**Collecta**

Deus, qui Unigénitum tuum summum æternúmque constituísti sacerdotem, præsta, ut, quos ministros tuorumque mysteriórum dispensatóres elégit, in accépto ministério adimpléndo fidéles inveniántur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Deus, qui presbýteros tuos sacris altáribus tuóque pópulo ministráre voluísti, per huius sacrificii virtútem concéde propítius, ut eórum servítium tibi iúgiter pláceat, et fructum qui semper máneat in Ecclésia tua váleat afférre. Per Christum.

**Post communionem**

Presbýteros tuos, Dómine, et omnes fámulos tuos vivíficet divína, quam obtúlimus et sumpsimus, hóstia, ut, perpétua tibi caritáte coniúcti, digne famulári tuæ mereántur maiestáti. Per Dóminum.

## 14. PRO VOCATIONIBUS AD SACROS ORDINES

**Collecta**

Deus, qui pastóres pópulo tuo providére voluísti, effúnde in Ecclésia tua spíritum pietátis et fortitúdinis, qui dignos altáribus tuis éxcitet ministros, et Evangélii tui strénuos ac mites assertóres effíciat. Per Dóminum.

**Super oblata**

Plebis tuæ, quæsumus, Dómine, preces et múnera benígnus inténde, ut dispensatóres mysteriórum tuórum multiplicéntur, et in amóre tuo iúgiter persevérent. Per Christum.

**Post communionem**

Pane mensæ cælestis refécti, te, Dómine, deprecámur, ut, per hoc sacraméntum caritátis, illa sémina maturéscant, quæ magna in agrum Ecclésiæ tuæ largitáte dispérgis, quátenus multi sorte sibi éligant tibi in frátribus ministráre. Per Dóminum.

## 15. PRO RELIGIOSIS

**Collecta**

Deus, omnis boni propósi inspirátor atque perféctor, dírige fámulos tuos in viam salutis æternæ, et fac ut illi, qui, relíctis ómnibus, tibi se totos devoverunt, Christum sequéntes et ea quæ sunt sæculi abnegántes, in spíritu paupertátis et cordis humilitáte tibi et frátribus suis fidéliter ministrent. Per Dóminum.

**Super oblata**

Oblatiónes famulórum tuórum, Dómine, cleménter assúme, eásque in sacraméntum redemptiónis convérte, et, quos ad Fílium tuum préssius imitándum patérna voluísti dispensatióne vocáre, Sancti Spíritus reple munéribus. Per Christum.

**Post communionem**

Servos tuos, Dómine, in amóre tuo congregátos et de uno pane participántes, da unánimes consideráre ínvicem in provocatióne caritátis et bonórum óperum, ut eórum sancta conversatióne Christi testes veri ubíque exhibeántur. Qui tecum.

**16. PRO LAICIS****Collecta**

Deus, qui Evangéllii virtútem véluti ferméntum in mundum misísti, concéde fidélibus tuis, quos in médio mundi negotiorúmque sæculárium vitam agére vocasti, ut, spírítu christiáno fervéntes, per temporália quæ gerunt múnera regnum tuum iúgiter instáurent. Per Dóminum.

**Super oblata**

Deus, qui Fílii tui sacrificio cunctum voluísti mundum salváre, per huius oblatiόνis virtútem concéde, ut fámuli tui, quos étiam in statu laicáli ad apostolátum vocáre non désinis, et mundum spírítu ímbuant Christi, et eius sint sanctificatiόνis ferméntum. Per Christum.

**Post communionem**

De plenitúdine grátiae tuæ suméntes, quæsumus, Dómine, ut eucharístici convívii fortitúdine roboráti, fidéles tui, quos rebus sæculáribus déditos esse voluísti, strénui sint evangélicæ testes veritátis, et Ecclésiám tuam in rebus temporálibus præsentem iúgiter reddant et actuósam. Per Dóminum.

**17. PRO EVANGELIZATIONE POPULORUM****Collecta**

Deus, qui omnes hómínes vis salvos fíeri et ad agnitióne veritátis veníre, réspice messem tuam multam et operários in eam mitte dignánter, ut omni creatúræ Evangélium prædicétur, et plebs tua, verbo vitæ congregáta et sacramentórum virtúte suffúlta, in via salutis et caritátis procedat. Per Dóminum.

**Super oblata**

Réspice, Dómine, in fáciem Christi tui, qui pro ómnibus redemptionem trádedit semetípsum, ut per eum ab ortu solis usque ad occásum nomen tuum magnificétur in géntibus, et una ubíque maiestáti tuæ exhibeátur oblátio. Per Christum.

**Post communionem**

Redemptiόνis nostræ múnere vegetáti, quæsumus, Dómine, ut hoc perpétuæ salutis auxílio fides semper vera proficiat. Per Dóminum.

## 18. PRO CHRISTIANIS PERSECUTIONE VEXATIS

*Dici potest una Missa de Communi martyrum, p. 422.*

### Collecta

Deus, qui inscrutabili providentia passionibus Filii tui vis Ecclesiam sociari, presta fidelibus tuis, in tribulatione propter nomen tuum versantibus, spiritum patientiae et caritatis, ut promissionum tuarum fide inveniuntur testes atque veraces. Per Dominum.

### Super oblata

Suscipe, quaesumus, Domine, humilitatis nostrae preces et hostias, et presta, ut, qui, tibi fideliter servientes, hominum persecuciones patiuntur, gaudeant se Christi Filii tui sacrificio sociari, et sua sentiant inter electorum nomina scripta esse in caelis. Per Christum.

### Post communionem

Per huius sacramenti virtutem famulos tuos, Domine, in veritate confirma, et fidelibus tuis in tribulatione positus concede, ut, crucem sibi post Filium tuum baiulantes, christiano nomine iugiter valeant inter adversa gloriari. Per Dominum.

## II. PRO NOSTRO ORDINE

### 19. IN CAPITULO GENERALI

#### Prima die Capituli Generalis

*Missa A de Spiritu Sancto, p. 457, praeter orationes quae sequuntur.*

### Collecta

Quos in nomine tuo, sancte Pater, per Filium tuum congregasti, per Spiritum sanctitatis duc in omnem veritatem, ut per omnia voluntati tuae unanimiter obsequamur. Per Dominum.

### Super oblata

Haec oblatio, quaesumus, Domine, cordis nostri cogitationes emundet, ut Sancti Spiritus digna efficiatur habitatio. Per Christum.

### Post communionem

Divina libantes mysteria, quaesumus, Domine, ut Sancti Spiritus gratia corda nostra illuminet, et perfectae caritatis dulcedine abundanter reficiat. Per Dominum.

### Secunda die Capituli Generalis

Missa B de B. Virgine Maria, p. 468.

### Tertia die Capituli Generalis

Missa pro pace quæ sequitur, cum orationibus p. 489.

#### Introitus

**S**ALUS pópuli ego sum, dicit Dóminus: de quacúmque tribulatióne clamáverint ad me, exáudiam eos: et ero illórum Dóminus in perpétuum.

**Ps 77, 1:** Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei.

#### Alleluia 1

Ps 147, 3

Allelúia. **V/** . Qui pósuit fines tuos pacem, et ádipe fruménti sátiat te. Allelúia.

#### Alleluia 2

Mt 28, 2

Allelúia. **V/** . Angelus Dómini descéndit de cælo: et accédens revólvit lápidem, et sedébat super eum. Allelúia.

#### Pro Capitulo Generali monialium:

#### Responsorium

Ps 121, 1.7

**R/**. Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Dómini íbimus.

**V/** . Fiat pax in virtúte tua: et abundántia in túrribus tuis.

#### Alleluia

Ps 147, 3

Allelúia. **V/** . Qui pósuit fines tuos pacem, et ádipe fruménti sátiat te. Allelúia.

#### Ant. ad offertorium

Ps 137, 7

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me, Dómine, et super iram inimicórum meórum exténdes manum tuam, et salvum me fáciet délixtera tua.

#### Ant. ad communionem

Ps 118, 4-5

Tu mandásti mandáta tua custodíri nimis: útinam dirigántur viæ meæ ad custodiéndas iustificatiónes tuas. Allelúia, allelúia.

## 20. PRO ELIGENDO PRIORE

Missa de Spiritu Sancto, p. 457, vel p. 458.

#### Collecta

Adsit nobis, quæsumus, Dómine, Pater sancte, virtus Spíritus Sancti, cuius inspiratióne dóciles, eum priórem elígere possimus qui, Fílio tuo confórmis, nobis pater simul fiat et mater, ut, una cum eo, perfectiÓNem nostræ vocatiÓNis attingere valeámus. Per Dóminum.

## 21. PRO VOCATIONIBUS AD VITAM CARTUSIENSEM

Dici potest Missa B de Communi pastorum, p. 428, aut Missa A de Communi monachorum, p. 436.

### Collecta

Deus, qui omni tēpore fámulos quos in solitúdinem ducis íntimo amóre tibi uníre elegísti, exáudi preces Ecclésiæ tuæ, ut in diébus quoque nostris hómines, qui in desérto ad laudem nóminis tui vivant, vocáre et roboráre dignéris. Per Dóminum.

### Super oblata

Múnera quæ tibi offérimus, Pater sancte, súscipe miserátus, et ómnibus, qui Fílium tuum per arctam viam imitári læta sibi mente propónunt, communióne concéde fraternam et spiritálem libertátem. Per Christum.

### Post communionem

Fámulos tuos, Dómine, spiritáli cibo potúque confírma, ut, evangélicæ semper vocatióni fidéles, vivam ubíque Fílii tui imáginem repræséntent. Qui tecum.

## 22. IN VISITATIONE CANONICA

Missa de Spiritu Sancto, p. 457, cum collecta sequenti.

### Collecta

Emítte super nos et hos fratres nostros, Dómine, spíritum pietátis et consílii, ut nostrum servítium tibi pláceat, et dilectiÓNem pacémque Christi in córdibus áugeat. Qui tecum.

## 23. PRO PERSEVERANTIA IN ORDINE

### Collecta

Deus, qui nos post sanctum Brunónem ad serviéndum tibi in solitudine vocásti, eius nobis intercessiÓne perseverántiæ donum concéde, ut, per huius mundi varietátes, tibi iúgiter vacémus. Per Dóminum.

### Super oblata

Offeréntes tibi hóstiam laudis, quæsumus, Dómine, ut nos in sancto propósito Spíritus ille confírmet, cui beátus pater Bruno munus gratum se devóvit. Per Christum.

### Post communionem

His sacraméntis et fratérna compáge caritátis coniúcti, quæsumus, Dómine, ut, tuo auxílio sóbrii, símplices, unánimes et quiéti, in propósito nostro ita perseverémus, ut nostra vita concórdet cum nómine, et proféssio sentiátur in ópere. Per Dóminum.

### III. AD DIVERSA

#### 24. PRO PATRIA ET EIUS MODERANTIBUS

##### Collecta

Deus, qui mirabili consilio univérſa dispónis, súscipe benígnus quas pro pátria nostra tibi fúndimus preces, ut sapiéntia moderatórum et honestáte cívium concórdia et iustítia firméntur, atque fiat cum pace prospéritas perpétua. Per Dóminum.

##### Super oblata

Preces ad te clamántium, Dómine, propitiátus exáudi, et, Ecclésiæ tuæ oblatióne suscepta, præsta, ut omnes hómnes spíritu filiórú Dei repleántur, quátenus, inæqualitátibus in caritáte superátis, una fiat in tua pace populórum família. Per Christum.

##### Post communionem

Uno pane refécti, quo humánam famíliam iúgiter instáuras, quæsumus, Dómine, ut, ex unitátis participatióne sacraménti, válidum et purum hauriámus amórem ad progrediéntes pópulos iuvándos, et ad opus iustítiæ, inspiránte caritáte, perficiéndum. Per Dóminum.

#### 25. PRO PROFUGIS ET EXSULIBUS

##### Collecta

Dómine, cui nullus est aliénus, nemo ab opitulatióne longínquus, prófugos et éxsules, segregátos hómnes puerósque dispérsos propítius intuére, ut illis réditus in pátriam, nobis erga egénú et ádvenam a te benígnitas tribuátur. Per Dóminum.

##### Super oblata

Dómine, qui tuum voluísti Fílium pónere ánimam suam, ut in unum tuos dispérsos fílios congregáret, præsta, ut hæc pacífica oblátio communióne obtíneat animórum, et caritátem fraternitátis adáugeat. Per Christum.

##### Post communionem

Dómine, qui nos uno pane et uno cálice refecísti, da fíliis tuis humanitátem in ádvenas et derelíctos sincéro corde sectári, ut omnes in terra vivéntium congregári dénique mereámur. Per Dóminum.

#### 26. PRO FAME LABORANTIBUS

##### Collecta

Deus, qui bonus et omnípotens ómnibus próvides creatúris, effícacem da nobis dilectiÓNem erga fratres cibórum inópiam patiéntes, ut, fame depúlſa, líbero ac secúro corde tibi váleant deservíre. Per Dóminum.

**Super oblata**

Réspice, Dómine, oblatiónem, quam tibi de tuis datis óptimis exhibémus, ut, quæ divínæ abundántiam vitæ et unitátem in caritaté significat, ad æquam nos partitiónem mutuúmque impéllat fraternitátis officium. Per Christum.

**Post communionem**

Deus, Pater omnípotens, súplices te rogámus, ut panis vivus, qui de cælo descendit, ad fratres ínopes nos róboret sublevándos. Per Dóminum.

**27. PRO CAPTIVIS ET IN CARCERE DETENTIS****Collecta**

Omnípotens et miséricors Deus, cui soli patent córdium secréta, qui iustum agnóscis et ímpium iustificáre vales, exáudi preces nostras pro fámulis tuis in cárcere deténtis, et præsta, ut per paciéntiam et spem in afflictióné sublevéntur, et cítius váleant sine offensióne ad própria revérte. Per Dóminum.

**Super oblata**

Per humanæ redemptiónis salutáre sacraméntum, quod tibi, Dómine, offérimus, præsta, ut fámuli tui a captivitaté solvántur, et ánimæ perpétua gáudeant libertáte. Per Christum.

**Post communionem**

Nostræ libertátis pretium recoléntes, tuam, Dómine, pro frátribus nostris implorámus cleméntiam, ut a vínculis solvántur, et servi fiant iustítiæ tuæ. Per Dóminum.

**28. PRO FAMILIARIBUS ET AMICIS****Collecta**

Deus, qui caritátis dona, per grátiam Sancti Spíritus, tuórum fidélium córdibus infudísti, da fámulis tuis, pro quibus tuam deprecámur cleméntiam, salutem mentis et córporis, ut te tota virtúte díligant, et, quæ tibi sunt plácita, tota dilectióné perfícient. Per Dóminum. **Super oblata**

Miserére, Dómine, fámulis tuis, pro quibus hoc laudis sacrificium tuæ offérimus maiestáti, ut, per hæc sancta, supérnæ benedictiónis grátiam obtíneant, et glóriam æternæ beatitúdinis acquirant. Per Christum.

**Post communionem**

Te quæsumus, Dómine, suméntes divína mystéria, ut fámulis tuis, quibus dedísti in nos caritátem, indulgéntiam tríbuas peccatórum, consolatiónem vitæ gubernationémque perpétuam, quátenus nos omnes, tibi unánimes serviéntes, ante faciém tuam congaudéntes perveníre mereámur. Per Dóminum.



## 29. PRO AFFLIGENTIBUS NOS

**Collecta**

Deus, qui caritatis tuæ præcepto voluisti, ut nos affligentibus amorem impendamus sincèrum, da nobis ita novæ legis sequi mandata, ut bona pro malis reddere et alii aliorum ónera portare studeamus. Per Dóminum.

**Super oblata**

Pacem cum ómnibus habere cupientes, tibi, Dómine, pro his qui nobis adversantur hoc sacrificium offerimus, et Filii tui mortem commemoramus, per quam, cum inimici essemus, tibi reconciliati sumus. Per Christum.

**Post communionem**

Per hæc pacis nostræ mystéria, da nos, Deus, cum ómnibus esse pacíficos, et eos qui nobis adversantur tibi gratos efficere, nobisque placatos. Per Dóminum.

## 30. PRO VIVIS ET DEFUNCTIS

**Collecta**

Omnípotens sempitérne Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, te suppliciter exoramus, ut, pro quibus effundimus preces, pietatis tuæ cleméntia delictorum suorum véniam consequantur, et de te beati congáudeant ac te sine fine collaudent. Per Dóminum.

**Super oblata**

Deus, cui soli cógnotus est número electórum in supérna felicitate locandus, tríbue, quæsumus, per hæc sancta mystéria, ut nómina fidélium quos in oratione commendatos suscepimus, liber vitæ ascripta retíneat. Per Christum.

**Post communionem**

Puríficent nos, quæsumus, omnípotens et miséricors Deus, sacraménta quæ sumpsimus, et præsta, ut hoc sacrificium sit nobis intercésio ad véniam, sit fortitúdo fragílium, sit in periculis firmaméntum, sit vivis atque defúctis remíssio ómnium peccatórum, et pignus redemptionis æternæ. Per Dóminum.



# MISSÆ DEFUNCTORUM



# MISSÆ DEFUNCTORUM

Orationes require infra, p. 3 et sequentibus.

## MISSA A

### Introitus

Ps 73, 20.19.22.23

**R**ESPICE, Dómine, in testaméntum tuum, et ánimas páuperum tuórum ne derelínquas in finem: exsúrge, Dómine, et iúdica causam tuam, et ne obliviscáris voces quæréntium te.

Ps 73, 12: Deus autem rex noster ante sácula operátus est salútem in médio terræ.

Non dicitur Gloria Patri.

Réspice, Dómine.

### Responsorium

Ps 22, 4

**R/.** Si ambulávero in médio umbræ mortis non timébo mala, quóniam tu mecum es, Dómine.

**V/.** Virga tua et báculus tuus, ipsa me consoláta sunt.

### Alleluia

Ps 121, 1

Allelúia. **V/.** Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus. Allelúia.

In Quadragesima, omittitur Allelúia, nec dicitur tractus.

### Ant. ad offertorium

Ps 6, 5

Dómine, convértere, et éripe ánimam meam; salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Præfatio de defunctis, p. 267.

### Ant. ad communionem

Io 11, 25-26

Ego sum resurréctio et vita: qui credit in me, étiam si mórtuus fúerit, vivet: et omnis qui vivit et credit in me, non moriétur in ætérnum.

## MISSA B

## Introitus

Cf. 4 Esdr 2,34-35

**R**EQUIEM ætérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis.

**Ps 64, 2-3:** Te decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi reddétur votum in Ierúsalem: exáudi oratióem meam, ad te omnis caro véniet.

**Non dicitur** Glória Patri.

Réquiem ætérnam.

## Responsorium

Cf. Ps 24, 13

**R/.** Réquiem ætérnam dona eis, Dómine: et lux perpétua lúceat eis.

**V/.** Animæ eórum in bonis demoréntur, et semen eórum heréditet terram.

## Tractus

Ps 129, 1-5

De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi vocem meam.

**V/.** Fiant aures tuæ intendéntes in oratióem servi tui.

**V/.** Si iniquitátes observáveris, Dómine: Dómine, quis sustinébit?

**V/.** Quia apud te propitiátio est: et propter legem tuam sustínui te, Dómine.

**Tempore paschali, omisso tractu, dicitur eius loco:**

## Alleluia

Ps 121, 1

Allelúia. **V/.** Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi: In domum Dómini íbimus. Allelúia.

**Ant. ad offertorium**

Dómine Iesu Christe, Rex glóriæ, líbera ánimas fidélium defunctórum de pœnis inférni, et de profúndo lacu; líbera eas de ore leónis, ne absórbeat eas tártarus, ne cadant in obscúra tenebrárum loca; sed sígnifer sanctus Míchael Archángelus repræséntet eas in lucem sanctam, quam olim Abrahæ promisísti et sémini eius.

**Præfatio de defunctis, p. 267.**

**Ant. ad communionem**

Cf. 4 Esdr 2,35

Lux ætérna lúceat eis, Dómine, cum Sanctis tuis in ætérnum, quia pius es.

## MISSA C

## Introitus

In Quadragesima, omittuntur allelúia.

Mt 25, 34

**V**ENITE, benedícti Patris mei, percípite regnum, allelúia, quod vobis parátum est ab orígine mundi, allelúia, allelúia, allelúia.

Ps 117, 1: Confitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in sáeculum misericórdia eius.

## Responsorium

Ps 121, 1.7

**R/**. Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Dómini íbimus.

**V/** . Fiat pax in virtúte tua, et abundántia in túrribus tuis.

## Alleluia

Ps 110, 9

Allelúia. **V/** . Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo. Allelúia.

In Quadragesima, omittitur Allelúia, nec dicitur tractus.

Tempore paschali, omisso responsorio, dicitur:

## Alleluia 1

Ps 110, 9

Allelúia. **V/** . Redemptiónem misit Dóminus pópulo suo.

## Alleluia 2 (per totum tempus paschale)

Ps 117, 1

Allelúia. **V/** . Confitémini Dómino, quóniam bonus, quóniam in sáeculum misericórdia eius. Allelúia.

## Ant. ad offertorium

Ps 123, 7

Anima nostra, sicut passer, erépta est de láqueo venántium: láqueus contrítus est, et nos liberáti sumus (**T.P.** allelúia).

Præfatio de defunctis, p. 267.

## Ant. ad communionem (extra tempus paschale)

Ps 22, 1-2

Dóminus regit me, et nihil mihi déerit: in loco páscuæ ibi me collocávit: super aquam refectiónis educávit me.

## (Tempore paschali)

1P2,9

Pópulus adquisitiónis, annuntiáte virtútes eius, allelúia, qui vos de ténebris vocávit in admirábile lumen suum, allelúia.

## ORATIONES PRO DEFUNCTIS

Quamvis sequentes orationes pro defunctis commoditatis causa proponantur, omnes textus cum aliis commutari possunt, mutatis tamen, pro cuiusvis circumstantiæ opportunitate, genere, numero et verbis quæ minus apta evadant. In orationibus ubi **habentur** famulorum, famulis, famulos **vel** fratres, **addi possunt** famularum, famulabus, famulas, sorores.

In conventu tamen, Prioris est orationes adhibendas ordinare.

### 1. IN ANNIVERSARIIS

#### A

##### Collecta

Deus indulgentiarum, Dómine, da animabus famulorum tuorum, quorum anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per Dóminum.

##### Super oblata

Propitiare, Dómine, supplicationibus nostris pro animabus famulorum tuorum, quorum hodie ánnua dies ágitur, pro quibus tibi offerimus sacrificium laudis, ut eas Sanctorum tuorum consortio sociare digneris. Per Christum.

##### Post communionem

Præsta, Dómine, quæsumus, ut animæ famulorum tuorum, quorum anniversarium depositionis diem commemoramus, his purgatae sacrificiis, indulgentiam pariter et requiem capiant sempiternam. Per Dóminum.

#### B

##### Collecta

Omnipotens et misericors Deus, cuius Fílius voluntarie pro nobis carnis subit mortem, concede propitius famulis tuis admirabili eius resurrectionis victoriæ sociari. Qui tecum.

##### Super oblata

Omnipotens et misericors Deus, his sacrificiis áblue, quæsumus, famulos tuos defunctos a peccatis eorum in Sanguine Christi, ut, quos mundasti aqua baptismatis, indesinenter purifices indulgentia pietatis. Per Christum.

##### Post communionem

Sumpto sacramento Unigeniti tui, qui pro nobis immolatus resurrexit in gloria, te, Dómine, suppliciter exoramus pro famulis tuis defunctis, ut, paschalis mysteriis mundati, futuræ resurrectionis munere gloriéntur. Per Dóminum.



## 2. PRO TRICENARIIS

(Nisi habeatur oratio propria)

### A

#### Collecta

Inclína, Dómine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súplices deprecámur, ut ánimas famulórum tuórum quas de hoc sæculo migráre iussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas, et Sanctórum tuórum iúbeas esse consórtes. Per Dóminum.

#### Super oblata

Absólve, Dómine, his sacrificiis, ánimas famulórum tuórum ab omni vínculo delictórum, ut in resurrectiόνis glória inter Sanctos tuos resuscitáti respírent. Per Christum.

#### Post communionem

Annue nobis, Dómine, ut ánimæ famulórum tuórum pro quibus hoc sacrificium tuæ obtúlimus maiestáti, remissionem quam semper optavérunt, mereántur percípere peccatórum. Per Dóminum.

### B

#### Collecta

Deus, Pater omnípotens, qui nos crucis mystério confirmásti et Fílii tui resurrectiόνis sacraménto signásti, concéde propítius fámulis tuis, ut electórum tuórum aggregéntur consórtio. Per Dóminum.

#### Super oblata

Pro famulórum tuórum salúte hóstias tibi, Dómine, suppliciter offérimus tuam cleméntiam deprecánte, ut, qui Fílium tuum pium Salvatórem esse non dubitavérunt, misericórdem Iúdicem invéniant. Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum.

#### Post communionem

Dómine Deus, cuius Fílius in sacraménto Córporis sui viáticum nobis relíquit, concéde propítius, ut per hoc fratres nostri ad ipsam Christi pervéniant mensam ætérnam. Qui tecum.

### 3. PRO BENEFACTORIBUS

#### A

##### Collecta

Omnípotens sempitérne Deus, cui numquam sine spe misericórdiæ supplicátur, propitiáre animábus famulórum tuórum, ut qui de hac víta in tui nóminis confessióne discessérunt, Sanctórum tuórum número fácias aggregári. Per Dóminum.

##### Super oblata

Propitiáre, quæsumus, Dómine, animábus famulórum tuórum, pro quibus hóstias placatiónis offérimus, et quia in hac luce in fide mansérunt cathólica, in futúra vita eis retribútio condonétur æténa. Per Christum.

##### Post communionem

Sumptis, Dómine, redemptiόνis sacraméntis, præsta, quæsumus, ut ánimas famulórum tuórum ab Angelis lucis suscéptas, in præparáta habitácula dedúci fácias Beatórum. Per Dóminum.

#### B

##### Collecta

Deus, cui soli cómpetit vitam post mortem præstáre, líbera fámulos tuos ab ómnibus peccátis, ut, qui Christi tui resurrectiόνem credidérunt, témpore resurrectiόνis gloriósi tibi iungántur. Per Dóminum.

##### Super oblata

Sacrificíum tibi, Dómine, pro fámulis tuis supplicíter offérimus, ut, qui te iam dono tuæ illuminatiónis agnovérunt, tibi adhærere perpétuo læténtur. Per Christum.

##### Post communionem

Prosit, quæsumus, Dómine, animábus famulórum tuórum sacrificíum Ecclésiæ tuæ, ut, cum Sanctis, Christi consórtium invéniant, cuius misericórdiæ consecúti sunt sacraméntum. Per Dóminum.

### 4. PRO PAPA

##### Collecta

Deus, immortalis pastor animárum, réspice pópulum supplicántem, et præsta, ut fámulus tuus Papa **N.**, qui Ecclésiæ tuæ in caritate præfuit, fidélis dispensatóris remuneratióne cum grege sibi crédito misericórditer consequátur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Oblatióem pacíficam pópuli tui, quæsumus, Dómine, propítius intuere, qua ánimam fámuli tui Papæ **N.** tuæ misericórdiæ fidénter commítimus, et præsta, ut, qui tuæ caritátis et pacis in humána família fuit instruméntum, eárum fructu cum Sanctis tuis perpétuo lætári mereátur. Per Christum.

**Post communionem**

Ad mensam æténi accedéntes convívii, misericórdiam tuam, Dómine, pro ánima fámuli tui Papæ **N.** suppliciter implorámus, ut veritátis possessióne tandem congáudeat, in qua pópulum tuum fidénter confirmávit. Per Dóminum.

**5. PRO EPISCOPO VEL PRESBYTERO****Collecta**

Preces nostras, quæsumus, Dómine, quas pro ánimæ fámuli tui **N.** epíscopi (**vel** presbýteri) salúte suppliciter deférimus, propitiátus exáudi, ut, qui nómini tuo ministérium fidéle depéndit, perpétua Sanctórum tuórum societáte lætétur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Nostris, Dómine, propitiáre munéribus, ut fámulus tuus **N.** epíscopus (**vel** presbyter) assumátur in glóriam cum Fílio tuo, cuius magno pietátis iúngimur sacraménto. Per Christum.

**Post communionem**

Sumptis salutáribus sacraméntis, implorámus, Deus, cleméntiam tuam, ut fámulum tuum **N.** epíscopum (**vel** presbýterum), quem fecísti mysteriórum tuórum dispensatórem in terris, eórum fácias in cælis apérta veritáte nutriri. Per Dóminum.

**6. PRO LAICO, SIVE VIRO, SIVE MULIERE****Collecta**

Absólve, quæsumus, Dómine, fámulum tuum (**vel** fámulam tuam) **N.** ab omni vínculo delictórum, ut, qui (**quæ**) in hoc sæculo Christo mérui conformári, in resurrectiόνis glória inter Sanctos tuos resuscitátus (**resuscitata**) respíret. Per Dóminum.

**Super oblata**

Omnípotens sempitérne Deus, cuius Fílius panem vitæ nobis præbuit semetípsum, et sánguinem suum in póculum salútis effúdit, miserére fámuli tui (**vel** fámulæ tuæ) **N.**, ut, quod tibi offérimus, sit illi cáusa salútis. Per Christum.

**Post communionem**

Vitalibus refecti sacramentis, quæsumus, Dómine, ut ánima fratris nostri (vel soróris nostræ) **N.**, quem (quam) testaménti tui partícipem effecísti, huius mystérii purificáta virtúte, in pace Christi sine fine lætétur. Qui tecum.

**7. PRO MONACHO VEL MONIALI****Collecta**

Oriátur, quæsumus, Dómine, super fratrem nostrum (vel sorórem nostram) dies sine occásu, ut qui (vel quæ) in abscondito facièi tuæ fidéliter tibi adhæsit, nunc reveláta faciè te incessánte conspíciat. Per Dóminum.

**Super oblata**

Propitiáre, Dómine, fratri nostro (vel soróri nostræ) pro cuius salúte hoc tibi sacrificium offérimus, ut qui (vel quæ) Christo vitam suam devóvit, cum fidélibus servis exsúrgat in glóriam. Per Christum.

**Post communionem**

Recreáti sacri múnere alimónia, quæsumus, Dómine, ut frater noster (vel soror nostra) **N.**, mortis vínculis absolútus (vel absolúta), resurrectiónis Fílii tui participatióne lætétur. Qui tecum.

**8. PRO FRATRIBUS ET SORORIBUS NOSTRI ORDINIS****Collecta**

Deus, vénia largítor, et humánæ salútis auctor, quæsumus cleméntiam tuam, ut nostri Ordinis fratres et soróres qui ex hoc sáculo transiérunt, beáta María semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas. Per Dóminum.

**Super oblata**

Deus, cuius misericórdiæ non est númerus, súscipe propítius preces humilitátis nostræ, et animábus fratrum nostrórum et sorórum, quibus tui nóminis dedísti confessiónem, per hæc sacraménta nostræ salútis, cunctórum tríbue véniam peccátorum. Per Christum.

**Post communionem**

Præsta, miséricors Deus, ut animæ famulórum et famulárum tuárum pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ obtúlimus maiestáti, per huius virtútem sacraménti a peccátis ómnibus expiátæ, lucis perpétuæ te miseránte recípiant beatitúdinem. Per Dóminum.

## 9. PRO IIS QUI IN CÆMETERIO REQUIESCUNT

**Collecta**

Deus, cuius miseratióne ánimæ fidélium requiêscunt, fámulis tuis ómnibus hic et ubíque in Christo quiescéntibus da propítius véniam peccatórum, ut a cunctis reátibus absolúti, tecum sine fine læténtur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Pro animábus hic et ubíque in Christo dormiéntium hóstiam, Dómine, súscipe benígnus oblátam, ut hoc sacrificio singulári vínculis mortis exútæ vitam mereántur ætérrnam. Per Christum.

**Post communionem**

Meménto, Dómine, famulórum tuórum quorum córpora hic custodímus, ut semen immortalitátis quod per hunc Cibum recepérunt, in fructum ætérrnæ glóriæ flóreat. Per Dóminum.

## 10. PRO PATRE ET MATRE

**Collecta**

Deus, qui nos patrem et matrem honoráre præcepísti, miserére cleménter animábus patris et matris meæ, eorúmque peccáta dimítte, meque cum illis in ætérrnæ claritátis gáudio constítue. Per Dóminum.

**Super oblata**

Súscipe, quæsumus, Dómine, sacrificium quod tibi pro animábus patris et matris meæ offérimus, eisque gáudium sempitérrnum in regióne vivórum concéde, meque cum illis felicitáti Sanctórum coniúnge. Per Christum.

**Post communionem**

Cæléstis participátio, Dómine, sacraménti animábus patris et matris meæ réquiem et lucem obtíneat perpétuam, meque cum illis glória tua satíet sempitérrna. Per Dóminum.

## 11. PRO CUNCTIS FIDELIBUS DEFUNCTIS

**Collecta**

Fidélium, Deus, ómnium cónditor et redémptor, animábus famulórum tuórum, remissionem cunctórum tríbue peccatórum, ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatió nibus consequántur. Per Dóminum.

**Super oblata**

Hóstias, quæsumus, Dómine, quas tibi pro animábus famulórum tuórum offérimus, propitiátus inténde, ut, quibus fidei christiánæ méritum contulísti, dones et præmíum. Per Christum.

**Post communionem**

Animábus, quáesumus, Dómine, famulórum tuórum orátio proficiat supplicántium, ut eas, his sacrificiis, et a peccátiis ómnibus éxuas, et tuæ redemptionis fácias esse partícipes. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**12. PRO VIVIS ET DEFUNCTIS**

**Vide p. 505.**

## APPENDICES





## APPENDIX I

### ORDO BENEDICTIONIS CALICIS ET PATENÆ

Benedictio calicis et patenæ laudabiliter fit intra Missam, quamquam etiam extra Missam fieri potest. Si calix tantum aut patena benedicenda est, textus opportune aptentur. Quilibet presbyter calicem et patenam benedicere potest.

In Missa conventuali, loco antiphonæ ad offertorium, ad libitum cantari potest sequens:

Antiphona

Ps 115, 13a.17a

Cálicem salutáris accípiam, et sacrificábo hóstiam laudis.

(Vide Vesperale, p. 124.)

Cantata antiphona ad offertorium vel antiphona prædicta, vel, in Missa lecta, proclamato Evangelio, calix et patena a ministro in altari deponuntur. Tunc presbyter dicit:

Orémus.

Et omnes per aliquod temporis spatium silentio orant.

Deinde presbyter prosequitur:

In altári tuo, Dómine Deus, hunc cálicem et hanc paténam ad novi fœderis sacrificium celebrándum cum gáudio depónimus: Fílii tui Corpus et Sanguis, quæ in eis offerúntur et sumúntur, vasa hæc sancta efficiant. Præsta, quæsumus, Dómine, ut, sacrificia illibáta celebrántes, tuis in terra reficiámur sacraméntis tuóque imbuámur Spíritu, donec in regno cælórum tuo cum Sanctis fruámur convívio. Tibi glória et honor in ætérnum.

**Omnes:** Amen.

Postea minister ponit panem in patena, et vinum in calicem infundit. Deinde presbyter ritum offertorii prosequitur more solito, dicens:

De látere...

Quoad benedictionem sedis, ambonis vel tabernaculi, servantur ritus in *Rituáli Romano* descripti. Pro benedictione lectorii, adhibetur ritus benedictionis novi ambonis, mutatis verbis mutandis.

## APPENDIX II

## SPECIMINA ORATIONIS UNIVERSALIS

## ADMONITIONES PRESBYTERI

1. Ad Deum Patrem omnipoténtem,  
qui vult omnes hómines salvos fíeri  
et ad agnitiónem veritátis veníre,  
tota mentis nostræ, fratres caríssimi, dirigátur orátio.

2. Fratres, in oratióne unánimes  
pro ómnibus homínibus Dóminum deprecémur,  
ut quiétam et tranquíllam vitam ágere  
atque ad ætérnam beatitúdinem perveníre váleant.

3. In unum congregáti, fratres caríssimi,  
ad Dei nostri benefícia recolénda,  
rogémus eum, ut ipse nobis vota  
subíciat, quæ dígne possit audíre.

4. Omnes huc convénimus, fratres caríssimi,  
ad redemptiónis nostræ recolénda mystéria;  
rogémus ergo Deum omnipoténtem,  
ut mundus univérsus his totíus benedictiónis  
et vitæ fóntibus irrigétur.

## INTENTIONES

## A – PRO NECESSITATIBUS ECCLESIAE

1. Pro Ecclésia sancta Dei;  
ut Dóminus eam custodíre et vivificáre dignétur.

2. Pro Románo Pontífice;  
ut Dóminus eum donis répleat spiritálium gratiárum.

3. Pro Epíscopo nostro;  
ut Spíritus, quem Apóstoli accepérunt, semper cum eo máneat.

4. Pro minístris Ecclésiæ;  
ut Evangélio, quod áliis annúntiant, ipsi fidéliter adhæreant.

5. Pro cuncto pópulo Dei;  
ut eum Dóminus in unum congregáre et in toto orbe terrárum régere dignétur.

6. Ad intentiónem Summi Pontíficis;  
ut omnes ministri Regni Dei hómines ad sanctitátem perducere váleant.

7. Pro frátribus nostris seiúctis;  
ut Deus nos cum eis in unum Corpus coniúgere dignétur.

8. Pro iis qui sunt extra Ecclésiam et Christum nondum  
cognovérunt; ut in Eo Lucem mundi agnóscere váleant.

## **B – PRO SALUTE TOTIUS MUNDI**

1. Pro pópulis et pro eórum moderatóribus;  
ut bonum commúne indesinéter fóveant.

2. Pro superióriibus nostris;  
ut eórum mentes Dóminus secúndum voluntátem suam dírigat ad ómnium  
bonum promovéndum.

3. Pro iis qui auctoritátem exércent;  
ut nos in pace vívere in conspéctu Dei ádiuvent.

4. Pro pace et prosperitáte famíliæ humánæ;  
ut Princeps Pacis in toto mundo pacem effúndere dignétur.

5. Pro totíus orbis pópulis;  
ut inter eos Dóminus concórdiam serváre dignétur.

6. Pro iis qui pro iustítia et dilectióne in mundo  
adlabórant; ut Christus sit pax nostra.

## **C – PRO AFFLICTIS**

1. Pro iis qui errant in ténebris  
peccáti; ut viam vitæ inveníre váleant.

2. Pro nobismetípsis ceterisque peccatóribus;  
ut Deus fáciem suam a peccátis nostris avértere dignétur.

3. Pro ómnibus qui váriis premúntur necessitátibus;  
ut omnes Dóminus subleváre dignétur.

4. Pro ómnibus persecutióne vexátis;  
ut eos Dóminus misericórditer liberáre dignétur.

5. Pro infírmiss;  
ut quemádmódum Passiόνis Christi, ita et Resurrectiόνis eius partícipes esse  
mereántur.

6. Pro iis, qui fame, infirmitate vel solitudine tribulantur;  
ut per mysterium hodiernae festivitatis tam mente quam corpore sublevantur.

7. Pro fratribus nostris afflictis;  
ut eorum tristitia vertatur in gaudium, quod nemo ab eis tollere possit.

8. Pro afflictis et tentatis;  
ut Dominus illos gratia sua roborare dignetur.

## D – PRO COMMUNITATE LOCALI

1. Pro omnibus Deo consecratis;  
ut lumine cordibus eorum infuso dignitatem vocationis suae comprehendere eos faciat.

2. Pro Ordine nostro;  
ut in fraternae dilectionis unitus ad laudem et gloriam Dei vivere valeat.

3. Pro pastoribus nostris;  
ut munus suum sapienter et diligenter exercere valeant.

4. Pro familia nostra monastica;  
ut simus cor unum et anima una.

5. Pro nobismetipsis ac pro nostra communitate;  
ut nos omnes Dominus hostiam sibi acceptabilem admittere dignetur.

6. Pro fratribus nostris qui in afflictione versantur;  
ut Deus illos adiuvet et propitius consolatur.

7. Pro benefactoribus nostris;  
ut Dominus illos mensura supereffluente remunerari dignetur.

8. Pro iunioribus qui ad nos veniunt; ut  
Spiritus Sancto obediētes evadant.

## E - INTENTIONES PARTICULARES

1. Pro fratre nostro (sorora nostra) **N.** qui hodie in Domo **N.** vota sua emittit; ut hilari corde in sacrificio spiritali Domino sese offerat.

2. Pro fratribus (sororibus) nostris anniversarium consecrationis suae hodie commemorantibus;  
ut in dies Christo conformentur.

3. Pro Capitulo Generali quod his diebus celebratur;  
ut ordinationes eius in spiritu pacis et veritatis fiant.

4. Pro cognátis et amícis nostris necnon pro ómnibus qui se oratióibus nostris commendavérunt;  
ut Pater idóneos eos fáciat in partem sortis sanctórum in lúmine.

5. Pro **N.** qui in Dómino obdormívit (**vel:** pro defúntis qui nobis peculiári modo commendáti sunt);  
ut ad cænam Agni admittátur (**vel:** admittántur).

### ORATIONES CONCLUSIVÆ

1. Deus, refúgium nostrum et virtus,  
adésto piis Ecclésiæ tuæ précibus, auctor ipse pietátis,  
et præsta ut quod fidéliter pétimus, efficáciter consequámur.  
Per Christum Dóminum nostrum.

2. Confirma, Dómine, quæsumus, tuórum corda  
fidélium, et grátia tuæ virtúte corróbora,  
ut et in tua sint supplicatióne devóti,  
et mútua dilectiÓne sincéri.  
Per Christum Dóminum nostrum.

3. Deus, qui ómnia nosti  
atque omnes humanæ vitæ necessitátes cónspicis,  
preces súscipe in Te credéntium,  
et desidéria súpplicum benígnus exáudi.  
Per Christum Dóminum nostrum.

4. Fiant, Dómine, tuo grata conspéctui vota  
supplicántium, ut tua nobis misericórdia conferátur  
quod nostrórum non habet fidúcia  
meritórum. Per Christum Dóminum nostrum.

## APPENDIX III

## PRÆPARATIO AD MISSAM

## ORATIO S. AMBROSII

Ad mensam dulcissimi convívii tui, pie Dómine Iesu Christe,  
ego peccátor de própriis meis méritis nihil præsumens,  
sed de tua confídens misericórdia et  
bonitáte, accédere véreor et contremísco.

Nam cor et corpus hábeo multis crimínibus maculátum,  
mentem et linguam non caute custodítam. Ergo, o pia  
Déitas, o treménda maiéstas,  
ego miser, inter angústias deprehensus,  
ad te fontem misericórdiæ recúrro,  
ad te festíno sanándus,  
sub tuam protectiónem fúgio;  
et, quem Iúdicem sustinére néqueo,  
Salvatórem habére suspíro.

Tibi, Dómine, plagas meas osténdo,  
tibi verecúndiam meam détego.

Scio peccáta mea multa et magna, pro quibus tímeo:  
spero in misericórdias tuas, quarum non est número.  
Réspice ergo in me óculis misericórdiæ tuæ, Dómine  
Iesu Christe, Rex ætérne, Deus et homo, crucifíxus  
propter hóminem. Exáudi me sperántem in te:

miserére mei pleni misériis et peccátis,  
tu qui fontem miseratiónis numquam manáre cessábis.  
Salve, salutáris víctima,  
pro me et omni humáno gènere in patíbulo Crucis obláta.  
Salve, nóbilis et pretióse Sanguis,  
de vulnéribus crucifíxi Dómini mei Iesu Christi  
prófluens, et peccáta totíus mundi ábluens. Recordáre,  
Dómine, creatúræ tuæ,  
quam tuo sáanguine redemísti.

Pænitet me peccásse,  
cúpio emendáre quod feci.

Aufer ergo a me, clementíssime Pater,  
omnes iniquitátes et peccáta mea,  
ut, purificátus mente et córpore,  
digne degustáre mérear Sancta sanctorum.

Et concéde, ut hæc sancta prælibátio Córporis et Sáanguinis  
tui, quam ego indígnus súmeré inténdo, sit peccatorum  
meórum remíssio,  
sit delictórum perfécta purgátio,

sit túrpiū cogitatiōnum effugātio ac  
bonōrum sēnsuum regenerātio, operūmque  
tibi placēntium salūbris efficācia, ānimæ  
quoque et cōrporis  
contra inimicōrum meōrum insīdias firmīssima tuītio.  
Amen.

### ORATIO S. THOMÆ AQUINATIS

Omnīpotens sempitērne Deus,  
ecce accēdo ad sacramētum Unigēniti Fīlii  
tui, Dōmini nostri Iesu Christi,  
accēdo tamquam infīrmus ad mēdicum vitæ,  
immūndus ad fontem misericōrdiæ,  
cæcus ad lumen claritātis æternæ,  
pauper et egēnus ad Dōminum cæli et terræ. Rogo  
ergo immēnsæ largitātis tuæ abundāntiam,  
quātenus meam curāre dignēris infirmitātem,  
lavāre fœditātem, illumināre cæcitatē, ditāre  
paupertātem, vestīre nuditatē,  
ut panem Angelōrum, Regem regum et Dōminum domināntium,  
tanta suscipiam reverētia et humilitāte,  
tanta contritiōne et devotiōne, tanta puritatē et fide,  
tali propōsito et intentiōne, sicut expedit salūti  
ānimæ meæ.

Da mihi, quæso, domīnici Cōrporis et Sāguinis  
non solum suscipere sacramētum, sed etiā  
rem et virtūtem sacramēti.

O mitīssime Deus,  
da mihi Corpus Unigēniti Fīlii tui, Dōmini nostri Iesu Christi,  
quod traxit de Vīrgine Mariā, sic suscipere, ut cōrpori suo  
mystico mērear incorporāri  
et inter eius membra connumerāri.

O amantīssime Pater, concēde mihi dilēctum Fīlium tuum,  
quem nunc velātum in via suscipere propōno, revelāta  
tandem faciē perpētuo contemplāri:

Qui tecum vivit et regnat  
in sæcula sæculōrum.

Amen.

### ORATIO AD B. VIRGINEM MARIAM

O Mater pietātis et misericōrdiæ, beatīssima Virgo  
Mariā, ego miser et indīgnus peccātor  
ad te confūgio toto corde et affēctu,  
et precor pietātem tuam,  
ut, sicut dulcīssimo Fīlio tuo in Cruce pendēti astitīsti,

ita et mihi, mísero peccatóri, et sacerdotibus  
ómnibus, hic et in tota sancta Ecclésia hódie  
offeréntibus, cleménte assistere dignéris, ut, tua  
grátia adiúti,  
dignam et acceptábilem hóstiam  
in conspéctu summæ et indivíduæ Trinitátis  
offérre valeámus.  
Amen.

## GRATIARUM ACTIO POST MISSAM

### ORATIO S. THOMÆ AQUINATIS

Grátias tibi ago,  
Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus,  
qui me peccatórem, indígnum fámulum tuum,  
nullis meis méritis, sed sola dignatióne misericórdiæ tuæ  
satiáre dignátus es pretiósó Córpoze et Sáanguine Fílii  
tui, Dómini nostri Iesu Christi.  
Et precor, ut hæc sancta commúnio  
non sit mihi reátus ad pœnam,  
sed intercéssio salutáris ad véniam.  
Sit mihi armátúra fídei, et scutum bonæ voluntátis.  
Sit vitiórum meórum evacuátio, concupiscéntiæ et  
libídinis exterminátio, caritátis et paciéntiæ,  
humilitátis et obœdiéntiæ, omniúmque virtútum  
augmentátio: contra insídias inimicórum ómnium,  
  
tam visibílium quam invisibílium, firma defénsio:  
mótuum meórum, tam carnálium quam spiritálium,  
perfécta quietátio:  
in te uno ac vero Deo firma adhæsió,  
atque finis mei felix consummátio.  
Et precor te, ut ad illud ineffábile convívium  
me peccatórem perdúcere dignéris,  
ubi tu, cum Fílio tuo et Spírítu Sancto,  
Sanctis tuis es lux vera, satíetas plena,  
gáudium sempitérnum,  
iucúnditas consummáta et felícitas perfécta.  
Per Christum Dóminum nostrum.  
Amen.



**ASPIRATIONES AD SS.MUM REDEMPTOREM**

Anima Christi, sanctífica me.  
 Corpus Christi, salva me.  
 Sanguis Christi, inébria me.  
 Aqua láteris Christi, lava me.  
 Pássio Christi, confórta me.  
 O bone Iesu, exáudi me.  
 Intra tua vúlnera abscónde me.  
 Ne permíttas me separári a te.  
 Ab hoste malígno defénde me.  
 In hora mortis meæ voca me.  
 Et iube me veníre ad te,  
 ut cum Sanctis tuis laudem te  
 in sæcula sæculórum.  
 Amen.

**OBLATIO SUI**

Súscipe, Dómine, univérsam meam libertátem.  
 Accipe memóriam, intelléctum atque voluntátem omnem.  
 Quidquid hábeo vel possídeo, mihi largítus es:  
 id tibi totum restítuo,  
 ac tuæ prorsus voluntáti trado gubernándum.  
 Amórem tui solum cum grátia tua mihi dones,  
 et dives sum satis, nec áliud quidquam ultra posco.

**ORATIO AD DOMINUM NOSTRUM IESUM CHRISTUM CRUCIFIXUM**

En ego, o bone et dulcíssime Iesu,  
 ante conspéctum tuum génibus me provólvo, ac  
 máximo ánimi ardóre te oro atque obtéstor,  
 ut meum in cor vívidos fídei, spei et caritátis sensus,  
 atque veram peccatórum meórum pæniténtiam,  
 eáque emendándi firmíssimam voluntátem velis  
 imprímere; dum magno ánimi afféctu et dolóre  
 tua quinque vúlnera mecum ipse consídero  
 ac mente contéplor,  
 illud præ óculis habens,  
 quod iam in ore ponébat tuo David prophéta de te, o bone Iesu:  
 Foderunt manus meas et pedes meos:  
 dinumeraverunt ómnia ossa mea.

**ORATIO AD B. VIRGINEM MARIAM**

O María, Virgo et Mater sanctíssima,  
ecce suscépi dilectíssimum Fílium tuum,  
quem immaculáto útero tuo concepísti,  
genuísti, lactásti atque suavíssimis ampléxibus strinxísti.  
Ecce, cuius aspéctu lætabáris et ómnibus delíciis replebáris,  
illum ipsum tibi humíliter et amánte repræsénto et óffero,  
tuis brácciiis constringéndum, tuo corde amándum,  
sanctíssimæque Trinitáti in suprénum latríæ cultum,  
pro tui ipsíus honóre et glória  
et pro meis totiúsque mundi necessitátibus, offeréndum.  
Rogo ergo te, piíssima Mater,  
ímpetra mihi véniam ómnium peccatórum  
meórum, uberémque grátiam ipsi deinceps fidélius  
serviéndi, ac dénique grátiam finálem, ut eum  
tecum laudáre possim  
per ómnia sæcula sæculórum.  
Amen.

## INDEX ALPHABETICUS CELEBRATIONUM

Agathæ, virginis et martyris, die 5 februarii.....	333
Agnetis, virginis et martyris, die 21 ianuarii.....	326
Alfonsi Mariæ de Liguori, episcopi et Ecclesiæ doctoris, die 1 augusti.....	369
Aloisii Gonzaga, religiosi, die 21 iunii.....	356
Ambrosii, episcopi et Ecclesiæ doctoris, die 7 decembris.....	410
Andræ Dung-Lac, presbyteri, et sociorum, martyrum, die 24 novembris.....	407
Andræ Kim Tæ-gon, presbyteri et Pauli Chong Ha-sang et sociorum, martyrum, die 20 septembris.....	386
Andræ, apostoli, die 30 novembris.....	408
Angelorum Custodum, die 2 octobris.....	391
Annuntiatione Domini, die 25 martii.....	339
Anthelmi, monachi et episcopi, die 26 iunii.....	359
Antonii de Padova, presbyteri et Ecclesiæ doctoris, die 13 iunii.....	355
Antonii, abbatis, die 17 ianuarii.....	326
Artoldi, monachi et episcopi, die 8 octobris.....	393
Assumptione Beatæ Virginis Mariæ, die 15 augusti.....	375
Athanasii, episcopi et Ecclesiæ doctoris, die 2 maii.....	345
Augustini, episcopi et Ecclesiæ doctoris, die 28 augusti.....	380
Ayraldi, monachi et episcopi, die 3 ianuarii.....	323
B. Virginis Mariæ a Rosario, die 7 octobris.....	393
B. Virginis Mariæ Reginæ, die 22 augusti.....	377
Baptismate Domini, Die 13 ianuarii.....	67
Barnabæ, apostoli, die 11 iunii.....	354
Bartholomæi, apostoli, die 24 augusti.....	379
Basilii Magni, Gregorii Nazianzeni, die 2 ianuarii.....	323
Beatæ Virginis Mariæ, Matris Ecclesiæ, Feria secunda post Pentecostes.....	350
Beatricis, virginis et monachæ, die 25 novembris.....	407
Benedicti, abbatis, die 11 iulii.....	363
Bernardi, abbatis et Ecclesiæ doctoris, die 20 augusti.....	376
Bonaventuræ, episcopi et Ecclesiæ doctoris, die 15 iulii.....	364
Bonifatii, episcopi et martyris, die 5 iunii.....	354
Bonifatii, monachi et episcopi, die 14 iulii.....	363
Cæciliæ, virginis et martyris, die 22 novembris.....	406
Caroli Borromeo, episcopi, die 4 novembris.....	400
Caroli Lwanga et sociorum, martyrum, die 3 iunii.....	353
Catharinæ Senensis, virginis et Ecclesiæ doctoris, die 29 aprilis.....	344
Cathedra S. Petri, apostoli, die 22 februarii.....	336
Claræ, virginis, die 11 augusti.....	373
Claudi et Lazari et aliorum martyrum cartusianorum, monachorum et martyrum, die 16 iulii.....	364
Commemoratione Fratrum nostrorum Defunctorum, die 14 novembris.....	404
Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, die 2 novembris.....	399
Compassione B. Virginis Mariæ, Sabbato post dominica Passionis.....	127
Conceptione Immaculata Beatæ Virginis Mariæ, die 8 decembris.....	410
Conversione S. Pauli, apostoli, die 25 ianuarii.....	328
Cornelii, papæ et Cypriani, episcopi, martyrum, die 16 septembris.....	385

Cosmæ et Damiani, martyrum, die 26 septembris.....	387
Cyrillus, monachi et Methodius, episcopi, die 14 februarii.....	335
Dedicatione Basilicæ Lateranensis, die 9 novembris.....	401
Dominici, presbyteri, die 8 augusti.....	371
Elisabeth Hungariæ, die 18 novembris.....	405
Exaltatione Sanctæ Crucis, die 14 septembris.....	384
Francisci Assisiensis, die 4 octobris.....	391
Francisci de Sales, episcopi et Ecclesiæ doctoris, die 24 ianuarii.....	327
Francisci Xavier, presbyteri, die 3 decembris.....	409
Gregorii Magni, papæ et Ecclesiæ doctoris, die 3 septembris.....	382
Guillelmi de Fenol, monachi, die 24 maii.....	348
Guillelmi Horn, monachi et martyris, die 5 augusti.....	370
Hieronymi, presbyteri et Ecclesiæ doctoris, die 30 septembris.....	389
Hilarionis, eremitæ, die 21 octobris.....	395
Hugonis Gratianopolitani, episcopi, die 22 aprilis.....	343
Hugonis Lincolniensis, monachi et episcopi, die 17 novembris.....	404
Iacobi, apostoli, die 25 iulii.....	366
Ignatii Antiocheni, episcopi et martyris, die 17 octobris.....	394
Ignatii de Loyola, presbyteri, die 31 iulii.....	368
Immaculati Cordis B. Virginis Maria, Sabbato post dominicam secundam post Pentecosten.....	352
Innocentium, martyrum, die 28 decembris.....	415
Ioachim et Annæ, parentum B. V. M., die 26 iulii.....	367
Ioannis a Cruce, presbyteri et Ecclesiæ doctoris, die 14 decembris.....	412
Ioannis Baptistæ de la Salle, presbyteri, die 7 aprilis.....	342
Ioannis Bosco, presbyteri, die 31 ianuarii.....	330
Ioannis Cassiani, abbatis, die 23 iulii.....	366
Ioannis Chrysostomi, episcopi et Ecclesiæ doctoris, die 13 septembris.....	384
Ioannis Didaci Cuauhtlatotzin, die 9 decembris.....	411
Ioannis Hispanensis, monachi, die 25 iunii.....	358
Ioannis Mariæ Vianney, presbyteri, die 4 augusti.....	369
Ioannis, apostoli et evangelistæ, die 27 decembris.....	414
Ioannis, Augustini, Roberti et beatorum sociorum monachorum et martyrum, die 4 maii.....	346
Iosaphat, episcopi et martyris, die 12 novembris.....	403
Ioseph Sponsi B. V. M., die 19 martii.....	338
Irenæi, episcopi et martyris, die 27 iunii.....	359
Iustini, martyris, die 1 iunii.....	353
Lanuini, monachi, die 4 februarii.....	333
Laurentii, diaconi et martyris, die 10 augusti.....	372
Leonis Magni, papæ et Ecclesiæ doctoris, die 10 novembris.....	402
Luçæ, evangelistæ, die 18 octobris.....	395
Luciæ, virginis et martyris, die 13 decembris.....	412
Marci, evangelistæ, die 25 aprilis.....	343
Mariæ Magdalenæ, die 22 iulii.....	365
Martha, Mariæ et Lazari, die 29 iulii.....	367
Martini, episcopi, die 11 novembris.....	402
Matthæi, apostoli et evangelistæ, die 21 septembris.....	386

Matthiæ, apostoli, die 14 maii .....	347
Maximiliani Mariæ Kolbe, presbyteri et martyris, die 13 augusti .....	374
Micælis et omnium Angelorum, die 29 septembris .....	388
Monicæ, die 27 augusti .....	379
Nativitate Beatæ Virginis Mariæ, die 8 septembris .....	383
Nativitate S. Ioannis Baptistæ, die 24 iunii .....	357
Nicolai Albergati, monachi et episcopi, die 9 maii .....	347
Nicolai, episcopi, die 6 decembris .....	409
Odonis, monachi, die 14 ianuarii .....	325
Omnium Sanctorum Cartusianorum, monachorum, die 13 novembris .....	403
Omnium Sanctorum, die 1 novembris .....	398
Passione S. Ioannis Baptistæ, die 29 augusti .....	380
Patris nostris Brunonis, monachi, die 6 octobris .....	392
PAULI MIKI ET SOCIORUM, MARTYRES, DIE 6 FEBRUARII .....	334
Pauli, eremitæ, Die 10 ianuarii .....	325
Perpetuæ et Felicitatis, martyrum, die 7 martii .....	338
Petri et Pauli, apostolorum, die 29 iunii .....	360
Philippi et Iacobi, apostolorum, die 3 maii .....	345
Philippi Neri, presbyteri, die 26 maii .....	348
Pii de Pietrelcina, presbyteri, die 23 septembris .....	387
Pii X, papæ, die 21 augusti .....	377
Polycarpi, episcopi et martyris, die 23 februarii .....	337
Præsentatione B. Virginis Mariæ, die 21 novembris .....	405
Præsentatione Domini, die 2 februarii .....	331
Romualdi, abbatis, die 19 iunii .....	355
Rosæ de Lima, virginis, die 23 augusti .....	378
Rossolinæ, virginis et monachæ, die 6 iulii .....	362
Sanctissimi Nominis Iesu, die 4 ianuarii .....	324
Scholasticæ, virginis et monachæ, die 10 februarii .....	335
Simonis et Iudæ, apostolorum, die 28 octobris .....	396
Stanislai, episcopi et martyris, die 11 aprilis .....	342
Stephani, monachi et episcopi, die 7 septembris .....	382
Stephani, Protomartyris, die 26 decembris .....	413
Teresiæ a Iesu Infante, virginis et Ecclesiæ doctoris, die 1 octobris .....	391
Teresiæ a Iesu, virginis et Ecclesiæ doctoris, die 15 octobris .....	394
Teresiæ Benedictæ a Cruce, virginis et martyris, die 9 augusti .....	372
Thomæ de Aquino, presbyteri et Ecclesiæ doctoris, die 28 ianuarii .....	329
Thomæ, apostoli, die 3 iulii .....	362
Timothei et Titi, episcoporum, die 26 ianuarii .....	329
Transfiguratione Domini, die 6 augusti .....	370
Vincentii de Paul, presbyteri, die 27 septembris .....	388
Vincentii, diaconi et martyris, die 22 ianuarii .....	327
Visitatione B. Virginis Mariæ, die 31 maii .....	349

## INDEX GENERALIS

Prænotanda .....	3
Calendarium ad usum Ordinis cartusiensis .....	17

## PROPRIUM DE TEMPORE

Tempus Adventus .....	39
Dominica I .....	39
Dominica II .....	41
Dominica III .....	42
Dominica IV .....	43
In feriis a die 17 ad diem 23 decembris .....	44
Vigilia Nativitatis .....	47
Tempus Nativitatis .....	49
In Nativitate Domini .....	51
Dominica infra octavam .....	55
Diebus 29, 30 et 31 decembris .....	56
Sollemnitatis sanctæ Dei Genetricis Mariæ .....	60
Dominica II post Nativitatem .....	62
In Epiphania Domini .....	63
S. Familiæ Iesu, Mariæ et Ioseph .....	64
In feriis post Epiphaniam .....	66
In Baptismate Domini .....	67
Tempus « per annum » .....	69
Tempus « per annum » post Epiphaniam .....	71
Tempus « per annum » in Septuagesima .....	77
Tempus Quadragesimæ .....	81
Feria IV Cinerum .....	83
Dominica et hebdomada I .....	89
Dominica et hebdomada II .....	97
Dominica et hebdomada III .....	105
Dominica et hebdomada IV .....	113
Dominica et hebdomada Passionis.....	120
In Compassione beatæ Virginis Mariæ .....	127
Hebdomada sancta .....	129
Dominica in Palmis .....	131
Feriæ .....	134
Sacrum Triduum paschale.....	139
Feria V in Cena Domini .....	141
Feria VI in Parasceve .....	143
Sabbato Sancto .....	149
Tempus paschale .....	151
Dominica Paschæ in Resurrectione Domini .....	151
Vigilia pachalis, in nocte sancta .....	153
Ad Missam in die .....	165
Dies infra octavam Paschæ .....	166
Dominica II .....	172
Dominica III .....	173

Dominica IV .....	74
Dominica V .....	175
Dominica VI .....	176
In Ascensione Domini .....	177
In feriis post Ascensionem .....	181
Dominica VII.....	182
In Pentecoste.....	183
Tempus « per annum » post Pentecosten.....	187
Sollemnitatis Sanctissimæ Trinitatis.....	190
Sollemnitatis Ss.mi Corporis et Sanguinis Christi.....	192
Sollemnitatis Sacratissimi Cordis Iesu.....	195
Sollemnitatis Domini nostri Iesu Christi universorum Regis .....	220

## ORDO MISSÆ

Ordo Missæ conventualis.....	225
Ritus initiales.....	225
Liturgia verbi.....	229
Liturgia eucharistica.....	231
Præfationes .....	233
Preces eucharisticæ .....	267
Prex eucharistica I seu Canon romanus.....	269
Prex eucharistica II.....	277
Prex eucharistica III.....	281
Prex eucharistica IV.....	285
Ritus communionis.....	290
Ritus conclusionis .....	292
Prex eucharistica « de reconciliatione » I.....	295
Prex eucharistica « de reconciliatione » II .....	299
Ordo Missæ conventualis concelebratæ.....	303
Ordo Missæ quæ in sacello celebratur .....	311

## PROPRIUM DE SANCTIS

Ianuarius .....	323
Februarius .....	331
Martius .....	338
Aprilis.....	342
Maius .....	345
Iunius .....	354
Augustus.....	370
September .....	383
October.....	392
November.....	399
December .....	410

## COMMUNIA

Commune dedicationis ecclesiæ.....	419
Commune apostolorum.....	421
Tempore paschali.....	422

Commune martyrum .....	423
Tempore paschali.....	426
Pro virgine martyre .....	426
Commune pastorum .....	428
Tempore paschali.....	431
Commune doctorum.....	432
Tempore paschali.....	435
Commune monachorum .....	436
Tempore paschali.....	439
Commune virginum.....	440
Tempore paschali.....	442
Commune Sanctorum et Sanctarum.....	443
Tempore paschali.....	444

#### MISSÆ RITUALES

In conferenda Unctione infirmorum.....	449
Ad ministrandum Viaticum.....	449
In consecratione virginum .....	449
In professione monastica.....	449
In donatione perpetua .....	450
In institutione lectorum et acolythorum.....	450

#### MISSÆ VOTIVÆ

De Sanctissima Trinitate .....	456
De Spiritu Sancto.....	457
De Domino nostro Iesu Christo.....	460
De Sanctissimo Nomine Iesu .....	460
De Annuntiatione Domini.....	460
De Præsentatione Domini .....	461
De mysterio sanctæ Crucis.....	461
De Passione seu de quinque vulneribus Domini nostri Iesu Christi .....	462
De Sanctissima Eucharistia.....	463
De Sacratissimo Corde Iesu .....	464
De Domino nostro Iesu Christo universorum Rege .....	465
De sancta Familia .....	465
De beata Virgine Maria .....	467
De Conceptione immaculata B. V. Mariæ.....	469
De Nativitate B. V. Mariæ.....	470
De Præsentatione B. V. Mariæ .....	470
De B. V. Maria in Annuntiatione Domini .....	471
De Visitatione B. V. Mariæ .....	473
De B. V. Maria in Præsentatione Domini .....	473
In Compassione B. V. Mariæ .....	473
In Assumptione B. V. Mariæ.....	474
De sanctissimo Nomine Mariæ .....	475
De Corde immaculato B. V. Mariæ.....	475
De B. V. Maria Regina.....	476
De B. V. Maria Matre Ecclesiæ .....	476



De sanctis Angelis.....	478
De sanctis Angelis custodibus .....	478
De S. Ioseph.....	480
De S. Patre nostro Brunone.....	483

#### MISSÆ ET ORATIONES PRO VARIIS NECESSITATIBUS VEL AD DIVERSA

Missæ pro variis necessitatibus .....	487
Pro adventu Regni .....	487
Pro unitate christianorum.....	489
Pro pace.....	488
In quacumque necessitate .....	490
Pro infirmis et morientibus.....	491
Pro remissione peccatorum.....	492
Contra tentationem.....	493
Pro gratiis Deo reddendis.....	494
Orationes pro variis necessitatibus .....	496
Pro sancta Ecclesia.....	496
Pro Ecclesia	496
Pro Papa	496
Pro eligendo Papa	497
Pro Episcopo	497
Pro presbyteris	498
Pro vocationibus ad sacros Ordines	498
Pro religiosis	498
Pro laicis	499
Pro evangelizatione populorum	499
Pro christianis persecutione vexatis	500
Pro nostro Ordine .....	500
In Capitulo Generali	500
Pro eligendo priore	501
Pro vocationibus ad vitam cartusiensem	502
In Visitatione canonica	502
Pro perseverantia in Ordine	502
Ad diversa.....	503
Pro patria et eius moderantibus	503
Pro profugis et exsulibus	503
Pro fame laborantibus	503
Pro captivis et in carcere detentis	504
Pro familiaribus et amicis	504
Pro affligentibus nos	505
Pro vivis et defunctis	505

#### MISSÆ DEFUNCTORUM

Missæ defunctorum .....	509
Orationes pro defunctis.....	512
In anniversariis .....	512
Pro triceniis .....	513
Pro benefactoribus.....	514

Pro Papa .....	514
Pro Episcopo vel presbytero .....	515
Pro laico .....	515
Pro monacho vel moniali .....	516
Pro fratribus nostri Ordinis .....	516
Pro iis qui in cœmeterio requiescunt .....	517
Pro patre et matre .....	517
Pro cunctis fidelibus defunctis .....	517
Pro vivis et defunctis .....	518

#### APPENDICES

Ordo benedictionis calicis et patenæ .....	521
Specimina orationis universalis .....	522
Præparatio ad Missam .....	526
Gratiarum actio post Missam .....	528

#### INDICES

Index alphabeticus celebrationum .....	531
Index generalis .....	534